CHarissime: Apparuit beni gnitas ⁊ humanitas salua toris nr̃i dei. Nõ ex operibꝰ iusti- tie q̄ fecimus nos: sed scd̃m suã mi sericordiã saluos nos fecit Per la uachrũ regenerationis et renoua- tiõis spiritus scti: quẽ effudit i nos abũde/ p iesum xp̄m saluatorẽ no strũ. Ut iustificati grã ipsius he- redes simus: scd̃m spẽ vite eterne In xp̄o iesu dño nr̃o. Gr. Bñdi- ctus q̄ venit in noĩe dñi: deus dñs ⁊ illu- xit nobis. v̄. A dño factum est istud: ⁊ est mirabile in oculis nr̃is. Alla. v̄. Dñs regnauit decorẽ induit: induit dñs forti tudinẽ ⁊ p̄cinxit se virtute. Seq̄ntia.

SOnẽt regi nato noua cãti ca. Cuius p̄r fecit oĩa ma- ter est virgo sacratissima. Gene- rãs hic nescit feminã: illa est sine viro grauida. Uerbũ corde p̄ris genitũ ante scl̃a. Aluꝰ mr̃is ges-

sit corporatū p tpa. O mira genitura / o stupenda natiuitas. O proles gloriosa / humanata diuinitas. Sic te nasciturū fili dei vates docti tuo spiritu dixerāt. Sic te oriēte laudes tibi cātāt: pacē terris angeli nūciāt. Elemēta vult⁹ exhilerāt. Oēs scti gaudētes iubilant. Salue clamādo nosqȝ salua Deitas in psonis trina Simplex vsya. Euāgeliū in pulpito more dn̄icali legat. Scdm Lucam ij.



In illo tpe. Pastores loquebātur adinuicē. Trāseam⁹ vsqȝ bethleem: et videam⁹ hoc verbū quod factū est quod fecit dn̄s et ostēdit nobis. Et venerūt festinātes: ⁊ inuenerunt mariā ⁊ ioseph / et infantē positū in psepio. Uidētes autē: cognouerūt de verbo qd dictū erat illis de puero hoc. Et oēs q audierūt mirati sunt: ⁊ de his q dicta erāt a pastoribus ad ipsos. Maria autē cōseruabat oia verba hec: cōferēs in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes et laudantes deū in omnibus que audierant et viderant: sicut dictū est ad illos. Credo. Offr. Deus enim firmauit orbē terre q nō cōmouebit: parata sedes tua deus ex tunc a seculo tu es. Secreta.

Munera nr̄a q̄s dn̄e natiuitatis hodierne mysterijs apta puen iāt: vt sicut homo genitus idē refulsit deus: sic nobis hec terrena substātia cōferat qd diuinū est. Per eundem. Alia secreta.

Accipe q̄s dn̄e munera dignāter oblata: ⁊ btē anastasie suffragātib⁹ meritis ad nr̄e salutis auxiliū puenire cōcede. p. Prefa. ⁊ Cōicātes. vts. Cō. Exulta filia hierusalē: ecce rex tu⁹ venit sanctus et saluator mundi. Postcōio.

Huius nos dn̄e q̄s sacramēti semp natalis nouitas instauret: cuius natiuitas singularis humanā repulit vetustatem. Per eundem. Alia postcōmunio.

Satiasti dn̄e familiā tuam muneribus sacris: eius q̄s semp interuētiōe nos refoue / cuius solēnia celebramus. Per. In die natiui. dn̄i ad tertiā mis. Offi.



Puer nat⁹ est nobis / ⁊ filius datus est nobis: cuius imperiū super humerū eius: et voca

bitur nomē eius magni cōsilij an
gelus. ps. Cantate domino canticum
nouum: quia mirabilia fecit. Oratio.

Concede q̄s ops de⁹: vt nos
vnigeniti tui noua p carnē
natiuitas liberet: quos sub pec=
cati iugo vetusta seruitus tenet.
Per. Sequēs lctō legat in pulpi=
to ab aliquo de superiori gradu in
suppellicio. Lcō esaie pphete. lij.

Hec dicit dn̄s: Propter hoc
sciet ppl's me⁹ nomē meū
in die illa: q̄a ego ipse q̄ loquebar
ecce assum. Quā pulchri sup mō=
tes pedes annūciātis et p̄dicātis
pacē: annūciantis bonū / p̄dicātis
salutē dicentis. Syon / regnabit
deus tuus. Vox speculatorū tuor
leuauerunt vocē: simul laudabūt
q̄a oculo ad oculū videbūt cū con
uerterit dn̄s syon. Gaudete et lau
date simul deserta hierusalez: q̄a
cōsolatus est dn̄s populū suū / re=
demit hierusalē. Parauit domi=
nus brachiū sanctū suū / in oculis
omniū gētiū: et videbūt omēs fi=
nes terre / salutare dei nr̄i. Lctō
epl'e btī pauli apl'i: ad Hebreos. j.

Fratres: Multipharie mul
tisqz modis olim deus lo=
quēs patribus in prophetis: nouis
sime diebus istis locut⁹ est nobis
in filio quē cōstituit heredem vni
uersorū / per quem fecit et secula.
Qui cū sit splēdor glorie et figu=
ra substātie eius / portansqz oīa
verbo virtutis sue / purgationez
peccatorū faciēs: sedet ad dextrā
maiestatis in excelsis. Tāto me=
lior angelis effectus: quāto diffe=
rentius pre illis nomen hereditā=
uit Cui eni dixit aliquādo angelo
rum filius meus es tu: ego hodie
genui te: Et rursum. Ego ero illi
in patrē: et ipse erit mihi in filiū.
Et cū iterū introducit primoge=
nitū in orbem terre / dicit. Et ad=
orent eū: omnes angeli dei. Et ad
angelos q̄dē dixit. Qui facit an=
gelos suos spirit⁹: et ministros su
os flāmam ignis. Ad filiū autē.
Thron⁹ tuus deus in seculū secu=
li: virga eq̄tatis virga regni tui.
Dilexisti iustitiā et odisti iniq̄tatē
ppterea vnxit te deus / deus tuus
oleo exultatiōis p̄ participib⁹ tu
is. Et tu in principio dn̄e terrā fū
dasti: et opera manuū tuarū sunt
celi. Ipsi peribūt tu autē permā=
nebis: et omnes vt vestimētū ve=
terascēt. Et velut amictū muta=
bis eos: et mutabūtur Tu autem
idē ipse es: et anni tui nō deficiēt.
Gr. Viderūt omnes fines terre: sa
lutare dei nr̄i / iubilate deo omnis terra.
℣. Notū fecit dn̄s salutare suū: ante con=
spectū gētiū reuelauit iustitiā suā. Alla
℣. Dies sanctificatus illuxit nobis: veni
te gentes et adorate dn̄m / quia hodie de=
scēdit lux magna sup terram. Seq̄ue.

Celeste organū hodie sonu=
it in terra. Ad partū virgi
nis superū cecinit caterua. Quid
facis humana turba: cur nō gau=
des cū supera: Vigilat pastorum
cura / vox audit angelica. Cāta=
bant inclita carmina: plena pace
et gloria Ad xp̄m referūt propria
nobis canūt ex gr̄a. Nec cunctor
sunt hec dona / sed mēs quor erit
bona. Nec sūt absolute data / sed
decēter sunt plata. Affectus dese
rant vicia / et sic nobis par est il=
la / q̄a bonis est promissa Iungū

tur superis terrea/ ob hoc quidez laus est iuncta/ sed decēter sit diuisa. Gaude homo cū ppēdis talia. Gaude caro facta vbi socia. Iste v. ter dicat. Nūciāt eius ortuz sydera lucis p indicia. Inesūt duces gregū lumina bethleē vsqz preuia Inuenit rex celorū inter animalia. Arto iacet in psepe rex qui cingit omnia. Stella maris quē tu paris/ colit hūc ecclesia. Ipsi nr̄a per te pia placeant seruitia. Resonēt cuncta redēpta. ¶ Initium sancti euangelij: secundū Johā. j

IN principio erat verbū: et verbū erat apud deū/ & de⁹ erat verbum. Hoc erat in principio apud deū. Oia p ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil. Qđ factuz est in ipso vita erat: et vita erat lux hominū. Et lux i tenebris lucet: et tenebre eā nō comprehēderūt. Fuit homo missus a deo: cui nomē erat iohānes Hic venit in testimoniū: vt testimoniuz phiberet de lumine: vt omnes crederent per illū. Non erat ille lux: sed vt testimoniū phiberet de lumine. Erat lux vera: q̄ illuminat omnē hominē venientē in hūc mūdū. In mūdo erat: & mūdus p ipsum factus est/ & mūdus eū nō cognouit. In ppria venit: & sui euz nō receperunt. Quotquot aūt receperūt eū: dedit eis potestatē filios dei fieri his q̄ credūt in noīe ei⁹ Qui nō ex sanguinib⁹: neqz ex voluntate carnis neqz ex voluntate viri/ sed ex deo nati sunt. Et verbum caro factum est: et habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius: gloriā quasi vnigeniti a patre. Plenum gratie: & veritatis. Offer. Tui sunt celi et tua est terra: orbem terrarum & plenitudinē eius tu fundasti/ iusticia et iudicium preparatio sedis tue. Secreta.

OBlata domine munera noua vnigeniti tui natiuitate sctifica: nosqz a pctorū nostrorum maculis clemēter emunda. Per eundē. Cō. Viderūt omnes fines terre: salutare dei nostri. Postcōmunio.

PResta q̄s ōps deus: vt natus hodie saluator mūdi sicut diuine nobis gñationis est auctor: ita & inmortalitatis sit ipse largitor. Qui tecū. ¶ In die scti stephani pthomartyris. Officiū



Etenim sederūt principes et aduersum me loquebantur/ & iniqui psecuti sunt me: adiuua me dn̄e deus meus: q̄a seruus tuus exercebat in tuis iustificationibus. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dn̄i. Oratio.

DA nobis q̄s dn̄e imitari qđ colimus: vt discam⁹ & inimicos diligere/ q̄a eius natalitia celebram⁹: q̄ nouit etiā pro psecutoribus exorare/ dn̄m nr̄m iesum xp̄m filiū tuū. Memoria de natiuitatē. Lectio actuū apostolo vj

IN diebus illis. Stephan⁹ plen⁹ gratia et fortitudine faciebat prodigia & signa magna in populo. Surrexerūt autē quidā de synagoga que appellabat libertinorū & cyrenensiū et alexandrinorū: & eorū q̄ erant a cilicia et asia disputātes cum stephano Et non poterant resistere sapiētie: &

spiritui q̄ loquebat᷑. Audiētes aūt
hec dissecabātur cordibus suis: et
stridebant dētibus in eū. Cū autē
esset stephan⁹ plen⁹ spū sctō: intē
dēs in celū vidit gl'iam dei/ et iesū
stātē a dextris dei/ ⁊ ait: Ecce vi-
deo celos aptos: ⁊ filiū hois stātē
a dextris virtutis dei. Exclamā-
tes autē voce magna cōtinuerūt
aures suas: ⁊ ipetū fecerūt vnani
miter in eū. Et eiiciētes eū extra
ciuitatē: lapidabāt. Et testes de-
posuerūt vestimēta sua secus pe-
des adolescētis q̄ vocabat᷑ saulus
et lapidabāt stephanū/ inuocātē
et dicētē. Dñe iesu: suscipe spiritū
meū Positis aūt genibus: clama
uit voce magna dicēs Dñe ne sta
tuas illis hoc peccatū Et cū hoc di
xisset: obdormiuit in dño. Cō. Se
derūt principes ⁊ aduersū me loqueban-
tur: ⁊ iniq̄ ꝑsecuti sūt me. ℣. Adiuua me
dñe de⁹ meus: saluū me fac ꝓpter mi[a]
tuā. Alla. ℣. Uideo celos aptos ⁊ ie-
sum stātē a dextris virtutis dei. Seqr

Magn⁹ de⁹ in vniuersa ter-
ra. Magna sunt ei⁹ vbiq̄
oia in celo atq̄ in terra opa. Qui
est rex regū dñs oim a pr̄e genit⁹
ante scl'a. Cui⁹ caritas vera celo
subleuat stephanū de terra. Atq̄
perenni vita ornat cādida digni-
ter corona. Plenus etenim stepha
nus deitate atq̄ gratia. Magna
dabat ꝓdigia docēs verissima do
gmata. Cū autē predicaret iam
p̄sentia Nr̄e redēptiōis noua gau
dia. Intēto in supna celi patet ia
nua. Dixitq̄ circūstāti plebi voce
publica. Sacra plen⁹ gratia. Ec
ce video admirabilē gloriā. Cla-
ritate fulgida. Atq̄ iesum stantē
in virtutis dei dextera. Cū hoc au
disset impia gēs iudaica. Dās fre
mitū excita. Quassat lapidib⁹ ste
phani mēbra Sed stat fortiter pa
tiēs martyr ⁊ orat Ne his xp̄e no
xā statuas. Sed iam accipe aīam
meā. Et cū dixisset: in dño obdor-
miuit pace eterna. Tu et nobis
martyr o Stephane sempiterna
impetra gaudia. Iste vltim⁹ ℣.
dr̄ trina vice in hoc festo. et in in-
uentiōe eiusdē. Scdm mat. xxiij.

In illo tp̄e. Dixit iesus tur-
bis iudeorū: ⁊ principib⁹ sa
cerdotū. Ecce ego mitto ad vos
ꝓphetas ⁊ sapiētes ⁊ scribas: ⁊ ex
illis occidetis ⁊ crucifigetis/ ⁊ ex
eis flagellabitis in synagogis ve
stris Et ꝑsequemini de ciuitate in
ciuitatē: vt veniat sup vos oīs sā
guis iustus q̄ effusus est sup terrā
a sanguine abel iusti vsq̄ ad san-
guinē zacharie filij barachie/ quē
occidistis inter tēplum ⁊ altare.
Amē dico vobis: veniēt hec oia
sup gñationē istā. Hierl'm hierl'm
q̄ occidis ꝓphetas/ et lapidas eos
q̄ ad te missi sunt: quotiens volui
cōgregare filios tuos quēadmo-
dū gallina cōgregat pullos suos
sub alas ⁊ noluisti. Ecce relinque
tur vobis dom⁹ vr̄a deserta. Di
co eni vobis: nō me videbitis amo
do donec dicatis. Benedictus qui
venit: in noie dñi. Credo. Offr.
Elegerūt apl'i stephanū leuitā plenū fi-
de et spū sctō: quē lapidauerūt iudei orā-
tem ⁊ dicentem/ domine iesu accipe spiri
tum meum alleluya. Secreta.

Suscipe q̄s dñe munera p
sancti cōmemoratiōe mar
tyris tui stephani/ vt sicut illū pas

sio fecit glosum: ita nos deuotio reddat innocuos. Per dnm. Cõ. Uideo celos apertos et iesum stantẽ a dextris virtutis dei: dñe iesu accipe spiritũ meum: et ne statuas illis hoc peccatũ: quia nesciunt quid faciunt. Postcõio.

Auxilientur nobis dñe sumpta mysteria: et intercedẽte btõ stephano pthomartyre tuo sempiterna nos protectione confirmẽt. Per. ¶ Inde sancti iohannis euangeliste. Officium.



In medio ecclesie aperuit os eius et impleuit eũ dñs spũ sapiẽtie et intellectus: stola glorie induit eũ. In tempore pasch. alla. ỽ. Jocunditatem et exultationẽ thesaurizauit super eum. Oro.

Ecclesiam tuã qs dñe benignus illustra: vt btĩ iohannis apl'i tui et euãgeliste illuminata doctrinis: ad dona perueniat sempiterna. Per. Mẽo. de nati. et de. s. step. tñ. Lctõ libri sapiẽ. xv.

Qui timet deũ: faciet bona Et q̃ ptinẽs est iustitie apprehẽdet illã: et obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibabit illũ pane vite et intellectus: et aqua sapiẽtie salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo et nõ flectetur: et cõtinebit illũ et non cõfundetur / et exaltabit illũ apud proximos suos. In medio ecclesie aperiet os ei⁹: et implebit eũ dñs spũ sapiẽtie et intellectus / stola glorie induet eum. Jocũditatẽ et exultationem: thesaurizabit sup eũ: Et noĩe eterno hereditabit illũ: dñs deus nr. Gr. Exijt sermo iter fratres q̃ discipul⁹ ille non moritur. ỽ. Sed sic eũ volo manere donec veniã: tu me seq̃re. Alla. ỽ. Hic ẽ discipul⁹ ille q̃ testimoniũ phibet de his et scim⁹ q2 verũ est testioniũ ei⁹. Seqñ.

Johãnes iesu xp̃o multũ dilecte virgo. Tu eius amore carnalẽ In naue parẽtẽ liquisti. Tu lene cõiugis pectus respuisti messiam secutus. Ut ei⁹ pectoris sacra meruisses fluenta portare. Tuq3 i terra posit⁹ gliaz cõspexisti filij dei Que solũ sanctis i vita creditur cõtuẽda esse perenni. Te xp̃s in cruce triũphãs matri sue dedit custodẽ. Ut virgo virginẽ seruares atq3 curã suppeditares. Tute carcere flagrisq3 fractus testimonio p xp̃i es gauisus. Idẽ mortuos suscitas inq3 iesu noĩe venenũ forte vincis. Tibi summ⁹ tacitũ ceteris verbũ suũ / pater reuelat. Tu nos oẽs precib⁹ sedulis apud deũ semp cõmẽda. Johãnes iesu care. Iste vltimus ỽ. ter dicatur in hoc festo tñ. Euã. scdm iohã. xxj.

In illo tpe. Dixit ies⁹ petro Sequere me. Cõuersus petrus: vidit illũ discipulũ quẽ diligebat iesus sequẽtẽ / q̃ et recubuit i cena sup pectus eius: et dixit. Dñe qs est q̃ tradet te? Hũc ergo cũ vidisset petr⁹: dixit iesu. Dñe hic autẽ qd? Dicit ei iesus. Sic eũ volo manere donec veniã? Quid ad te Tu me sequere Exijt ergo sermo iste inter fratres: q2 discipulus ille nõ moritur. Et nõ dixit ei iesus q2 nõ moritur: sed sic eũ volo manere donec veniã / q̃d ad te? Hic est discipul⁹ ille qui testimoniũ phibet de his: et scripsit hec. Et scim⁹ q2 verũ ẽ testimoniũ ei⁹. Credo. Offer.

Iustus vt palma florebit: sicut cedrus que in libano est multiplicabitur. In tẽpore paschali alleluya. Secreta.

SUscipe munera q̃s dñe dignãter oblata: q̃ in eius tibi solẽnitate deferimus: cuius nos cõfidimus patrocinio liberari. p. Cõ.

Exijt sermo inter fratres q̃ discipulus ille nõ morit: et nõ dixit iesus nõ moritur sed sic eũ volo manere donec veniã. In tpe pascha. Alla. Postcommunio

REfecti cibo potuq̃ celesti deus nr̃ te supplices exoramus vt in cuius hec cõmẽoratiõe pcepimus / eius muniamur ꝑ pcibus. Per.

In die sctõꝝ innocẽtiũ. Offi.



EX ore infantiũ deus et lactẽtiũ pfecisti laudem propter inimicos tuos. ps. Dñe dñs noster q̃ admirabile est nomẽ tuum in vniuersa terra. Oratio.

DEus cuius hodierna die preconiũ innocẽtes martyres nõ loquendo sed moriẽdo confessi sunt: omnia in nobis viciorũ mala mortifica: vt fidẽ tuã quam lingua nr̃a loq̃tur: etiã moribus vita fateat. Qui cũ deo pr̃e et spũ sctõ viuis ꝑ reg. Per. Mẽo. de natiuitate. de sctõ stephano. ꝑ de sancto iohãne tantum. Lectio libri apocalipsis beati iohãnis aposto. xiiij.

IN diebus illis: Uidi supra montẽ syon agnũ stantem: et cũ eo centũ quadraginta quattuor milia habẽtes nomen eius et nomẽ patris eius scriptũ in frontibus suis. Et audiui vocem de celo tãq̃ vocẽ aquaꝝ multarũ: ꝑ tãq̃ vocẽ tonitrui magni. Et vocem quã audiui: sicut cythAredorum cytharizãtiũ in cytharis suis. Et cãtabãt quasi canticũ nouũ ante sedẽ dei: et ante quatuor aĩalia ꝑ seniores. Et nemo poterat dicere cãticũ: nisi illa cẽtũ quadraginta quatuor milia / q̃ empti sũt de terra. Hi sunt qui cũ mulieribus nõ sunt coinq̃nati: virgines enĩ sunt Hi sequunt agnum: quocũq̃ ierit Hi empti sunt ex oĩbus primitie deo et agno. Et in ore ipsorũ: non est inuẽtũ mẽdaciũ. Sine macula sunt: ante thronũ dei. Gr. Anima nr̃a sicut passer erepta est de laqueo venãtiũ. ℣. Laqueus cõtritus est ꝑ nos liberati sumus: adiutoriũ nr̃m in nomine domini qui fecit celũ et terram. Alla. ℣. Te martyrum candidatus: laudat exercitus domine. Sequentia.

CElsa pueri cõcrepẽt melodia. Eya innocẽtũ canẽtes tripudia. Quos infans xp̃s hodie vexit ad astra. Hos trucidauit frẽdens insania. Herodiane fraudis ob nulla crimina. In bethleẽ ipsius cũcta ꝑ p cõfinia. A bimatu et infra iuxta nascẽdi tẽpora. Herodes rex xp̃i nati verẽs infelix imperia. Infremit totus ꝑ irrigit arma superba dextera Querit lucis et celi regẽ cũ mente turbida. Ut extinguat q̃ vitã pstat p sua iacula. Dũ nõ valẽt intueri lucẽ splendidã nebulosa querentis pectora. Ira feruet fraudes auget herodes ceuus vt perdat piorũ agmina. Castra militũ dux iniquus aggregat ferrũ figit in mẽbra tenera. Inter vbera lac effundit anteq̃ sanguinis fierẽt coagula. Hostis nature natos euiscerat atq̃ in

gulat. Ante pſternit q̃ etas paruula ſumat robora Quã btã ſunt innocẽtũ ab herode ceſa corpuſcula. Quã felices exiſtũt matres q̃ fuderũt talia pignora. O dulces inocẽtũ acies o pia lactẽtiũ. Pro xp̃o certamina Paruorũ trucidantur milia: mẽbris ex teneris manãt lactis flumina. Ciues angelici veniſti in obuiã. Mira victoria vite captat p̃mia turba cãdidiſſima. Te xp̃e petim⁹ mẽte deuotiſſima. Nr̃a q̃ veniſti reformare ſecula / innocẽtũ gl̃ia. Perfrui nos ꝯcedas p eterna. Scđm mat. ij.



In illo tẽpore. Angelus dñi apparuit in ſomnis ioſeph: dicens. Surge et accipe puerũ et matrẽ eius et fuge in egyptum: et eſto ibi vſq3 dñ dicã tibi. Futurũ eſt enĩ: vt herodes querat puerũ ad perdẽdũ eũ. Qui cõſurgẽs accepit puerũ et matrẽ ei⁹ nocte / et receſſit in egyptũ: et erat ibi vſq3 ad obitũ herodis. Ut impleretur qđ dictũ eſt a dño: p pphetã dicentẽ. Ex egypto vocaui filiũ meũ. Tũc herodes vidẽs qm̃ illuſus eſſet a magis: iratus eſt valde. Et mittẽs occidit oẽs pueros q̃ erãt in bethleẽ ⁊ in oĩbus finibus eius: a bimatu ⁊ infra ſcđm tẽp⁹ qđ exquiſierat a magis. Tũc adimpletũ eſt qđ dictũ eſt p hieremiã ꝓphetã dicentẽ. Uox in rama audita eſt ploratus ⁊ vlulatus multus: rachael plorans filios ſuos. Et noluit cõſolari: quia nõ ſunt. Credo. Offer. Anima nr̃a ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venãtium: laqueus cõtrit⁹ eſt et nos liberati ſum⁹. Secr.

Adeſto dñe munerib⁹ innocẽtũ feſtiuitate ſacrandis et p̃ſta vt eorꝫ ſinceritatem poſſumus imitari / quorũ tibi dicatam veneramur infantiã. p. Cõ. Uox in rama audita eſt ploratus ⁊ vlulatus rachael plorãs filios ſuos et noluit conſolari quia non ſunt. Poſtcommunio.

Uotiua dñe dona pcepim⁹: que ſctorũ nobis p̃cibus ⁊ preſentis vite queſumus pariter ⁊ eterne tribue conferre ſubſidiũ. p. In die ſcti thome marti. Offi.





Gaudeamus oẽs in dño: diez feſtum celebrantes ſub honore thome martyris de cuius paſſione gaudent angeli / ⁊ collaudãt filiũ dei. ps. Exaudi deus orationẽ meã cũ deprecor: a timore inimici eripe aĩaꝫ meã. Or.

Deus p cui⁹ eccliã gl'ios⁹ põtifex thomas gladiis impiorũ occubuit / p̃ſta q̃s: vt oẽs q̃ eius implorãt auxiliũ / petitiõis ſue ſalutarẽ conſequanť effectũ. p. Mẽo. de nat. de ſctõ ſteph. de. ſ. ioh. et de innocen. tm̃. Ep̃la. Oĩs põtifex. i cõi vni⁹ epi ⁊ m̃r. Gr. Poſuiſti dñe Alla. V. Gl'ia ⁊ honore coro. Seqn̄.

Solẽne canticũ hodie reſonet in terra. Ad palmam martyris exultet ſuperna caterua Quid facis turba iocũda gratulare cũ ſupera. Jubilet mẽs letabũda pſallat chriſto vox libera. Colat ⁊ feſta dñica deuota cãtuaria.

Intonat iussa tyrannica turbulenta militia. Dire leges et mandata insolenter sunt plata. Loca xpo consecrata prophanauit vis armata. Sed xpi sic in vestigio stabant thome pedes recti vt nequirent inflecti. In sui regis obsequio arbitrat⁹ lucrum mori caput offert percussori. Gaude thoma de cuius victoria. Ortus xpi cumulantur gaudia Martyris declarant gloria crebra p indicia. Curant per eius suffragia languidorum milia. Trucidant flos pastorum inter sanctuaria. Nec diei nec locorum obstat reuerentia. Stella maris que letaris te lactasse filium. Hunc pcamur assequamur vt thome consortium. Eius prece gloriosa. Euang. Homo quidam nobilis. in com. vni⁹ epi et mar. Credo. Offer. Posuisti domine. Secreta.

Salutaris hostie munus sacrandum qs dne beatus thomas pontifex et martyr nobis ad salutem fore deposcat: vt et conuersationis ei⁹ experiamur insignia: et intercessionis ei⁹ pcipiam⁹ suffragia. Per. Com. Magna est. Postcom.

Adiuuet nos ops et misericors de⁹ p hec scta que sumpsim⁹ beati martyris tui atque pontificis thome intercessio veneranda qui p sui nois honore gloriose meruit coronari martyrio. p.

¶ Sexta die a natiui. dni siue do. fue. siue non. of.



Dum medium silentium tenerent omnia/ et nox in suo cursu medium iter haberet: ops sermo tuus domine/ de celis a regalib⁹ sedib⁹ venit. ps. Dns regnauit decore indutus est: indutus est dns fortitudinem et precinxit se. Repetatur officium. deinde dr Gl'a pa. et Sicut erat. tertio repetatur officium. Kyrie eleyson. Gloria in excelsis. Sanctus. et Agnus. sicut in fes. simpli. ix. lc. dnr hac die siue dnica fuerit siue non. Oratio

Omnipotens sempiterne deus: dirige actus nros in beneplacito tuo: vt in noie dilecti filij tui mereamur bonis operibus abundare. Qui te. Mem. de scto stephano/ de scto iohanne/ de innocentib⁹: et de sancto thoma tantum. Ad galathas. iiij

Fratres: Quanto tempore heres paruulus est: nihil differt a seruo cum sit dns oim Sed sub tutoribus et actoribus est: vsque ad pfinitum tempus a pre. Ita et nos cum essem⁹ paruuli: sub elementis mundi huius eram⁹ seruientes. At vbi venit plenitudo temporis: misit deus filium suum natum ex muliere factum sub lege/ vt eos qui sub lege erant redimeret/ vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filij dei: misit de⁹ spm filij sui in corda vra clamantem abba pater Itaque iam non est seru⁹: sed fili⁹. Quod si fili⁹ et heres p deum. Gr. Speciosus forma pre filiis hominum diffusa est gratia in labijs tuis. V. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribe velociter scribentis. Alla. V. Dns regnauit decorem induit: induit dns fortitudinem et precinxit se virtute. Hac die semper siue dnica fuerit siue non: dicitur ista sequentia.

Christi hodierna celebram⁹ natalitia. Celica resonent clare camenas agmina. Nunc regis celebrando gratulanter nupti-

as Lux noua iam terras illustrat veteres pellēs tenebras. Reserat supna gr̄a diu clausa palatia. Felix mater et sola intacta virgo et puerpera. Jā nato stas grauida cū viri sis cubilis nescia. Dis caterua nr̄a te rogat dn̄a. Soluas quo nr̄a cūcta peccaminū vicula virgo sempiterne bt̄a. Digna fuisti sola tollētē crimina. Intra vteri claustra portare qui gubernat oīa supera infera. Hūc sua laudāt facta gaudētes bona qua viuunt sup essētia. Nos humillima turba damus debita poscētes ei⁹ clemētiā. Ut nr̄a pstās tpa nūc qeta det placita frui vita vtilia donando famulis munera Ac inter nos discrimina seua soluēs post funera derelicta sedē ducat mortis ac malorū ignarā. Ubi ad dexteraz patris almā sedet cōgregans coeternus per oīa. Potēter cūcta disponēdo cū eo secla presentia ꝛ futura. Beata iustis donās oīb⁹ premia Preclara qua lux vere micat q̄ est sal⁹ et̄na ꝛ nr̄a gl'ia. S. lu. ij.

IN il. tpe. Erāt ioseph ꝛ maria mater iesu: mirātes sup his q̄ diceb ant̄ de illo. Et bn̄dixit illis symeō: ꝛ dixit ad mariā matrē ei⁹. Ecce posit⁹ est hic in ruinā et in resurrectionē multoꝝ in israel: ꝛ in signū cui ꝯtradicet̄. Et tuā ipsius aīam ptrāsibit gladius: vt reuelentur ex multis cordib⁹ cogitatiōes. Et erat āna pphetissa filia phanuel de tribu aser: hec processerat in dieb⁹ multis: ꝛ vixerat cū viro suo ānis septē a virginitate sua Et hec vidua erat vsq ad annos octoginta quattuor: q̄ nō discedebat de templo ieiuniis ꝛ obsecratiōib⁹ seruiēs nocte ac die. Et hec ipsa hora supueniēs cōfitebat̄ dn̄o: ꝛ loquebat̄ de illo oīb⁹ q̄ expectabāt redēptionē isrl̄. Et vt pfecerūt oīa scd̄z legē dn̄i: reuersi sūt in galileā i ciuitatē suā nazareth. Puer aūt crescebat ꝛ cōfortabat̄: plen⁹ sapiētia. Et gr̄a dei: erat in illo. Credo. Offr̄. De⁹ eni firmauit orbē terre q̄ nō cōmouebit̄: parata sedes tua deus extūc a seculo tu es. Sec̄.

ACcepta q̄s dn̄e sacrificiuz plebis tue: quā iesu xp̄i filij tui dn̄i nr̄i iubeas esse ꝯsortē: q̄ humanitatis nr̄e dignat⁹ est fieri particeps. q̄ te. Cō. Tolle puer ꝛ matrē ei⁹ ꝛ vade in terrā iuda: defuncti sunt eni q̄ querebāt animā pueri. Post.

SUmpto sacrificio dn̄e tua gn̄aliter exultet eccl'ia quo infirmitates ei⁹ sunt assūpte / vt diuine particeps fieret ipsa substātie. p. ¶ In die. scti siluestri offi. Sacerdotes tui induātur. Oro.

DA q̄s ops deus: vt bti siluestri cōfessoris tui atq pōtificis venerāda solēnitas: et deuotionē nobis augeat ꝛ salutē. per. Mēo. d̄ na. do. s. stepha. d̄. s. iohā. d̄ inocē. ꝛ d̄. s. tho. ep̄la Ecce sacer. i cōi vni⁹ ꝯfes. Gr̄. Ecce sacer. Alla. v̄. Inueni. Seqn̄. de cōi. Euāg. Hō quidā peregre. i cōi vni⁹ ꝯfes. Credo. Offr̄. Inueni dauid. Secreta.

ADesto dn̄e supplicatiōib⁹ nr̄is / nec vllis mētis ꝛ corporis patiaris subiacere piculis quos bti siluestri pōtificis munit gl'osa ꝯfessio. p d̄. Cō. Bt̄us seru⁹. Postc.

QUesum⁹ ops de⁹: vt hodierne solēnitatis mun⁹ ac=

ceptū intercedēte btō siluestro cō fessore tuo atq; pōtifice: et corpori bus nostris salutē prestet et menti bus. Per dominum. ¶ In die cir cūcisio. do offi Puer natus. orō.

Deus q nob' nati saluatoris diē celebrare cōcedis octa= uū: fac nos qs ei' ppetua diuinita tate muniri: cui' sum' carnali cō mertio reperati. q te. Nulla fiat me. ad hāc mis. epla. Apparuit gra dei sal. vt i prima mis. in die nati. Gr. Viderūt. vt i. iij. mis. i die nat. do. Alla. v. Multipharie olim de' lo quēs prib' in pphetis nouissime diebus istis locut' est nobis in filio suo. Seqn.

Eya recolam' laudibus pijs digna. Hui' diei gaudia in qua nobis lux orit gratissima No ctis iterit nebula pereūt nri crimi nis vmbracula. Hodie sclo maris stella est enixa noue salutis gau= dia. Quē tremunt baratra mors cruēta pauet ipa a quo pibit mor tua. Gemit capta pestis antiqua coluber liuidus pdit spolia. Homo lapsus ouis abducta reuocatur ad eterna gaudia. Gaudēt in hac die agmina āgelorum celestia. Q2 erat dragma decima pdita et est inuen ta O ples nimiū btā qua redēpta est natura. De' q creauit oia na= cit ex femina. Mirabilis natura mirifice induta/ assumēs qd non erat manēs qd erat. Induit na= tura diuinitas hūana qs audiuit talia dic rogo facta. Querere ve nerat pastor pi' qd perierat. In duit galeā certat vt miles arma= tura Prostrat' in sua ppria ruit hostis spicula auferunt tela In q bus fidebat diuisa sunt illi' spolia capta pda sua. Xpi pugna fortissi= ma sal' nra est vera. Qui nos sū= mā ad patriā duxit post victoriā. In qua sibi laus est eterna. Se= quētia scti euāgelij scdm Lucā. ij.



In illo tēpore Postq con summati sūt dies octo vt circūcide ret puer: vocatū est nomē ei' ies'. Qd vocatuz est ab āgelo: priusq in vtero cciperet. Credo. Offer. Tui sunt. Secreta.

Presta qs ops de': vt p hec mūera q dni nri iesu xpi ar chane natiuitatis mysterio geri= m': purificate mētis intelligētia cōsequamur. p e. Cō. Viderūt oes.

Presta qs dne: vt qd (post c. nri saluatoris iterata solē nitate pcepim': ppetue nobis re= dēptiōis cferat medicinā. Per e. ¶ In oc. s. stepha. s. iohā. et sctorum inocē. siue do. fuer. siue nō: ad mis. oia fiāt sicut i pria die pter seqn. et Credo. et pfa. q erit quotid. ita tn q i ocf. s. iohā. dr pfa. de aplis. Et te dne sup. Et dr cātus sup Kyrie. Glia i ex. Sctus et Agn'. sic i fes. simplici. ix. l. tn si do. fuer. dr Cre do. sed nulla seqn. et etiā fiāt mco. de sctis p ordinē. Mēo. aūt fiat de sctā ma. i oct. s. stepha. et ab hic vs= q; ad puri. tā i fes. q i fer. et i do. ni= si i vig. epy. et in die eiusdē: cū or. Deus q salut' ¶ In vig. epy. offi. Lux ful. vts. in aurora. Hac die si do. fue. dr cāt' sup Kyrie. Glia i. Sctus et Agn'. sicut i simplici fes. ix. l. si vo do. nō fue. dr cāt' sicut in

fes.iij.r.sine re.cho.et nō dr. Glia i ex.nec Cre. nec Ite missa est. qa quasi vig.habet tn̄ diaco.et subdia co.dalmatica et tunica induāt. Or.

Ordia nr̄a q̄s dn̄e vēture fe stiuitatis splēdor illustret/ quo mundi huius tenebris carere valeam⁹/et pueniam⁹ ad patriā claritat etne.p d. mēo.de s.tho. Deus pro cuius.memo.de sctō ed wardo rege et confessore. Oratio

Deus q̄ vnigenitū filiū tuū dn̄z nr̄z iesuz xp̄m gl'iosissi mo regi edwardo in forma visibi li demōstrasti:tribue q̄s: vt ei⁹ me ritis et p̄cibus ad eternā ipsius dn̄i nr̄i iesu xp̄i visionē ptigere merea mur. Qui te. Nō dr̄ plures vel pauciores orōnes ad hāc mis. siue do.fuer.siue nō. Ep'la. Apparuit be nignitas. Gr. Bn̄dict⁹ q̄ venit. v. A dn̄o.q̄re hec oīa ī die na.do.ad mis. in aurora. Siue do.fue.siue non sp hac die dr Alla. v⁹ Dn̄s regna. sed nulla dr seq̄. Scōm matheū.ij.



In il. tpe. Defūcto herode: ecce an gelus dn̄i appa ruit in somnis ioseph i egypto dicēs. Surge et accipe puerū et matrē ei⁹:et va de in terrā isrl. Defūcti sunt eni:q̄ querebāt aīam pueri. Qui cōsur gēs accepit puerū et matrē eius: et venit in terrā israel. Audiēs au tē q archelaus regnaret in iudea p herode patre suo:timuit illo ire Et admonit⁹ in somnis secessit in partes galilee. Et veniens habi tauit in ciuitate que vocat naza reth: vt adimpleretur quod dictū est per prophetas/ q̄m nazerenus vocabit. Offr. De⁹ eni firmauit. vt indie nati.do.in aurora. Secreta

Tribue q̄s dn̄e vt eū p̄sen tibus immolem⁹ sacrifici is et sumamus: quē vēture solēni tatis pia munera ploquunt/dn̄m nostrū iesum xp̄m filiū tuū. Qui De sctō tho.sec. Salutaris host. Alia secreta de sancto edwardo.

Sacris altaribus assistētes nos dn̄e q̄s spūssancti luce perfunde: vt qd̄ tibi in honore bea ti regis edwardi deuote offerim⁹ nobis ipso interueniente/fiat re medium salutare. Per. in vnita te eiusdē Prefatio quotidia. Cō. Tolle puerum. Require in sexta die a natiuitate domini. Postcō.

Da nobis q̄s dn̄e digne cele brare mysteriū quod in no stri saluatoris infātia miraculis choruscantibus declaratur: et cor poralibus incremētis manifesta designatur humanitas.p.eū. De sancto thoma postcōio. Adiuuet. Alia postcōio de sancto edwardo

Vitali alimonie cōuiuio sa ginati q̄s dn̄e deus noster: vt beati regis edwardi cōfessoris tui suffragātib⁹ meritis: celestis conuiuij mereamur esse participes p d. ¶ In nocte epy.post.ix. R. cātet hoc euā. Dn̄s vobiscū. Et cū spū. Seq̄. sancti euangelij secun dum lucā. Gloria tibi domine.iij.

Factū est aūt cū baptizare tur oīs ppl's et iesu baptiza to et orāte aptū est celū: et descēdit spūssctūs corpali specie sicut colū

ba in ipsum ꝫ vox de celo facta est Tu es filiꝰ meus dilectꝰ: in te cõplacuit mihi. Et ipse iesus erat incipiens quasi annorũ triginta: vt putabatur filius ioseph. Qui fuit hely. qui fuit mathat. qui fuit leui. Qui fuit melchi. qui fuit iãne. qui fuit ioseph. Qui fuit mathathie: qui fuit amos. qui fuit naum qui fuit heli. qui fuit nagge. q̄ fuit naath. Qui fuit mathathie. qui fuit semei. qui fuit ioseph. Qui fuit iuda. qui fuit iohãna. q̄ fuit resa Qui fuit zorobabel. qui fuit salatyiel. q̄ fuit neri. qui fuit melchi. qui fuit addi. qui fuit chosan. q̄ fuit helmadã. q̄ fuit her. qui fuit iesu qui fuit heliezer. q̄ fuit iorim. q̄ fuit mathat. Qui fuit leui. q̄ fuit symeõ. q̄ fuit iuda. Qui fuit ioseph q̄ fuit iona. q̄ fuit heliachim. Qui fuit melcha. q̄ fuit mẽna. qui fuit mathatha. qui fuit nathã. qui fuit dauid. q̄ fuit iesse. qui fuit obeth q̄ fuit booz. q̄ fuit salmõ. Qui fuit naason. q̄ fuit aminadab. q̄ fuit arã. Qui fuit esron. qui fuit phares. qui fuit iude. Qui fuit iacob. q̄ fuit ysaac. q̄ fuit abrahe Qui fuit thare. Qui fuit nachor. qui fuit saruch. Qui fuit ragau Qui fuit phalech. q̄ fuit heber. qui fuit sale q̄ fuit caynã. Qui fuit arphaxat. Qui fuit sem. Qui fuit noe. q̄ fuit lamech. qui fuit mathusalẽ. Qui fuit enoch. q̄ fuit iareth. Qui fuit malaleel. q̄ fuit caynam. Qui fuit enos Qui fuit seth. qui fuit adã q̄ fuit dei Jesus aũt plenꝰ spũ sctõ egressus est a iordane. Finito euãgelio: icipiat sacerdos in cappa serica. Te deũ laudamꝰ. ¶ In die epyphanie. Ad missam. Officiũ.



Ecce aduenit dominator dñs: ꝫ regnũ in manu eiꝰ ꝫ potestas et imperiũ. ℣. Deus iudiciũ tuũ regi da: ꝫ iustitiã tuã filio regis. Ecce. Gloria. Ecce aduenit. Kyrie fons. Oratio.

Deus qui hodierna die vnigenitum tuũ gẽtibus stella duce reuelasti / concede propitius: vt qui iam ex fide cognouimꝰ: vsqꝫ ad contemplandã speciẽ tue celsitudinis perducamur. Per dominum. Lectio esaie pphete. lx.

Surge illuminare hierusalẽ: qr venit lumẽ tuũ: ꝫ gloria dñi sup te orta est. Quia ecce tenebre operiẽt terrã: ꝫ caligo populos. Sup te autẽ oriet dñs: et gloria eius in te videbit. Et ambulabũt gentes in lumine tuo: ꝫ reges in splẽdore ortꝰ tui Leua in circuitu oculos tuos ꝫ vide: oẽs isti congregati sũt venerũt tibi. Filij tui de lõge veniẽt: ꝫ filie tue de latere surgẽt. Tũc videbis ꝫ afflues / et mirabit ꝫ dilatabit cor tuũ: qñ cõuersa fuerit ad te multitudo maris / fortitudo gentiũ venerit tibi. Jnundatio camelorũ operiet te: dromedarij madiã ꝫ effa. Oẽs de saba veniẽt: aurũ et thus deferentes: ꝫ laudẽ dño annũciãtes. Gr. Oẽs de saba veniẽt aurũ et thus deferẽtes ꝫ laudẽ dño annũciãtes ℣. Surge et illuminare hierlm qr gloria dñi sup te orta est. Alla ℣. Vidimꝰ stellã eiꝰ in oriẽte ꝫ venimꝰ cũ mũeribꝰ adorare dñz. Seqñ

Epyphaniaz dño canamus gloriosam. Qua plẽ dei vere magi adorant. Jmmensam cal-

dei cuius ysqꝫ venerant potẽtiã. Quẽ cũcti prophete precinere vẽturũ gẽtes ad saluandas. Cuius maiestas ita est inclinata: vt assumeret serui formã. Ante secula q̄ deus et tẽpora homo factus est ex maria. Sequẽs v. dr ter. Balaaz de quo vaticinans exibit ex iacob rutulãs inquit stella Et cõfringet ducũ agmina regionis moab maxima potentia. Huic magi munera deferũt p̄clara: aurũ simul th⁹ et myrrhã. Thure deũ predicãt/ auro regẽ magnũ/ hominẽ mortalẽ myrrha. In somnis hos monet angelus ne redeant ad regem commotũ propter regna. Pauebat etenim nimium regem natũ verens amittere regni iura. Magi sibi stella micante preuia. Pergũt alacres itinera patriã. Que eos ducebat ad propriam liquentes herodis mãdata. Qui perculsus corde nimium pre ira. Extemplo mandat infantulos per cũcta Inquiri bethleem cõfinia: ⁊ mox priuari eos vita. Omnis nunc caterua tinnulum iungat laudibus organi neuma Mystice offerens regi regũ christo munera preciosa. Poscens vt per orbem regna oia ꝓtegat in secula sempiterna. Seqñ. sctĩ euãgelij scd̃m mat. ij.



Cum nat⁹ esset iesus in bethleem iude in dieb⁹ herodis regis: ecce magi ab oriente venerũt hierosolymã dicentes. Ubi est qui natus est rex iudeorũ? Uidimus enĩ stellã eius in oriẽte: et venimus adorare eũ. Audiẽs aũt herodes rex turbatus est: ⁊ oĩs hierosolyma cũ eo. Et cõgregãs omnes principes sacerdotũ ⁊ scribas populi: sciscitabat ab eis vbi christ⁹ nasceret. At illi dixerũt ei. In bethleem iude. Sic enim scriptũ est: per ꝓphetam Et tu bethleem terra iuda: nequaq̄ minima es in p̃cipibus iuda. Ex te enĩ exiet dux: qui regat populũ meũ israel. Tũc herodes clã vocatis magis: diligenter didicit ab eis tẽpus stelle q̄ apparuit eis. Et mittẽs eos in bethleem: dixit Ite et interrogate diligẽter de puero: et cũ inueneritis renũciate mihi/ vt ⁊ ego veniẽs adorẽ eũ. Qui cũ audissẽt regẽ abierũt. Et ecce stella quã viderãt ĩ oriẽte ãtecedebat eos vsqꝫ dũ veniens staret supra vbi erat puer. Uidẽtes aũt stellã gauisi sunt gaudio magno valde Et intrãtes domũ: inuenerũt puerũ cũ maria matre eius. Et procidẽtes adorauerunt eũ. Et apertis thesauris suis obtulerũt ei munera: aurũ/ thus: ⁊ myrrham. Et responso accepto in somnis ne redirent ad herodẽ: per aliam viã reuersi sũt in regionem suã. Offr.

Reges tharsis ⁊ insule munera offerẽt reges arabum ⁊ saba dona adducent: et adorabunt eum omnes reges terre: omnes gentes seruient ei. Secreta.

Ecclesie tue quesumus dñe dona ꝓpitius intuere: q̄b⁹ nõ iam aurũ thus ⁊ myrrha ꝓfertur: sed quod eisdẽ muneribus declarat/ immolat/ et sumit/ iesus christus dominus noster. Qui te-

cum viuit. Prefatio. Quia cum vnigenitus. Hec prefatio dicitur per totas octa. et in octauis. et Cōmunicātes. similiter. Cōmunio. Vidim⁹ stellā eius in oriēte: et venim⁹ cū muneribus adorare dñm. Postcō.

Presta q̄s ops de⁹: vt q̄ solēni celebram⁹ officio: purificate mētis intelligētia consequamur. p d. Quotidie infra oc. dr̄ eadē mis. sed sine seqn̄. et Credo. tn̄ in dñica dr̄ Credo sed nulla sequētia. Dñica infra oct. ad mis. dr̄ cātus sup Kyrie. Glia in ex. Sāct⁹. et Agn⁹. p ordinē sicut infra oct. cū reg. cho. habet. cetera sicut in die: preter sequentiā / cum hoc euangelio. Secundū iohannē. j.



In il. tpe. Uidit iohānes iesum venientē ad se: et ait Ecce agn⁹ dei: ecce q̄ tollit peccata mūdi. Hic est de quo dixi. Post me venit vir q̄ ante me fact⁹ est: quia prior me erat. Et ego nesciebā eū. Sed vt manifestet in isrl: ppterea veni ego in aqua baptizās. Et testimonium phibuit iohānes: dicēs. Quia vidi spiritū descēdentē quasi colūbā de celo / et māsit sup eū: et ego nesciebā eū. Sed q̄ misit me baptizare in aqua: ille mihi dixit. sup quē videris spm̄ descēdentē et manētē sup eū: hic est q̄ baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi: et testimonium perhibui: quia hic est fili⁹ dei. Quod si dñica infra oct. non euen̄. tūc in quarta. fer. infra octa. legat hoc predictū euāgeliū.

Tertia die infra octa. fiat memoria de martyribus luciano / sociisq̧ eius: cū oratione de cōmuni plurimorū martyrū. In octa. epy. Officiū. Ecce aduenit. Oro.

Deus cuius vnigenitus in substātia carnis nr̄e apparuit: p̄sta q̄s: vt per eū quē similē nobis foris agnouim⁹: int⁹ reformari mereamur. Qui te. Mēoria de sctō hylario cōfesso. Oratio

Adesto dñe supplicatiōib⁹ nr̄is: vt intercessione beati hylarij cōfessoris tui atq̧ pōtificis / cuius depositionem celebramus: perpetuā nobis misericordiam benign⁹ impēde. Per d. Mēoria de sctā maria. or. Deus q̄ salutis eterne. Lctō esaie prophe. xij.

Domine deus meus honorificabo te: laudē tribuam nomini tuo / q̄ facis mirabiles res Consiliū tuū antiquū: verū fiat. Dñe excelsum est brachiū tuū de⁹ sabaoth: corona spei q̄ ornata est gloria. Exultet desertū / et exultēt solitudines iordanis: et popul⁹ meus videbit altitudinē dñi et maiestatē dei / et erit cōgregatus et redēptus p deū. Et veniet in syon cum gaudio et letitia sempiterna: sup caput ei⁹ laus et exultatio. Et aperiam in mōtibus flumina: in medijs cāpis fontes dirūpā / et terrā sitiētē sine aqua infundā. Ecce puer me⁹ exaltabit et eleuabit: et sublimis erit valde Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris: et dicetis in illa die cōfitemini dño et inuocate nomē eius. Notas facite in ppl'is virtutes ei⁹ cātate do

mino q̃a mirabilia fecit. Annunciate hoc: in vniuersa terra. Dicit dñs: oīps. Gr. Oēs de saba. Alla ỽ. Uidimus stellā. Nō dicit̃ sequētia licet dñica fuerit. S. matheū. iij.

In illo tp̃e. Uenit iesus a galilea in iordanē ad iohannē: vt baptizaretur ab eo. Johānes aūt prohibebat eū: dicēs Ego a te debeo baptizari: & tu venis ad me Respōdēs aūt iesus: dixit ei. Sine modo: sic eñ decet nos implere oēm iustitiā. Tūc dimisit eū. Baptizatus aūt iesus: cōfestim ascēdit de aqua. Et ecce aperti sunt ei celi: et vidit spiritū dei descendētē sicut colūbā et venientē super se. Et ecce vox de celis: dicēs. Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui. Offr. Reges tharsis et insule: munera. Secreta.

Hostias tibi dñe p̄ nati filij tui apparitione deferimus suppliciter exorantes: vt sicut idē nostror auctor est mūerū: ita ipse sit misericors & susceptor iesus christus dñs noster. Qui te. Alia sec.

Sancti hylarij precibus tibi dñe q̄s grata reddatur oblatio: pro cuius est depositiōe immolāda. Per. Prefa. Qr cū vnigenitus. & Cōmunicātes. vt in die Cōio. Uidimus stellam. Postcōio.

Celesti nos q̄s dñe lumine sēp et vbiq̃ preueni: vt mysteriū cuius nos participes esse voluisti/ et puro cernamus intuitu/ et digno percipiamus effectu. Per dominū nostrum. Alia postcōio.

Sumptū dñe pign9 redemptiōis eterne/ sit nobis q̄s interueniēte btō hylario ɔfessore tuo atq̃ pontifice: vite presentis auxiliū pariter & future. Per do.

¶ Dñica.j.post oct.epy. Offm.

In excelso throno vidi sedere virūquem adorat mltitudo angelorū psallentes in vnū: ecce cuius imperij nomē est ineternū. ps. Jubilate deo oīs terra: seruite dño in letitia. Or

Uota q̄s dñe supplicātis populi celesti pietate prosequere: vt & q̄ agēda sunt videāt: et ad implēda que viderint cōualescāt Per d. Epla. Ad romanos. xij.

Fratres. Obsecro vos per miam dei: vt exhibeat/ corpora vr̃a hostiā viuētē/ sāctā: deo placētē/ rationabile obsequiū vestrū. Et nolite ɔfirmari huic sclō sed reformamini in nouitate sensus vestri. Ut p̄betis q̄ sit voluntas dei bona: & bn̄placēs & pfecta Dico eñ vobis p grām q̄ data est mihi/ oībus q̄ sunt inter vos/ nō plus sapere q̄ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatē. Et vnicuiq̃: sicut deus diuisit mēsurā fidei. Sicut eñ in vno corpe multa mēbra habemus (oīa aūt mēbra nō eundē actū habēt) ita multi vnū corpus sumus in christo. Singuli aūt: alter alterius mēbra. Jn christo iesu dño nr̃o. Gr. Bñdictus dñs deus israel q̄ facis mirabilia magna solus a sclō. ỽ. Suscipiāt mōtes pacē ppl̃o tuo & colles iustitiā. Alla. ỽ. Jubilate deo oīs terra: seruite dño i letitia. Nulla die dñica p āñū dr̄ sequētia ad mis. q̄ñ de dñica agit̃: nisi in aduētu et in tp̃e pasch. et nisi in dñica infra ebdomadā natiuitatis dñi. S. lucā. ij.



Cum factus esset iesus annorum duodecim: ascē dētib⁹ illis hierosolymā secū dū cōsuetudinē diei festi. Consummatisq̧ diebus cū redirēt: remāsit puer iesus in hierlm / et nō cognouerūt parē tes eius Existimātes aūt illū esse in comitatu: venerūt iter diei et requirebāt eū iter cognatos et notos Et nō inueniētes: regressi sunt in hierlm requirētes eū. Et factū est post triduū iuenerūt illū i tēplo sedentē i medio doctorū / audiētē illos et interrogātē. Stupebāt aūt oēs qui eū audiebāt: sup prudētia et respōsis ei⁹ Et vidētes: admirati sūt Et dixit mater ei⁹: ad illū Fili / qd fecisti nobis sic: Ecce pr̄ tu⁹ et ego: dolētes querebamus te Et ait ad illos. Quid est qd me querebatis: Nesciebatis qa in his q̄ patris mei sunt: oportet me esse. Et ipsi nō itellexerūt verbū: qd locutus est ad illos. Et descēdit cū eis et venit nazareth: et erat subdit⁹ illis. Et mater ei⁹ ꝯseruabat oia verba hec: cōferēs in corde suo Et iesus pficiebat sapiētia / etate / et gr̄a: apud deū et hoies. Offer. Iubilate deo ois terra / iubilate deo ois terra: seruite dn̄o i letitia: itrate in ꝯspectu ei⁹ in exultatiōe qa dn̄s ipse est de⁹. Se.

Oblatū tibi dn̄e sacrificiū viuificet nos q̄s semp / et muniat: p. d. Cō. Fili quid fecisti nobis sic: ego et pater tu⁹ dolētes querebam⁹ te: et qd est q me querebat / nesciebat q̄ i his q̄ pr̄is mei sūt optet me esse. Postc.

Tua nos dn̄e sctā libantes et pfecte capiamus purgatiōis effectū: et cōtinuū diuine defensionis auxiliū. Per d. Si tps adeo breue fuerit ab oct. epypha. vsq̧ ad. lxx. q tres misse dn̄icales scz. In excelso throno. Ois terra. et. Adorate. nō possint singule in singulis cātari ebdo. tūc due vel tres misse si tpis breuitas expetierit: in vna eadēq̧ ebdo. cātantur. Et si aliqd fes. triū lc. ibidē cōtigerit: totū fiat seruitiū de festo vsq̧ ad mis. et tūc ad illā mis. q̄ erit de dn̄ica: fiat scda orō de ipso festo tertia de sctā maria: quarta de oibus sctis / quita p vniuersali ecclesia. Cetere vo misse q̄ sequunt eo anno oino ptermittāt. Hoc etiā bn̄ obseruet q nūq̄ āte primā do. post oct. epypha. cātet mis. In excelso throno. nisi qn̄ nulla dn̄ica inter oct. epy. et. lxx. ꝯtigerit tūc eni in ferijs primo loco post oct. epy. cātet: et due misse scz. Ois terra. et Adorate. i ferijs sequētib⁹ eiusdē ebdo. cātet: et tūc nihil fiat de festis triū lec. q̄ ibidē ꝯtigere possūt Cū aūt prolixū fuerit tps: officiū Adorate. p tres dn̄icas cātet. Si vero tres fuerint dn̄ice inter oct. epy. et septuagesimā: ita q tria officia pdicta cātentur: tūc in ferijs post tertiā dn̄icā si vacauerint dicunt epl̄e et euāgelia de quarta et quinta dn̄ica i missis de die. ¶ Feria. iiij. Epl̄a Ad romanos. x.

Fratres. Voluntas quidē cordis mei: et obsecratio ad deum fit pro illis in salutem. Testimonium enim perhibeo illis

q emulationē dei habent: sed non scđm scientiā. Ignorātes eñ dei iustitiā: ⁊ suā q̄rentes statuere/ iustitie dei nō sunt subiecti. Finis eñ legis xp̄s: ad iustitiā omni credēti Euāgeliū. Secūdū matheū. iiij.

IN illo tpe Cū audisset iesus q iohānes tradit⁹ esset secessit i galileā. Et relicta ciuitate nazareth: venit et habitauit in capharnaū maritima i finib⁹ zabulō ⁊ neptali: vt adimpleref qđ dictū est p esaiā pphetā. Terra zabulō ⁊ terra neptali: via mar⁊ trās iordanē galilee gentiū. Pplūs q̄ ambulabat i tenebris: vidit lucē magnā. Et sedētib⁹ in regiōe vmbre mortis: lux orta est eis. Et exinde cepit ies⁹ pdicare: ⁊ dicere. Penitētiā agite appropinquabit eñ regnū celorū. ¶ Fer. vj. Ad roma. xiij.

FRatres. Ois aīa potestatib⁹ sublimioribus subdita sit: non est eñ potestas nisi a deo. Que aūt sunt: a deo ordinata sūt. Itaq̄ q̄ resistit potestati: dei ordinationi resistit. Qui aūt resistit/ ipse sibi dānationē acquirit. Nā principes qui principātur nō sunt timori boni operis: sed mali. Uis eñ nō timere potestatē? Fac bonum: ⁊ habebis laudē ex illa. Dei enī minister est tibi in bonū. Si autē male egeris: time. Nō enim sine causa: gladiū portat. Dei eñ minister est vindex in iram ei: qui male agit. Ideo q̄ necessitate subditi estote nō solum propter iram sed etiā propter cōscientiā. Ideo eñ et tributa prestatis. Ministri enim dei sunt: in hoc ipsum seruientes. Secundum Lucam. iiij.



IN illo tpe Egress⁹ ē iesus in virtute spiritus in galileā: et fama exijt p vniuersam regionē de illo. Et ipse docebat in synagogis eorū: et magnificabatur ab oībus. Et venit nazareth vbi erat nutritus: et intrauit scđm cōsuetudinē suā die sabbati in synagogā: ⁊ surrexit legere. Et traditus est illi liber esaie prophete. Et vt reuoluit librū: inuenit locū vbi scriptū erat Spūs dñi sup me: pp̄ter quod vnxit me: euāgelizare pauperib⁹ misit me/ ⁊ sanare ɔtritos corde Predicare captiuis remissionē: ⁊ cecis visū/ dimittere ɔfractos in remissionē/ pdicare annū dñi acceptū/ ⁊ diē retributiōis. Et cum plicuisset librū: reddidit ministro/ ⁊ sedit et oīm in synagoga oculi erāt intēdētes in eū. Cepit aūt dicere ad illos: q̄a hodie impleta est hec scriptura in aurib⁹ vr̄is. Et oēs testimoniū illi dabāt: ⁊ mirabātur in verbis grē: q̄ pcedebāt de ore ipsius. ¶ Dñica. ij. post oc. epy. offiū



OMnis terra adoret te deus: et psallat tibi psalmum dicat nomini tuo altissime. Ps. Jubilate deo omnis terra/ psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. Oratio.

OMps sempiterne de⁹ q̄ celestia simul et terrena moderaris supplicatiōes populi tui clementer exaudi: ⁊ pacē tuā nostris

ↄcede tpibus.p. Ad romanos.xij

FRatres. Habentes donatiões: secūdū grām q̄ data est nobis differētes. Siue prophetiā secundū ratione fidei: siue ministeriū in ministrādo siue q̄ docet i doctrina. Qui exhortat in exhortādo: q̄ tribuit in simplicitate q̄ pest i sollicitudie / q̄ miseret in hylaritate. Dilectio sine simulatione Odientes malū: adherentes bono. Charitatē fraternitatis: inuicem diligētes. Honore inuicē preueniētes. Sollicitudine nō pigri. Spiritu feruētes: dn̄o seruientes Spe gaudētes: in tribulatiōe patiētes. Oroni instātes: necessitatibus sctōrū ↄmunicātes. Hospitalitatē sectātes. Bn̄dicite psequentibus vos: benedicite & nolite maledicere. Gaudete cum gaudentibus: flete cū flētibus. Idipm inuicē sentiētes. Nō alta sapiētes: sed hūilibus ↄsentiētes. Gr. Misit dominus verbū suū & sanauit eos: & eripuit eos de interitu eorū. ℣. Cōfiteantur dn̄o mie ei⁹ & mirabilia ei⁹ filijs hoiꝫ. Alla ℣. Laudate deū oēs angeli ei⁹: laudate eū oēs virtutes ei⁹. Scd̄m iohānē.ij



IN illo tēpore Nuptie facte sunt i chana galilee et erat mr̄ iesu ibi. Uocat⁹ est aūt ies⁹: & discipuli ei⁹ ad nuptias. Et deficiēte vino: dixit mr̄ iesu ad eū. Uinū nō habēt Et dicit ei ies⁹. Quid mihi & tibi est mulier? Nondū venit hora mea Dicit mr̄ iesu ministris. Quodcūqꝫ dixerit vob̄ facite. Erāt aūt ibi lapidee ydrie sex posite scd̄m purificationē iudeorū: capiētes singule metretas binas vl̄ ternas. Dixit eis ies⁹. Implete ydrias aqua. Et impleuerūt eas: vsqꝫ ad summū. Et dixit eis iesus Haurite nūc: et ferte architriclino. Et tulerūt. Ut aūt gustauit architriclinus aquā vinū factū: & nō sciebat vnde esset (ministri autē sciebāt q̄ hauserāt aquā) vocat sponsum architriclinus & dicit ei. Ois homo primū bonum vinū ponit. Et cū inebriati fuerit: tūc id quod deterius est. Tu autē seruasti vinū bonū: vsqꝫ adhuc. Hoc fecit initium signorū iesus in chana galilee: et manifestauit glām suā Et crediderūt i eū: discipuli ei⁹. Offr. Iubilate deo vniuersa tra: iubilate deo vniuersa terra: psalmū dicite noi ei⁹ venite & audite & narrabo vobis oēs q̄ timet deū quāta fecit dn̄s aie mee alla. Secr.

UT tibi dn̄e grata sint munera ppl̄i tui supplicantis ab oī q̄s eū cōtagione peruersitatis emūda. p d. Cō. Dicit dn̄s implete ydrias aqua & ferte architriclino: dū gustasset architriclinus aquā vinū factū: dicit sponso: seruasti vinum bonum vsqꝫ adhuc / hoc signum fecit iesus primum coram discipulis suis. Postcōmunio.

AUgeat in nobis dn̄e quesumus tue virtutis operatio: vt diuinis vegetati sacramētis: ad eorū pmissa capienda / tuo semp munere preparemur. Per.

¶ Feria.iiij.ꝭ. Ad timotheum.j.

Charissime. Fidelis sermo & omni acceptione dignus Quia christus iesus venit in hūc

mūdū pctōres saluos facere: quorū primus ego sum. Sed ideo misericordiā cōsecutus sum: vt in me primū ostēderet xp̄s iesus oēm patiētiā ad informationē eorū q̄ credituri sunt illi in vitā eternā. Regi autē sclōr inmortali inuisibili soli deo honor ꝛ glīa: i secula seculorum amen. Secundū marcū. vj.

In illo tp̄e. Egressus iesus abijt in patriā suā: ꝛ seq̄bantur illū discipuli sui. Et facto sabbato: cepit i synagogis docere. Et multi audiētes: admirabant̄ i doctrina ei⁹ dicētes. Unde huic hec oia? Et q̄ est sapiētia q̄ data est illi/ et virtutes tales: q̄ p manus eius efficiunt̄? Nōne iste est fabri fili⁹ et marie frater iacobi/ ꝛ ioseph/ ꝛ iude/ ꝛ symonis? Nōne ꝛ sorores ei⁹ hic nobiscū sunt? Et scādalizabātur in illo. Et dicebat eis iesus. Quia nō est propheta sine honore: nisi in patria sua/ ꝛ i cognatione sua/ ꝛ in domo sua. Et non poterat ibi virtutē vllā facere: nisi paucos infirmos ipositis manib⁹ curauit. Et mirabat̄: ppter incredulitatē eorū. Fer. vj. ad ro. xiiij.

terra: vbi erugo ꝛ tinea demolit̄/
et vbi fures effodiunt ꝛ furantur.
Thesaurizate aūt vobis thesau-
ros i celo: vbi neqꝫ erugo nec tinea
demolit̄/ et vbi fures nō effodiūt
neqꝫ furant̄. Ubi eni est thesaurꝰ
tuus: ibi est ꝛ cor tuū. Offr̄. Exal
tabo te dñe qm̄ suscepisti me: nec delecta
sti inimicos meos super me dñe clamaui
ad te ꝛ sanasti me ℣. Domine abstraxisti
ab inferis animam meam: saluasti me a
descendentibus in lacum. Secreta.

Hac nos dñe q̄s his muneri
bus offerēdis conueniēter
aptari q̄bus ipsius venerabilis ie
iunij celebramꝰ exordiū. p ℣. Pre
fatio Qui corporali ieiunio. Hec
p̄fa. dr̄ in oī mis. de ieiu. vsqꝫ ad ce-
nā dñi. et Flectamꝰ genua Leua
te. et Humiliate capita vr̄a deo.
Cō. Qui meditabit̄ i lege dñi die ac no
cte: dabit fructū suū in tpe suo. Postcō.

Percepta nobis dñe p̄beant
sacramēta subsidiū: vt et ti
bi grata sint nr̄a ieiunia: et nobis
p̄ficiāt ad medelā. Per ℣. Finitis
postcōionibus p̄ter illā q̄ dicet̄ sup
ppl̄m sic. Per oīa secula seculorū.
℟ Amē. Dicat sacerdos Oremꝰ
Deide dicat dyaconꝰ Hūiliate ca
pita vr̄a deo. Sup ppl̄m. Oratio

Inclinātes se dñe maiestati
tue propitiatus intēde: vt q̄
diuino munere sunt refecti: celesti
bus semp nutriant̄ auxilijs. p. Et
sic mis. cū Bn̄dicamꝰ dño. finiat̄
¶ Feria. v. post cineres. Officiū

Dum clamarē ad dñm
exaudiuit vocē meā ab
his q̄ appropinquāt mi
hi: et humiliauit eos q̄
est ante scl̄a ꝛ manet in eternū: ia
cta cogitatū tuū i dño ꝛ ip̄e te enu
triet. ps. Exaudi deꝰ orōnē meā/ et ne
despexeris dep̄catione meā: intende mi-
hi ꝛ exaudi me. Gl̄ia pr̄i. Dū cla. Ore
mus. Flectamus genua Le. Orō

Deus q̄ culpa offenderis pe
nitētia placaris: p̄ces po-
puli tui supplicātis propitiꝰ respi

ce & flagella tue iracūdie q̄ pro pec
catis nr̄is meremur: propiciatus
auerte. p. Lcō esaie pphe. xxxviij

IN diebus illis: Egrotauit
ezechias vsq; ad mortē: & in
troiuit ad eū esaias fili⁹ amos p
pheta / & dixit ei. Hec dicit dn̄s. Di
spone domui tue: q̄a morieris tu:
et nō viues. Et cōuertit ezechias
faciē suā ad parietem: & orauit ad
dn̄m / & dixit. Obsecro dn̄e memē
to queso quomodo ambulauerim
corā te in veritate & i corde pfecto
et qd̄ bonū est in oculis tuis feceri
Et fleuit ezechias: fletu magno.
Et factū est verbū dn̄i ad esaiā p
phetā: dicēs. Uade / et dic ezechie.
Hec dicit dn̄s deus dauid: pr̄is tui.
Audiui orationē tuā & vidi lachry
mas tuas. Ecce ego adijciā super
dies tuos quindecim annos: et de
manu regis assyriorū eruā te / et
ciuitatē istā / et protegā eā. Dicit
dn̄s ops. Gr. Iacta cogitatū tuū in
dn̄o: et ipse te enutriet. ℣. Dū clamarem
ad dn̄m: exaudiuit vocē meam ab his qui
appropinquant mihi. ¶ Repetatur
grad. Secundū Matheum. viij.



IN il. tpe.
Cū intro
isset Jesus ca
pharnaū: acces
sit ad eū centu
rio rog s eū di
cens. Dn̄e puer
me⁹ iacet in do
mo paralytic⁹
et male torquet. Et ait illi iesus.
Ego veniā: & curabo eū. Et respō
dēs cēturio: ait. Domie nō sum di
gnus vt intres sub tectū meū: sed
tātū dic verbo / et sanabitur puer
meus. Nā & ego homo sum sub po
testate cōstitut⁹: habēs sub me mi
lites. Et dico huic vade: et vadit.
Et alio veni: et venit. Et seruo
meo fac hoc: et facit. Audiēs autē
iesus miratus est: et sequētibus se
dixit. Amē dico vobis: nō inueni
tantā fidē in israel. Dico autē vo
bis: q multi ab oriēte et occidente
veniēt & recūbent cū abrahā / ysa
ac / & iacob in regno celorū. Filij au
tē regni: eijcient in tenebras exte
riores. Ubi erit fletus & stridor dē
tiū. Et dixit iesus cēturioni Uade
et sicut credidisti: fiat tibi Et sana
tus est puer in illa hora. Offer. Ad
te leuaui aiam meā: deus meus in te cōfi
do nō erubescā: neq; irrideant me inimici
mei: etenim vniuersi q̄ te expectāt nō con
fundentur. ℣. Dirige me in veritate tua
et doce me: quia tu es deus salutaris me
us et te sustinui tota die. Secreta

OFferimus tibi dn̄e munera
q̄ dedisti: vt & creatiōis tue
circa mortalitatē nr̄am testificē
tur auxiliū: et remediū nobis im
mortalitatis operent. Per. Pref.
Qui corporali ieiunio. Cō. Acce
ptabis sacrificiū iustitie oblatiōes & olo
causta: sup altare tuū domine. Postcō.

COncede fidelibus tuis dn̄e
q̄s et sine cessatione capere
paschalia sacramēta: et desiderā
ter expectare vētura: vt in myste
rijs quib⁹ renouati sunt pmanen
tes: ad nouā vitā his operib⁹ pdu
cātur. Per. Sup ppl'm. Oremus
Humiliate capita vestra deo. Or.

PArce domie parce populo
tuo vt dignis flagellatio
nibus castigat⁹: in tua miseratio
ne respiret. Per dn̄m. ¶ Feria se

xta i capite ieiunij ad missaz offi.



Audiuit dñs et misert⁹ est mihi: dñs factus est adiutoꝛ me⁹. ps. Exaltabo te dñe: qm̃ suscepisti me nec delectasti inimicos meos sup me Gl'ia pa. Audiuit dñs. Kyrie eleysõ Oꝛem⁹ Flectam⁹ genua Leuate

Inchoate ieiunia qs (Or. dñe benigno fauoꝛe psequere: vt obseruantiã quã coꝛpoꝛaliter exhibemus: mẽtib⁹ etiã sinceris exercere valeamus. Per dominũ. Lectio esaie prophe. lviij.

Hec dicit dñs deus. Clama ne cesses quasi tuba exalta vocẽ tuã. Et annuncia ppl'o meo scelera eoꝝ ⁊ domui iacob peccata eoꝝ. Me eteni de die in diẽ querũt ⁊ scire vias meas volũt quasi gẽs que iustitiã fecerit/et q̃ iudiciũ dei sui nõ dereliquerit. Rogãt me iudicia iustitie: et appꝛopiquare deo volũt. Quare ieiunauim⁹ et nõ aspexisti: humiliauim⁹ aĩas nr̃as ⁊ nescisti: Ecce in die ieiunij vr̃i inuenit volũtas vr̃a: ⁊ oĩes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites ⁊ cõtẽtiones ieiunatis: ⁊ pcutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsq ad hanc diẽ: vt audiat in excelso clamoꝛ vester. Nũqd tale est ieiuniũ qd elegi/p diẽ affligere hoiem aĩam suã: Nũquid ꝯtoꝛquere quasi circulũ caput suuz: et saccũ ⁊ cinerẽ sternere: Nunquid istd vocabis ieiuniũ: ⁊ diẽ acceptabilẽ dño: Nõne hoc est magis ieiuniũ qd elegi: Dissolue colligationes ĩpietatis: solue fasciculos depꝛimẽtes. Dimitte eos q̃ cõfracti sunt liberos: ⁊ oĩe onus dirũpe. Frãge esuriẽti panẽ tuũ: ⁊ egenos vagosq induc in domuz tuã. Cũ videris nudũ operi eũ: et carnẽ tuã ne despexeris. Tũc erũpet quasi mane lumẽ tuũ: et sanitas tua citi⁹ oꝛiet/⁊ anteibit faciẽ tuã iustitia tua/et gl'ia dñi colliget te Tunc inuocabis: ⁊ dñs exaudiet. Clamabis: ⁊ dicet ecce assum Or misericoꝛs suz: dñs de⁹ tuus. Gr. Unã petij a dño hãc reqrã: vt inhabitẽ in domo domini. V. Ut videã volũtatez dñi: ⁊ ptegar a tẽplo sctõ ei⁹. Tract⁹.

Domine nõ secũdũ pctã nr̃a q̃ fecimus nos: neq scdz iniquitates nr̃as retribuas nobis. V. Dñe ne memineris iniqtatũ nr̃arũ antiquarũ cito anticipẽt nos mie tue: q̃a pauperes facti sumus nimis. Hic nõ fiat genu flectio cũ dr̃ V. Adiuua nos de⁹ salutaris nr̃: ⁊ ppter gl'iam nois tui dñe libera nos ⁊ piti⁹ esto pctis nostris ppter nomẽ tuũ. Euangeliũ Secundũ matheũ. v.



In il. tpe. Dixit iesus discipl'is suis. Audistis: q̃a dictũ est. Diliges pximũ tuũ et odio habebis inimicũ tuum. Ego autẽ dico vobis. Diligite inimicos vr̃os/bñfacite his q̃ oderũt vos/et oꝛate pꝛo psequẽtib⁹ et calũniãtibus vos: vt sitis filij pr̃is vr̃i q̃ in celis est. Qui solẽ suũ oꝛiri facit sup bonos et malos: et pluit sup iustos ⁊ iniustos. Si eni diligitis eos qui vos diligũt: quam mercedẽ habebitis: Nõne ⁊ publicani hoc faciunt Et si salutaueritis fratres ve

40

stros tãtũ: qd ampli⁹ facitis? Nõ ne et ethnici hoc faciũt? Estote ergo ꝫ vos perfecti: sicut ꝫ pater vester celestis pfectus est Attendite ne iustitiã vestrã faciatis corã hominib⁹ vt videamini ab eis Alioquin mercedẽ nõ habebitis: apud patrẽ vestrũ q in celis est. Cũ ergo facis elemosinã: noli tuba canere ante te: sicut ypocrite faciũt in sinagogis et vicis vt honorificenł ab hoib⁹. Amẽ dico vobis: receperũt mercedẽ suã Te aũt faciẽte elemosinã: nesciat sinistra tua qd faciat dextera tua vt sit elemosina tua in abscondito. Et pater tu⁹ q videt in abscondito: reddet tibi. Et cũ oratis nõ eritis sicut ypocrite q amãt in synagogis ꝫ in angulis platearũ stantes orare: vt videãł ab hoib⁹. Amẽ dico vobis: receperũt mercedẽ suam. Tu autem cũ oraueris/ intra in cubiculũ tuũ: et clauso ostio ora patrẽ tuũ in abscondito. Et pater tu⁹ q videt in abbscondito reddet tibi.

Offr. Dñe viuifica me scđz eloqum tuum: vt sciã testimonia tua. ℣. Fac cũ seruo tuo dñe scđm magnã miam tuã: et ne auferas de ore meo verbũ veritatis. Sec.

SAcrificiũ dñe obseruantie quadragesimalis offerim⁹ psta q̃s: vt et tibi mẽtes nr̃as reddat acceptas: ꝫ cõtinẽtie promptioris nobis tribuat facultatẽ. Per.

Cõ. Seruite dño in timore: et exultate ei cũ tremore/ apprehendite disciplinã ne pereatis de via iusta. Postcõio.

TRibue nobis q̃s oñs deus vt dona celestia q debito frequẽtam⁹ obsequo: salutaria nobis iugił sentiam⁹. p d. Sup ppłz

Orem⁹. Hũiliate capita vr̃a deo.

TUere dñe populũ tuuz/ ꝫ ab oĩbus pctis clementer emunda: q̃a nulla ei nocebit aduersitas: si nulla dñetur iniquitas. Per dominum. Orõ.

¶ Sabbato post cineres. Ad mis. Offi.



AUdiuit dñs ꝫ misert⁹ est mihi dñs factus est adiutor me⁹. ps. Exaltabo te dñe qm̃ suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me. Gloria pri. Audiuit dñs. Oremus. Flectamus genua Leuate. Orõ.

ADesto dñe supplicationibus nr̃is ꝫ ꝯcede: vt hoc solemne ieiuniũ qđ aiabus corporibusq; curandis salubriter institutũ est: deuoto seruitio celebrem⁹. Per dñz. Lctõ esaie prophe lviij

HEc dicit dñs Si abstuleris de medio tui cathenã/ ꝫ desieris digitũ extẽdere ꝫ loq qđ nõ pdest. Cũ effuderis esuriẽti aiaz tuã/ ꝫ aiam afflictã repleueris orieł in tn̄bris lux tua ꝫ tenebre tue erũt sicut meridies. Et requiẽ dabit tibi dñs de⁹ tu⁹ semp: et implebit splẽdorib⁹ aiaz tuã/ ꝫ ossa tua liberabit. Et eris quasi hort⁹ irrigu⁹: ꝫ sicut fons aquarũ/ cuius non deficiẽt aque. Et edificabunł in te deserta seculorũ: fundamẽta generatiõis ꝫ generatiõis suscitabis. Et vocaberis edificator sepium auertẽs semitas iniq̃tatũ Si auerteris a sabbato pedẽ tuũ facere volũtatẽ tuã in die sctõ meo/ et vocaberis sabbatũ delicatũ et sctm̃ dñi gl̃iosuz: ꝫ glorificaueris eũ/ dũ nõ facis vias tuas/ ꝫ nõ inueniet voluptas tua vt loquaris

sermonē: tunc delectaberis super dño / ⁊ sustollā te super altitudinē terre / et cibabo te hereditate iacob patris tui. Os enim dñi: locutū est hec. Ait dñs oĩpotēs. Gr. Unam petij a dño hāc requirā: vt inhabitem in dño dñi. V. Ut videam voluntatem domini: et protegar a templo sancto eius. Euāgeliū Scdm mar. vj.



In il. tpe. Cum sero esset factum erat nauis i medio mari: et ies⁹ solus in terra. Et vidit discipulos suos laborātes in remigando (erat eni vētus cōtrarius eis) Et circa quartā vigiliā noctis: venit ad eos ambulās supra mare: ⁊ volebat pterire eos. At illi vt viderūt eū supra mare ambulantē: putauerūt fantasma esse / ⁊ exclamauerūt. Omnes eni eū viderūt et cōturbati sunt. Et statim locutus est eis: ⁊ dixit illis. Cōfidite / ego sum: nolite timere Et ascēdit ad illos in nauim / ⁊ cessauit vēt⁹ et plus magis intra se stupebāt. Nō eni intellexerāt de panibus: erat eni cor illorū obcecatū. Et cū transfretassent: venerūt in terrā genezareth: ⁊ applicuerūt. Cūq3 egressi essent de naui: continuo cōgnouerunt eum. Et percurrētes vniuersam regionē illā: ceperunt in grabatis eos qui se male habebāt circūferre vbi audiebāt eū esse. Et quocūq3 introibat in vicos vel in villas / aut ciuitates: in plateis ponebāt infirmos / ⁊ deprecabantur eū vt vel fimbriam vestimenti eius tāgerēt. Et quotquot tangebāt eū: salui fiebant. Offr. Dñe viuifica me secūdū eloquiū tuum vt sciā testimōia tua. V. Da mihi intellectū vt discā mādata tua: ⁊ volūtaria oris mei fac mihi in bñplacito tuo dñe. Sec.

PRepara nos dñe quesum⁹ huius votiuis abstinentie officijs: vt hec sacrificia veneranda sobrijs semp mētib⁹ celebrem⁹ Per. Prefa. Qui corporali ieiunio. Cō. Seruite dño in timore ⁊ exultate ei cū tremore: apprehēdite disciplinam: ne pereatis de via iusta. Postcō.

CElestis vite munere vegetati quesumus dñe deus noster / vt quod est nobis in presenti vita mysterium: fiat eternitatis auxiliū. Per. Sup populū. Ore. Humiliate capita vr̄a deo. Oro.

HAc nos q̄s dñe salutis nr̄e causas ⁊ deuotiōis semper frequentare seruitijs: ⁊ deuotius recolere: principaliter īchoatas. Per dñm. ¶ Dñica prima quadragesime. Ad missam. Officiū.



Inuocauit me ⁊ ego exaudiā eum: eripiā eum et glorificabo eum: lōgitudine dierum adimplebo eū. Ps. Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi commorabitur. Inuocauit. Gloria patri et filio. Inuocauit. Kyrie eleyson. Oratio.

DEus qui ecclesiam tuā annua quadragesimali obseruatione purificas: presta familie tue: vt quod a te obtinere abstinēdo nititur hoc bonis operibus exequatur. Per dn. ij. Corinth. vj.

FRatres: Hortamur vos: ne in vacuū grām dei recipiatis. Ait enim. Tēpore accepto exaudivi te: ⁊ in die salutis adiuvi te. Ecce nūc tēpus acceptabile: ecce nūc dies salutis Nemini dātes ullā offensionē: ut nō vituperet ministeriū nostrū. Sed in omnibus exhibeam⁹ nosmetipsos: sicut dei ministros. In multa patientia: in tribulatiōib⁹/ in necessitatibus/ in angustijs/ in plagis/ in carcerib⁹/ in seditiōib⁹/ in laboribus/ in vigilijs/ in ieiunijs/ in castitate/ in sciētia: in lōganimitate: in suavitate/ in spiritu sctō In charitate nō ficta: in verbo veritatis: in virtute dei. Per arma iustitie: a dextris et a sinistris. Per gliam et ignobilitatē: p infamiā et bonā famā: ut seductores: ⁊ veraces. Sicut q ignoti: et cogniti. Quasi moriētes: ⁊ ecce vivimus. Ut castigati: et non mortificati. Quasi tristes: semp autē gaudētes. Sicut egētes: multos aūt locupletātes. Tanq̄ nihil habētes: et oia possidētes. Gr. Angelis suis mādauit de te: ut custodiāt te in oibus vijs tuis. ℣. In manibus portabūt te: ne unq̄ offendas ad lapidē pedē tuū. Tr.

QUi habitat i adiutorio altissimi: in ptectione dei celi cōmorabit. ℣. Dicet dño susceptor me⁹ es tu: ⁊ refugiū meū de⁹ me⁹ sperabo in eū. ℣. Quoniā ipse liberauit me de laqueo venātiū: et a verbo aspero. ℣. Scapulis suis obūbrabit tibi: ⁊ sub pēnis eius sperabis. ℣. Scuto circūdabit te veritas ei⁹: nō timebis a timore nocturno. ℣. A sagitta volāte p diē a negotio pambulāte in tenebris a ruina ⁊ demonio meridiano ℣. Cadēt a latere tuo mille et decē milia a dextris tuis: tibi aūt nō appropinquabit. ℣. Qm angelis suis mādauit de te: ut custodiant te in oib⁹ vijs tuis. ℣. In manib⁹ portabūt te: ne unq̄ offēdas ad lapidē pedē tuū ℣. Sup aspidē ⁊ basiliscū ambulabis: et cōculcabis leonē et draconē. ℣. Qm i me sperauit liberabo eū: ptegā eū qm cognouit nomē meū. ℣. Inuocauit me ⁊ ego exaudiā eū: cum ipso sum in tribulatiōe. ℣. Eripiā eū ⁊ glorificabo eū: lōgitudine dierū adimplebo eum/ ⁊ ostendam illi salutare meum. Euāgeliū Scdm mat. iiij.



IN il. tpe. Duct⁹ est ies⁹ in desertū a spū ut tētaret a dyabolo. Et cū ieiunasset quadraginta dieb⁹ et quadraginta noctib⁹: postea esurijt. Et accedēs tentator: dixit ei. Si filius dei es: dic ut lapides isti panes fiāt. Qui rñdens: dixit Scriptū est. Non in solo pane vivit homo: sed in omni verbo qd̄ pcedit de ore dei. Tūc assumpsit eū dyabolus in sanctā ciuitatē: et statuit eū supra pinnaculū tēpli/ ⁊ dixit ei. Si fili⁹ dei es: mitte te deorsum. Scriptū est eni/ qa angelis suis mādauit de te: et in manibus tollēt te/ ne forte offendas ad lapidē pedē tuū. Ait illi iesus rursum. Scriptū est. Nō tētabis dñm deū tuū Iterū assūpsit eū dyabol⁹ in mōtē excelsum valde: et ostēdit ei oia regna mūdi/ ⁊ gliam eorū: et dixit illi. Hec omnia tibi dabo: si cadēs adoraveris me Tūc dixit ei iesus. Vade sathana. Scriptū est

eni. Dn̄m deū tuū adorabis: et illi soli seruies. Tūc reliq̄t eū diabolus: ⁊ ecce angeli accesserūt: et ministrabant ei. Offer. Scapulis suis obūbrabit tibi dn̄s: ⁊ sub pēnis ei⁹ sperabis scuto circūdabit te veritas ei⁹. Secre.

Sacrificiū quadragesimalis initij solēniter immolam⁹ te dn̄e depcantes vt cū epularū restrictiōe carnaliū: a noxijs quoq̄ voluptatib⁹ tēperemur. p d. pfa. quo. Cō. Scapulis suis obūbrabit tibi: et sub pennis eius sperabis scuto circūdabit te veritas eius. Postcōio.

Tui nos dn̄e sacramenti libatio scā restauret: ⁊ a vetustate purgatos / in mysterij salutaris faciat trāsire cōsortiū. p d.

¶Fer. ij. post Inuocauit. Offi.

Sicut oculi seruorū i manibus dn̄orū suorū: ita oculi nr̄i ad dn̄m deum nr̄z donec misereat̄ nr̄i miserere nobis dn̄e miserere nobis. ps. Ad te leuaui oculos meos: q̄ habitas i celis. Orem⁹ Flecta. geñ. Le.

Conuerte nos deus sa (or. lutaris nr̄: ⁊ vt nobis ieiunium quadragesimale proficiat: mentes nr̄as celestibus instrue disciplinis. Per do. Ab hac die vsq̄ ad cenā dn̄i in omni missa de ieiunio dicūt̄ septē orōnes sicut in dn̄ica p̄ria aduētus dn̄i supradictū est Ep̄la. Lec. ezechiel. pphe. xxxiiij

Hec dicit dn̄s de⁹: Ecce ego ipse requiram oues meas: et visitabo illas sicut visitat pastor gregē suū / in die quādo fuerit in medio ouiū suarū dissipatarū. Sic visitabo oues meas: ⁊ liberabo eas de oīb⁹ locis: in q̄b⁹ disperse fuerāt in die nubis et caliginis. Et educā eas de ppl̄is: ⁊ cōgregabo eas de terris. Et inducā eas in terrā suā / ⁊ pascā eas in mōtibus israel: i riuis ⁊ in cūctis sedib⁹ terre. In pascuis vberrimis pascā eas: ⁊ in montibus excelsis israel erūt pascue earū. Ibi reqescēt in herbis virētibus: ⁊ in pascuis pinguibus pascētur super montes israel. Ego pascā oues meas: ⁊ ego eas accubare faciā dicit dn̄s deus Quod perierat requirā: ⁊ q̄d abiectū fuerat reducā: et quod confractū fuerat alligabo / ⁊ q̄d infirmū fuerat cōsolidabo / et q̄d pingue ⁊ forte custodiā. Et pascam illas: in iudicio et iustitia. Dicit dn̄s: omnipotens. Gr. Protector noster aspice deus: et respice sup seruos tuos. V. Domine deus virtutum exaudi preces seruorum tuorum. Tractus

Domine nō secūdū peccata nostra que fecim⁹ nos: neq̄ scdm iniq̄tates nr̄as retribuas nobis. V. Dn̄e ne memineris iniq̄tatū nostrarū antiquarū cito anticipēt nos misericordie tue: quia pauperes facti sumus nimis. Hic nō fiat genuflectio cū dr̄ V. Adiuua nos deus salutaris nr̄: et pter gloriam nois tui dn̄e libera nos: ⁊ propitius esto pctis nostris propter nomē tuū. Sequētia. scti euāgelij secundū mathe. xxv.



In illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis. Cū venerit fili⁹ hoīs i maiestate sua et oēs angeli cū eo: tunc sedebit sup sedem maie

statis sue. Et congregabunt ante eu͂ oe͂s ge͂tes / ⁊ separabit eos ab inuice͂: sicut pastor segregat oues ab hedis. Et statuet oues q̄de͂ a dextris suis: hedos aute͂ a sinistris. Tu͂c dicet rex his q̄ a dextris eius eru͂t. Uenite b͂ndicti p̄ris mei possidete paratu͂ vobis regnu͂ a co͂stitutione mu͂di. Esuriui enī: et dedistis mihi ma͂ducare. Sitiui: ⁊ dedistis mihi bibere. Hospes eram ⁊ collegistis me. Nud⁹ / ⁊ operuistis me. Infirm⁹ ⁊ visitastis me In carcere eram: et venistis ad me. Tu͂c respo͂debu͂t ei iusti: dice͂tes. Dn̄e / qua͂do te vidim⁹ esuriente͂: et pauimus: Sitiente͂: ⁊ dedimus tibi potu͂: Qua͂do aute͂ te vidim⁹ hospite͂: ⁊ collegim⁹ te: Aut nudu͂ et cooperuimus te: Aut qua͂do te vidimus infirmu͂ / aut in carcere: et venimus ad te: Et respondens rex: dicet illis. Amen dico vobis: q̄diu fecistis vni de his fratribus meis minimis / mihi fecistis Tu͂c dicet ⁊ his: q̄ a sinistris eius eru͂t. Discedite a me maledicti in igne͂ eternu͂: q̄ parat⁹ est dyabolo / ⁊ angelis ei⁹. Esuriui enim: et no͂ dedistis mihi ma͂ducare. Sitiui: et no͂ dedistis mihi potu͂. Hospes era͂: et no͂ collegistis me. Nud⁹: et no͂ cooperuistis me. Infirmus ⁊ in carcere: ⁊ no͂ visitastis me. Tunc respo͂debu͂t ei ⁊ ipsi: dicentes. Dn̄e / qua͂do te vidim⁹ esurie͂te͂ / aut sitiente͂ / aut hospite͂ / aut nudu͂ / aut infirmu͂ / vel in carcere: ⁊ non ministrauim⁹ tibi: Tu͂c respo͂debit illis: dice͂s. Ame͂ dico vobis: q̄diu no͂ fecistis vni de minoribus his / nec mihi fecistis. Et ibu͂t hi in supplicium eternu͂: iusti aute͂ in vitam eterna͂. Offr. Leuabo oculos meos et co͂siderabo mirabilia tua dn̄e: vt doceas me iustitia͂ tua͂: da mihi intellectum vt disca͂ mandata tua. V. Legem pone mihi dn̄e ⁊ via͂ iustificationu͂ tuarum exquira͂: et in p̄ceptis tuis exercebor. Secreta.

ACcepta tibi sit dn̄e q̄s nostre deuotio͂is oblatio: q̄ ⁊ ieiuniu͂ nostru͂ te opera͂te sctificet et indulge͂tia͂ nobis tue co͂solationis obtineat. Per do. Prefa. Qui corporali ieiunio. Co͂. Uoce mea ad dn̄m clamaui: et exaudiuit me de monte sancto suo: non timebo milia populi circundantis me. Postcommunio.

PRosint nobis dn̄e q̄s freque͂tata mysteria: que nos et a cupiditatibus terrenis expediant / et instruant amare celestia. Per dn̄m. Sup populu͂. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

ABsolue q̄s dn̄e nostrorum vincula peccatoru͂: ⁊ quicquid pro eis meremur: propitiatus auerte. p do. ¶ Feria. iij. post Inuocauit. Ad missam. Officiu͂



DOmine refugiu͂ factus es nobis a ge͂ratione et progenie: a seculo ⁊ in seculu͂ tu es. p̄s. Priusq̄ mo͂tes fierent: aut formaretur terra et orbis. Non dicitur vlterius. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oro.

REspice dn̄e familia͂ tuam ⁊ presta: vt apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat: q̄ se carnis maceratione castigat. Per dominu͂. Lc͂to esaie pphe. lv.

IN diebus illis: Locutus est esaias propheta: dicens. Querite

dn̄m/dū inueniri potest: inuocate eū/dū prope est. Derelinquat impius viā suā/ ꝛ vir iniqu⁹ cogitatiōes suas: ꝛ reuertať ad dn̄m/ et miserebiť eius: ꝛ ad deū nr̄m: quoniā multus est ad ignoscēdū. Nō enim cogitatiōes mee/ cogitationes vr̄e: neqꝫ vie mee/ vie vr̄e dicit dn̄s. Quia sicut exaltanť celi a terra: sic exaltate sunt vie mee a vijs vr̄is/ et cogitatiōes mee a cogitationib⁹ vestris. Et quomodo descendit ymber ꝛ nix de celo/ ꝛ illuc vltra nō reuertitur sed inebriat terrā et infundit eā ꝛ germinare eā facit/ ꝛ dat semē serenti ꝛ panē comedenti: sic erit verbū meū quod egredietur de ore meo. Non reuerteť ad me vacuū: sed faciet quecūqꝫ volui/ et prosperabitur in his ad que misi illud. Ait domin⁹ omnipotens. Gr. Dirigať oratio mea sicut incēsum in conspectu tuo dn̄e. ℣. Eleuatio manuū mearū sacrificiū vespertinum. Secūdū matheum .xxi



IN il. tpe. Cum intrasset iesus hierosolymā: commota est vniuersa ciuitas dicens. Quis est hic? Populi autē dicebant. Hic est iesus ꝑpheta: a nazareth galilee. Et intrauit iesus in tēplū dei. Et eijciebat oēs vēdētes et ementes in tēplo ꝛ mensas nummulariorū ꝛ cathedras vendentiū colūbas euertit. Et dixit eis. Scriptū est: quia domus mea domus orationis vocabiť. Uos autē fecistis illā speluncā latronū. Et accesserunt ad eū ceci ꝛ claudi in templo et sanauit eos. Uidētes autē principes sacerdotū ꝛ scribe mirabilia que fecit: et pueros clamantes in templo et dicentes. Osanna filio dauid: indignati sunt ꝛ dixerūt ei Audis quid isti dicunt? Jesus autē dixit eis. Utiqꝫ. Nunꝙ legistis quia ex ore infantiū ꝛ lactētiū/ ꝑfecisti laudē? Et relictis illis: abiit foras extra ciuitatē in bethaniam. Ibiqꝫ māsit ꝛ docebat eos de regno dei. Offer. In te speraui dn̄e dixi tu es de⁹ me⁹: in manibus tuis tpa mea. ℣. Illumina faciē tuā sup seruū tuū: ꝛ saluum me fac ꝑpter miam tuā domine nō confundar quoniā inuocaui te. Secre.

PResta dn̄e q̄sumus/ vt dicato muneri cōgruentem nostre deuotionis tibi offeramus affectum. Per dn̄m. Prefa. Qui corporali ieiunio. Cō. Cum inuocarem te exaudisti me deus iustitie mee in tribulatione dilatasti me: miserere mihi dn̄e ꝛ exaudi orationē meam. Postc.

QUesumus oꝑs deus/ vt illius salutaris capiam⁹ effectū: cui⁹ ꝑ hec mysteria pignus accepim⁹. ꝑ d̄o. Sup populū. Humiliate capita vestra deo. Orō.

AScendant ad te dn̄e preces nr̄e: et ab ecclesia tua cunctā repelle neq̄tiā. ꝑ do. ¶ Feria quarta. iiij. tēporū. xl. Offici.

REminiscere miserationū tuarum dn̄e/ et misericordie tue que a seculo sunt: ne vnꝙ dominētur nobis inimici nostri libera nos deus israel ex omnibus angustijs no-

stris.ps. Ad te dñe leuaui aiam meam: deus meus in te confido nõ erubescam. Sequitur oratio sine Domin⁹ vobiscum. sed cum Oremus/et Flectamus genua Leuate. Oratio.

Preces nr̃as q̃s dñe clementer exaudi: ⁊ 9tra cũcta nobis aduersãtia/ dexterã tue maiestat; extẽde. p d. Lec li. exo. xxiiij.

In diebus illis. Dixit dñs ad moysen. Ascende ad me in montẽ: et esto ibi. Dabo tibi duas tabulas lapideas/ et legem/ ac mãdata q̃ scripsi: vt doceas filios israel. Surrexerũt moyses et iosue minister eius: ascẽdensq; moyses in mõtẽ dei/ senioribꝰ ait. Expectate hic donec reuertamur ad vos. Habetis aarõ ⁊ hur vobiscũ si q̃d natũ fuerit q̃stiõis/ referetis ad eos. Cũq; ascendisset moyses: operuit nubes montẽ ⁊ habitauit gloria dñi sup sinay tegẽs illũ nube sex diebus. Septimo autẽ die: vocauit eum dñs de medio caliginis. Erat autẽ species glorie dñi quasi ignis ardẽs sup verticẽ mõtis: in cõspectu filiorũ israel. Ingressusq; moyses mediũ nebule ascẽdit in mõtẽ Et fuit ibi quadraginta diebꝰ: et quadraginta noctibꝰ.

Gr. Tribulatiões cordis mei dilatate sunt de necessitatibus meis eripe me domine. ℣. Uide humilitatẽ meã et laborẽ meũ: et dimitte omnia pctã mea. Nõ repetat. Gr. sed sequat Dñs vobiscũ. Flectamꝰ genua Leuate. or.

Deuotionem populi tui q̃s dñe benignus intẽde: vt q̃ p abstinẽtiã macerant in corpore: per fructũ boni operis reficiãtur in mẽte. Per d. Hic dicunt memorie cõsuete. Lectio li. iij. regũ. xix.

In diebus illis. Uenit helias in bersabee iuda et dimisit ibi puerũ suuz: ⁊ perrexit in desertũ viã vnius diei. Cũq; venisset ⁊ sederet subter vnã iuniperũ: petiuit aie sue vt moreret/ et ait. Sufficit mihi dñe: tolle aiam meam. Neq; enim melior sum: q̃ patres mei. Proiecitq; se: ⁊ obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelus dñi tetigit eum: dixitq; illi. Surge: comede. Et respexit. Et ecce ad caput suũ subcinericius panis: et vas aque. Comedit ergo ⁊ bibit: et rursum obdormiuit. Reuersusq; est angelus dñi scdo ⁊ tetigit eũ: dixitq; illi. Surge comede grãdis eni tibi restat via. Qui cũ surrexisset: comedit et bibit. Et ambulauit in fortitudine cibi illiꝰ quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus: vsq; ad montem dei oreb. Chorꝰ alternatim dicat. Tr.

De necessitatibꝰ meis eripe me dñe: vide hũilitatẽ meã ⁊ laborẽ meũ: ⁊ dimitte oĩa pctã mea. ℣. Ad te domine leuaui aiam meã: deꝰ meꝰ in te cõfido nõ erubescã: neq; irrideãt me inimici mei. ℣. Eteni vniuersi qui te expectãt nõ cõfundent: cõfundant oẽs faciẽtes vana Et dr̃ iste tractus in omni quarta feria: vsq; ad dñicam palmarum.

Euangeliũ Secũdũ matheũ. xij.

In illo tpe. Accesserũt ad iesum scribe ⁊ pharisei: dicentes. Magister volumꝰ a te signũ videre. Qui rñdẽs: ait illis. Gñatio mala ⁊ adultera signũ querit: ⁊ signũ nõ dabit ei nisi signũ ione pphete. Sicut eni fuit ionas i vẽtre ceti tribꝰ diebꝰ ⁊ tribꝰ noctibꝰ

ita erit filius hois in corde terre/
tribus diebus et tribus noctibus.
Viri niniuite surgẽt in iudicio / cũ
generatiõe ista: ⁊ condẽnabũt eã/
qr penitẽtiã egerũt i pdicatiõe io-
ne. Et ecce plusq̃ ionas hic. Regi
na austri surget in iudicio cũ gña
tione ista et condẽnabit eã: qr ve-
nit a finibus terre audire sapiẽtiã
salomõis ⁊ ecce plusq̃ salomõ hic
Cũ aũt inmũdus spirit⁹ exierit
ab homine: ambulat per loca ari
da querẽs requiem et nõ inuenit.
Tũc dicit Reuertar in domũ me
am: vnde exiui. Et veniens inue-
nit eã vacãtem: scopis mũdatã et
ornatã. Tũc vadit ⁊ assumit sep-
tem alios spũs secũ nequiores se: et
intrantes habitant ibi. Et fiunt
nouissima hominis illius: peiora
prioribus Sic erit et generationi
huic pessime Adhuc eo loquẽte ad
turbas: ecce mater eius ⁊ fratres
stabant foris/ querentes loqui ei.
Dixit autẽ ei quidã. Ecce mater
tua/ fratres tui: foris stant querẽ
tes te. At ille respondens: dicenti
sibi ait. Que est mater mea: ⁊ qui
sunt fratres mei: Et extẽdẽs ma-
nũ in discipulos suos: dixit. Ecce
mater mea: et fratres mei. Qui-
cunq; enim fecerit voluntatẽ pa-
tris mei qui in celis est: ipse meus
frater: et soror/ ⁊ mater est. Offr
Meditabor in mandatis tuis que dilexi
valde: et leuabo manus meas ad manda-
ta tua que dilexi. V⁹. Pars mea domine
dixi custodire legẽ tuã: imprecatus sum
vultũ tuũ in toto corde meo. Secreta.
INtende q̃s dñe sacrificium
singulare: vt huius parti-
cipatione mysterij que speranda
credimus/ expectata sumamus.
Per d. Prefa. Qui corporali ieiu.
Cõ. Intellige clamorẽ meũ: intẽde vo
ci orationis mee rex meus et deus meus
quoniam ad te orabo domine. Postcõ.
DA q̃s oĩps deus/ vt reatum
nostrũ munera sacra puri
ficẽt: et recte viuendi nobis operẽ
tur effectum. Per dominum. Su
per populum. Oremus. Humilia
te capita vestra deo. Oratio.
MEntes nr̃as q̃s dñe lumine
tue claritatis illustra: vt vi
dere possumus que agenda sunt/
et que recta sunt/ agere valea-
mus. Per dñm. ¶ Feria. v. post
Inuocauit. Ad missam. Officiũ



COnfessio et pulchritu-
do in cõspectu eius/ san
ctitas ⁊ magnificentia
in sanctificatione eius
Ps. Cantate dño canticum nouum: can-
tate dño omnis terra. Oremus. Fle
ctamus genua Leuate. Oratio.
OMnipotẽs sempiterne de⁹:
qui in obseruatione ieiunij
et elemosynarũ largitiõe nostro
rũ posuisti remedia peccatorũ cõ
cede nos mẽte ⁊ corpore semper ti
bi esse deuotos. Per dominũ. Epi
stola. Lcõ ezechiel. prophe. xviij
IN dieb⁹ illis: Factus est ser
mo dñi ad me/ dicẽs. Quid
est qd inter vos hãc parabolã ver
titis in prouerbium istud in terra
israel/ dicẽtes: Patres nr̃i come-
derũt vuã acerbã: et dẽtes filiorũ
obstupescunt. Uiuo ego dicit dñs
deus: si erit vobis vltra parabola
hec in puerbiũ in isrl' Ecce oẽs aĩe
mee sunt Ut aĩa patris: ita et aĩa
filij mea est. Anima que peccaue-

rit: ipsa morietur. Et vir si fuerit iustus & fecerit iudiciū & iustitiā & in mōtibus nō comederit, et oculos suos nō leuauerit ad ydola domus israel, & vxorē proximi sui nō violauerit, & ad mulierē mēstruatā nō accesserit, hoīem nō contristauerit, pignus debitori suo reddiderit, per vim nihil rapuerit, panē suū esuriēti dederit: & nudū operuerit vestimēto, ad vsurā nō cōmodauerit, & amplius nō acceperit, ab iniqtate auerterit manū suā: iudiciū verū fecerit inter virū & virū & in pceptis meis ābulauerit, & iudicia mea custodierit vt faciat veritatē: hic iustus est: & vita viuet. Ait dñs deus. Quod si genuerit filiū latronē effundentē sanguinē, et fecerit vnū de istis: & hec qdem oia nō facientē: nūqd viuet? Cum vniuersa detestanda hec fecerit: morte morietur. Sāguis eius in ipso erit. Quod si genuerit filiū q videns oia peccata pris sui q fecit: timuerit & nō fecerit simile eis, iudicia mea fecerit, & i pceptis meis ambulauerit: hic nō morietur in iniquitate patris sui, sed vita viuet Pater eius qa calumniatus est & vim fecerit fratri, & malū opatus est in medio ppli sui: ecce mortuus est in iniqtate sua. Et dicitis. Quare nō portabit filius iniqtatē patris sui? Uidelicet qa filius iudiciū et iustitiā operatus est: oia pcepta mea custodiuit & fecit illa, vita viuet. Ait dñs ops. Gr. Custodi me dñe vt pupillam oculi: sub vmbra alarū tuarum protege me. V. De vultu tuo iudicium meū prodeat: oculi tui videant equitatem. Secūdū iohannē. viij.



In il. tpe. Dicebat iesus ad eos qui crediderūt ei ex iudeis. Si vos māseritis i sermone meo, vere discipuli mei eritis: & cognoscetis veritatē, et veritas liberabit vos. Respōderūt ei iudei. Semē abrahe sumus: & nemini seruiuimus vnq̄. Quomodo tu dicis: qa liberi eritis? Respondit eis iesus. Amē amē dico vobis: qa ois qui facit peccatū, seruus est pcti. Seruus autē nō manet in domo in eternū: filius aūt manet ineternū. Si ergo filius vos liberauerit vere liberi eritis. Scio qa filij abrahe estis: sed queritis me interficere qa sermo meus nō capit in vobis. Ego qd vidi apud patrem meū loquor & vos q vidistis apud patrē vrm facitis. Respōderunt et dixerūt ei. Pater nr abrahā est Dixit eis iesus Si filij abrahe estis opera abrahe facite. Nūc aūt queritis me interficere hominē: q veritatē locutus sum vobis, quā audiui a deo. Hoc abrahā nō fecit: vos facitis opera pris vestri. Dixerūt itaq ei. Nos ex fornicatiōe nō sumus nati: vnū prem habemus deū Dixit ergo eis iesus. Si deus pr vr esset: diligeretis vtiq me. Ego ei a deo pcessi: & veni. Neq enim a me ipso veni: sed ille me misit. Quare loquelā meā nō cognoscitis? Qa nō potestis audire sermonē meū. Uos ex pre diabolo estis: & desideria pris vri vultis facere. Ille ho

micida erat ab initio / ⁊ in veritate nō
stetit: q̄a nō est veritas in eo. Cū lo
quitur mēdaciū / ex p̄prijs loquitur: q̄a
mēdax est / ⁊ pr̄ eiꝰ Ego autē si veri
tatē dico: nō creditis mihi. Quis
ex vobis arguet me de pctō? Si
veritatē dico vobis: quare vos nō
creditis mihi? Qui ex deo est: ver
ba dei audit. Offer. Immittit ange
lus dn̄i in circuitu timentiū eū et eripiet
eos: gustate ⁊ videte q̄m suauis est dn̄s.
V. Benedicā dn̄m in omni tempore sem
per laus eius in ore meo. Secreta.

Sacrificia dn̄e q̄s p̄pensius
ista nos saluēt: q̄ medicina
libꝰ sūt istituta ieiunijs. P d. Pre
fa. Qui corpali ie. Cō. Panis quē
ego dedero: caro mea est p mūdi vita. Post

Tuorum nos dn̄e largitate re
ple donorum / ⁊ tp̄alibus at
tolle p̄sidijs: ⁊ renoua sempiternis.
Per d. Sup populum. Humiliate
te capita vestra deo. Oratio.

Da q̄s dn̄e p̄plis xp̄ianis et
q̄ p̄fitentur agnoscere: ⁊ cele
ste munꝰ diligere qđ frequētāt. P
do. Fer. vj. quattuor tēpo. xl. offi



E necessitatibꝰ me
is eripe me dn̄e / vi
de humilitatē meā
et laborē meū: ⁊ di
mitte oīa pctā mea
Ps. Ad te leuaui animā meā deus meus
in te cōfido non erubescam. Oremus.
Flectamus genua Leuate. Or.

Esto dn̄e p̄pitiꝰ plebi tue: ⁊
quā tibi facis esse deuotā:
benigno refoue miseratus auxi
lio Per. Lctō ezechielis pphe. xviij

Hec dicit dn̄s deꝰ: Aīa q̄ pec
cauerit: ipsa morietur. Filiꝰ
nō portabit iniqtatē p̄ris: ⁊ pater
nō portabit iniqtatē filij. Iusti
tia iusti sup eū erit: et impietas impij
erit sup eū. Si autē impiꝰ egerit pe
nitētiā ab oībꝰ pctīs suis q̄ opera
tus est / ⁊ custodierit oīa p̄cepta
mea / ⁊ fecerit iudiciū ⁊ iustitiam
vita viuet / ⁊ nō morietur. Oīm ini
quitatū eiꝰ quas opatꝰ est: nō re
cordabor. In iustitia sua quā ope
ratus est: viuet. Nūqd volūtatis
mee est mors impij / dicit dn̄s deꝰ
⁊ nō magis vt cōuertatur a vijs suis
⁊ viuat? Si autē auerterit se iustꝰ
a iustitia sua: ⁊ fecerit iniquitatē
scḋm oēs abominatiōes quas ope
rari solet impius: nūqd viuet?
Oēs iustitie eius quas fecerat: nō
recordabuntur. In p̄uaricatiōe sua
qua p̄uaricatꝰ est: ⁊ in pctō suo qđ
peccauit in ipsis morietur. Et dixi
stis. Nō est equa via dn̄i. Audite
ergo domꝰ isrł. Nūquid via mea
nō est equa: et non magis vie vr̄e
praue sunt? Cū eni auerterit se iu
stus a iustitia sua et fecerit iniqta
tes: morietur in eis. In iniustitia
sua quā operatꝰ est: morietur. Et cū
auerterit se impiꝰ ab impietate sua
quā operatꝰ est / ⁊ fecerit iudiciū ⁊
iustitiā: ipse aīam suā viuificabit
Cōsiderās eni ⁊ auertēs se ab oi
bus iniqtatibꝰ suis quas operatꝰ
est: vita viuet ⁊ non morietur. Dicit
dn̄s oīps. Gr. Saluū fac seruū tuū de
us meus sperātē in te. V. Auribus p̄cipe
domine orationem meam. Tractus.

Domine nō scḋm pctā nr̄a q̄ feci
mus nos: neq̄ scḋm iniqtates
nr̄as retribuas nobis. V. Dn̄e ne memi
neris iniqtatū nr̄arum atiquarū: cito āntici
pēt nos mie tue: q̄r pauperes facti sumꝰ
nimis. Hic nō fiat genuflectio cū dr̄

45

V. Adiuua nos de⁹ salutaris nr̃ ꝛ ꝓpter gl'iam nois tui dñe libera nos: ꝛ ꝓpitius esto pctis nr̃is, ppt nomē tuū. S. ioh. v



In il. tpe. Erat dies fest⁹ iudeoꝝ ꝛ ascendit iesus hierosolymā. Est aūt hierosolymis pbatica piscina q̄ cognominabat hebꝛaice bethsaida: q̄nq̧ poꝛtic⁹ habēs. In his iacebat mltitudo magna lāguētiū: cecoꝝ/ claudoꝝ/ aridoꝝ/ expectātiū aque motū. Angelus autē dñi secūdū tēpus descēdebat in piscinā: ꝛ mouebatur aqua Et q̄cūq̧ p̄ioꝛ descēdisset in piscinā post motionē aque: sanus fiebat a quacūq̧ detinebat infirmitate. Erat autē q̄dā homo ibi: triginta ꝛ octo ānos habēs in infirmitate sua Hūc ergo cū vidisset iesus iacētē ꝛ cognouisset q̄ iam multū iā tēp⁹ haberet: dicit ei. Uis san⁹ fieri? Rñdit ei lāguidus. Dñe: hominē nō habeo vt cū turbata fuerit aqua: mittat me i piscinā. Dū venio eni ego: ali⁹ ante me descēdit. Dicit ei ies⁹. Surge: tolle grabatū tuū: ꝛ ābula. Et stati sanat⁹ est hō ille: ꝛ sustulit grabatū suū ꝛ ābulabat Erat aūt sabbatū in die illo Dicebāt ergo iudei illi: q̄ sanatus fuerat. Sabbatū est: nō licet tibi tollere grabatū tuū. Rñdit eis Qui me sanū fecit: ille mihi dixit. Tolle grabatū tuū: et ābula. Interrogauerūt ergo eū. Quis est ille homo q̄ dixit tibi: tolle grabatū tuū ꝛ ambula? Is aūt q̄ sanus fuerat effect⁹: nesciebat q̄s esset. Jesus aūt declinauit a turba cōstituta in loco. Postea iuenit eū iesus in tēplo: ꝛ dixit illi. Ecce san⁹ fact⁹ es iā noli peccare: ne deterius tibi aliq̄d cōtingat. Abijt ille hō ꝛ nūciauit iudeis: q̄a ies⁹ esset q̄ fecit eū sanū. Offr. Bñdic aīa mea dño: ꝛ noli obliuisci oēs retributiōes ei⁹ ꝛ renouabit sicut aq̄le iuuēt⁹ tua. V. Qui ꝓpitiat oīb⁹ iniq̄tatib⁹ tuis: et redimit de interitu vitā tuā qui coꝛonat te in miseratione et misericoꝛdia. Secreta.

Suscipe dñe q̄s mūera nr̃is oblata seruitijs: et tua ꝓpitius dona sctifica. Per. Pꝛefa. Qui copoꝛa. Cō. Erubescāt ꝛ cturbent oēs inimici mei: auertant retroꝛsuz et erubescāt valde velociter. Postcō.

Per hui⁹ dñe opationē mysterij/ ꝛ vicia nr̃a purgent et iusta desideria ꝯpleant. Per d. Sup ppłm. Hūiliate capita. Oꝛ.

Exaudi nos misericoꝛs deus et mentibus nostris gratie tue lumē ostēde. Per d. Sabbato iiij. tēpoꝛū quadꝛagesime. Offi.



Intret oꝛo mea i ꝯspectu tuo: inclina aurez tuā ad p̄cem meā dñe. ps. Dñe de⁹ salutis mee: in die clamaui ꝛ nocte coꝛā te. Oēs oꝛones sine Dñs vo. dñr: p̄ter vltimā que est ante ep̄lam. Et ad oēs oꝛones dr̃. Oꝛem⁹. Similit ad oēs oꝛones dr̃. Flectam⁹ genu. pꝛeterq̄ ad vltimā que est ante ep̄lam. et oēs ꝛc. cū suis titulis legātur. Oꝛ.

Populū tuū q̄s dñe ꝓpitius respice: atq̧ ab eo flagella tue iracūdie clemēter auerte. Per dñm. Lectio libꝛi deutero. xxvj.

IN diebus illis. Locutus est moyses ad dnm: dicēs. Respice dne de sanctuario tuo & de excelso celorum habitaculo: & bndic populo tuo israel & terre: quā dedisti nobis sicut iurasti prib⁹ nris dare terrā lacte & melle manātē. Audi isrl. Hodie dns de⁹ tuus pcepit tibi vt facias mādata ei⁹ atqꝫ iudicia et custodias / & ipleas ex toto corde tuo & ex tota aia tua. Dnm elegisti hodie vt sit tibi de⁹: et ābules in vijs ei⁹ vt custodias cerimonias illi⁹ & mādata ei⁹ atqꝫ iudicia / & obedias ei⁹ imperio. En dns elegit te hodie vt sis ei ppls peculiaris sicut locut⁹ est tibi & custodias oia pcepta eius / et faciat te excelsiorē cūctis gētib⁹ quas creauit i laudē et nomē & gl'iam suā / vt sis populus sctūs dni dei tui: sicut locutus est tibi. Gr. Propitius esto dne pctis nostris: nequādo dicāt gētes vbi est deus eorum. ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris noster et ppter honorē nois tui dne libera nos. Nō repetat grad. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio.

DE⁹ q nos per tpalia ducis ad eterna: ptēde miaꝫ tuā ad celestia pmissa nitētibus: & qa tuū est qđ in te credim⁹: tuū sit oē qđ viuim⁹. p d. Lctō li. deute. xj.

IN diebus illis: Dixit moyses filijs israel. Si custodieritis mādata que ego precipio vobis / & feceritis ea vt diligatis dominū deū vrm: & ābuletis in omnibus vijs ei⁹ adherētes ei / disperdet dns oēs gētes istas ante faciēꝫ vrām et possidebitis eas q maiores & fortiores vobis sunt. Ois locus quē calcauerit pes vester: vester erit. A deserto: & libano / & flumine magno eufrate: vsqꝫ ad mare occidētale erūt termini vri nullus stabit cōtra vos. Terrorē vestrū et formidinē dabit dns de⁹ vr sup oēm terrā quā calcaturi estis sicut locut⁹ est vobis: dns deus vr. Gr. Protector nr aspice de⁹: & respice sup seruos tuos. ℣. Dne de⁹ virtutū: exaudi pces seruorū tuorū. Orem⁹. Flectamus genua Leuate. Oratio.

PRotector noster aspice de⁹ vt q malorū nrorum pondere pmimur: percepta mia libera tibi mēte famulemur. p d. ij. macha. j

IN dieb⁹ illis: Orōnē faciebāt sacerdotes: dū offerrēt sacrificiū pro populo israel / ionata inchoāte: ceteris autē rndētib⁹ et dicētibus. Benefaciat vobis deus: et meminerit testamenti sui / quod ad abraham ysaac & iacob locutus est seruorū suorum fideliū. Et det vobis cor vnū omnibus / vt colatis eum: & faciatis eius volūtatē corde magno & animo volenti. Adaperiat dns cor vrm in lege sua: & in pceptis suis / et faciat pacē. Exaudiat dns orōnes vras: et recōsilietur vobis / nec vos deserat in tpe malo: dns deus vester. Gr. Cōuertere dne aliquātulū: et depcare sup seruos tuos. ℣. Dne refugiū factus es nobis: a gnatiōe & pgenie. Orem⁹. Flectamus genua Leuate. Orō

ADesto qs dne supplicationibus nris: vt esse te largientem mereamur & inter psperа humiles: & inter aduersa securi. Per dominū. Lectio libri sapiē. xxxvj

MIserere nri deus oim & respice nos / & ostende nobis

46

lucē miserationū tuarū. Et imitte timorē tuum sup gētes que non exq̄sierūt te: vt cognoscāt q2 nō ē de⁹ nisi tu / vt enarrēt magnalia tua. Alleua manū tuā sup gentes alienas: vt videāt potētiā tuā Sicut eni in cōspectu eorū sctificat⁹ es in nobis sic in cōspectu nr̄o magnificaberis in illis vt cognoscāt te sicut ⁊ nos cognouim⁹ q2 nō est de⁹ pter te dn̄e. Innoua signa: et immuta mirabilia. Glifica manū: ⁊ brachiū dextrū. Excita furorē: ⁊ effūde irā. Extolle aduersariū: ⁊ afflige inimicū. Festina tēp⁹ ⁊ memēto finis: vt enarrēt mirabilia tua: dn̄e de⁹ nr̄. Gr. Saluum fac populū tuū dn̄e: ⁊ bn̄dic hereditati tue. ℣. Ad te dn̄e clamaui de⁹ meus ne sileas a me ⁊ ero similis descendētib⁹ in lacum. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Actiōes nr̄as q̄s dn̄e: aspirando pueni / ⁊ adiuuādo psequere: vt cūcta nr̄a operatio a te semp incipiat ⁊ per te cepta finiat. p d. Lctō danielꝭ pphete. iij

Angel⁹ dn̄i descēdit cū azaria ⁊ socijs ei⁹ in fornacē ⁊ excussit flammā ignis de fornace: ⁊ fecit mediū fornacis quasi ventum roris flantē. Flamma autē diffusa est sup fornacē cubitis quadragitanouē: ⁊ incendit quos repperit iuxta fornacē de caldeis ministros regis q̄ eā incendebāt. Illos aūt oīno nō tetigit ignis neq3 contristauit: neq3 quicq̄ molestie intulit. Tūc hi tres quasi ex vno ore laudabant et glorificabant: ⁊ benedicebant deum in fornace / dicētes. Bendictus es dn̄e deus patrū nr̄orū: ⁊ laudabilis ⁊ glo̾sus / ⁊ superexaltat⁹ in secula. Et bn̄dictū nomē glie tue qđ est sctm̄ ⁊ laudabile ⁊ superexaltatū in oīb⁹ seculis. Bn̄dictus es in tēplo sctō glie tue: ⁊ suplaudabilis ⁊ supglo̾sus in secula. Bn̄dict⁹ es in throno regni tui: ⁊ suplaudabilis ⁊ superexaltatus in secula. Bn̄dictus es sup sceptruz regni diuinitatis tue: et suplaudabilis ⁊ superexaltat⁹ in secula. Bn̄dictus es q̄ intueris abyssos ⁊ sedes sup cherubin: et superlaudabilis et superexaltatus in secula. Bn̄dictus es qui ambulas sup pennas ventorum ⁊ super vndas maris: et superlaudabilis ⁊ superexaltat⁹ in secula. Duo clerici de secūda forma in superpellicijs ad gradum chori dicāt sequētē Tr.

Benedictus es in firmamēto celi: et laudabilis et gloriosus in sc̄la. Chor⁹ idē. Clerici. ℣. Bn̄dicite oia opera dn̄i dn̄o: bn̄dicite celi dn̄o / bn̄dicite angeli dn̄i dn̄o. Chorus post vnūquēq3 versū. R. Hymnū dicite ⁊ superexaltate eū in sc̄la. Clerici. ℣. Bn̄dicite aque que sup celos sunt dn̄o: bn̄dicite oēs virtutes dn̄i dn̄o / bn̄dicite sol ⁊ luna dn̄o Chor⁹. Hymnū. Clerici. ℣. Bn̄dicite stelle celi dn̄o: bn̄dicite ymber ⁊ ros dn̄o: bn̄dicite ois sp̄us dei dn̄o. Chor⁹. Hymnū. Clerici. ℣. Bn̄dicite ignis et estus dn̄o: bn̄dicite noctes ⁊ dies dn̄o / bn̄dicite tenebre ⁊ lumē dn̄o. Chor⁹. Hymnū Cleri. ℣. Bn̄dicite frig⁹ ⁊ cauma dn̄o: bn̄dicite pruina et niues dn̄o / bn̄dicite fulgura ⁊ nubes dn̄o. Cho. Hymnū. Clerici. ℣. Bn̄dicat terra dn̄o: bn̄dicite mōte ⁊ colles dn̄o: bn̄dicite oia nascētia terre dn̄o. Cho. Hymnū. Clerici. ℣. Bedicite maria et flumina dn̄o: bn̄dicite fon

tes dño: bñdicite cete et oia q̄ mouentur in aquis dño. Chorus. Hymnū. Clerici. ℣. Benedicite volucres celi dño: bñdicite bestie et vniuersa pecora dño: bñdicite filij hoim dño. Chor⁹ Hymnū. Clerici. ℣. Bñdicat israel dño: bñdicite sacerdotes dñi dño: bñdicite serui dñi dño Cho. Hym. Clerici ℣. Bñdicite spūs et aie iustorū dño: bñdicite scti et humiles corde dño. Chorus. Hymnū. Clerici ℣. Benedicite anania azaria misael dño. Chorus. Hymnū. Postea clerici re incipiāt tractū. Bñdict⁹ es in firmamento celi. et pcantet a choro. Sequa tur. Dominus vobiscum. et Oremus Hic non dicatur Flectamus genua Leuate. Oratio.

DEus q̄ trib⁹ pueris mitigasti flāmas igniū: cōcede ppitius: vt nos famulos tuos nō exurat flāma vicior. p d. Hic dicant mēo. ɔsuete. j. Thessalonicen. v.

FRatres: Rogamus vos/ corripite inqetos: consolamini pusillanimes/ suscipite infirmos/ patiētes estote ad oēs Uidete ne qs malū p malo alicui reddat: sed semp qd bonū est sectamini inuicē/ et in oēs Semp gaudete: sine intermissiōe orate in oib⁹ grās agite. Hec est enim volūtas dei in xpo iesu: in oib⁹ vobis. Spiritū nolite extinguere: pphetias nolite spernere. Oia aūt pbate: qd bonū est tenete/ ab omni specie mala abstinete vos. Ipse aūt de⁹ pacis sctificet vos p oia: vt itegr spūs vester et aia et corpus sine q̄rela: in aduētu dñi nri iesu xpi seruet. Duo clerici de scda forma in cappis suis nigris ad grad. chori simul cātēt totū et itegrū istū tr.

LAudate dñm omnes gentes: et collaudate eū omnes populi. ℣. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: et veritas domini manet ineternum. Secundū mathe. xvij.



IN il. tpe. Assūpsit iesus petrū et iacobū et iohannē fratrē eius: et duxit illos in montē excelsum seorsum: et trāsfiguratus est āte eos. Et resplēduit facies eius sicut sol vestimēta autē ei⁹ facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerūt illis moyses et helyas: cū eo loquētes. Respōdens autē petrus: dixit ad iesum. Dñe/ bonū est nos hic esse. Si vis/ faciamus hic tria tabernacula: tibi vnū/ moysi vnū/ et helye vnū. Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obūbrauit eos. Et ecce vox de nube: dicens. Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene cōplacui/ ipsum audite. Et audientes discipuli: ceciderūt in faciem suā: et timuerunt valde. Et accessit ies⁹ et tetigit eos: dixitq eis Surgite: et nolite timere. Leuātes autem oculos suos: neminem viderūt nisi solū iesum. Et descendētibus illis de mōte: pcepit eis iesus dicēs. Nemini dixeritis visionem: donec filius hominis a mortuis resurgat. Offr. Dñe de⁹ salutis mee in die clamaui et nocte corā te: intret oratio mea in conspectu tuo dñe. ℣. Inclina aurē tuā ad pcē meā dñe: lōge fecisti notos meos a me: clamaui ad te dñe tota die expādi man⁹ meas ad te. Sec.

PResentibus sacrificijs: q̃s dñe ieiunia nr̃a sctifica: vt qđ obseruãtia nr̃a profitet extrinsecus intrinsecus operet. Per do. Prefa. Qui corporali. Cõ. Dñe deus meus in te speraui libera me ab omnib⁹ persequentib⁹ me eripe me. Pcõ.

QVos diuio dñe reficis mysterio ppetuo defēde psidio ⁊ quos ībuisti celestib⁹ istitutis salutarib⁹ comitare solatijs. p. Si eps̃ defuerit: dicat sup ppłm hec or. Hũiliate capita vr̃a deo. Or.

FIdeles tuos dñe benedictio desiderata confirmet: que eos a tua volũtate nunq̃ faciat discrepare: et tuis semp indulgeat bñficijs gratulari. p d. Tamen si eps̃ psens fuerit et ordines fecerit: nõ dicet. Dñica secũda quadragesime. Ad missam Offi.

REminiscere miserationum tuarum domine: ⁊ misericordie tue que a seculo sunt ne vnq̃ dominentur nobis inimici nr̃i/ libera nos de⁹ israel ex omnib⁹ angustijs nr̃is. ps. Ad te dñe leuaui animã meã: deus meus in te confido non erubescã. Oro.

DEus q̃ ɔspicis oĩ nos virtute destitui: interi⁹: exteriusq̃ custodi: vt ab oĩbus aduersitatibus muniamur ĩ corpore: ⁊ a prauis cogitationibus mũdemur in mēte. Per d. ſ. Thessalonicē. iiij

FRatres: Rogamus vos ⁊ obsecram⁹ in dño iesu: vt quēadmodum accepistis a nobis quomodo vos oporteat ãbulare et placere deo: sic et ambuletis vt abundetis magis. Scitis eni que pcepta dederim vobis: per dñm iesum. Hec est eni volũtas dei sctificatio vr̃a: vt abstineatis vos a fornicatiõe/ vt sciat vnusq̃sq̃ vestrũ suũ vas possidere in sctificatiõe ⁊ honore. Nõ in passiõe desiderij: sicut et gẽtes q̃ ignorant deũ. Et ne q̃s supgrediat/ neq̃ circũueniat in negocio fratrẽ suũ: qm vindex est dñs de his oĩbus sicut pdixim⁹ vobis/ et testificati sum⁹. Nõ eni vocauit nos de⁹ in inmũdiciã: sed in sctificationẽ. In xp̃o iesu: dño nr̃o. Gr. Tribulatiões cordis mei dilatate sunt: de necessitatibus meis eripe me dñe. V. Uide humilitatẽ meã et laborem meũ: et dimitte oĩa pctã mea. Tr.

DIxit dñs mulieri chananee: non est bonũ sumere panẽ filiorum: et mittere canib⁹ ad mãducãdũ. V. Atilla dixit: etiã dñe: nã ⁊ catelli edũt de micis q̃ cadũt de mẽsa dñorũ suor. V. Ait illi iesus: o mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut petisti. Secũdũ mathe. xv.



IN il. tpe. Egress⁹ iesus secessit in partes tyri ⁊ sydonis ⁊ ecce mulier chananea a finibus illis egressa/ clamauit dicẽs ei. Miserere mei domine fili dauid: filia mea male a demonio vexat Qui nõ respõdit ei verbũ. Et accedentes discipuli eius: rogabãt eũ dicẽtes. Dimitte eã: q̃a clamat post nos. Ipse autẽ rñdens: ait. Non sum missus: nisi ad oues que perierũt domus israel. At illa venit: et adorauit eum dicẽs. Dñe/ adiuua

me. Qui rñdẽs: ait. Nõ est bonũ sumere panẽ filioꝝ: ⁊ mittere canib⁹. At illa dixit. Etiã dñe. Nã ⁊ catelli edũt de micis q̃ cadũt de mẽsa dñoꝝ suoꝝ. Tũc rñdens iesus: ait illi. O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius: ex illa hora. Offꝫ. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. Secreta.

Ecclesie tue dñe mũera placat⁹ assume: q̃ ⁊ misericors offerẽda tribuisti: ⁊ in nr̃e salutis potẽter efficis trãsire mysterium p d. Prefa. quoti. Cõ. Intellige clamorẽ meũ: itẽde voci orõnis mee rex meus ⁊ de⁹ me⁹ qm̃ ad te orabo dñe. post.

Corporis ⁊ sanguinis sacrosctĩ dñice q̃s grã nos sumpta viuificet: ⁊ qd mysticis actiõibus pollicetur: eternis effectibus largiatur. Per dominum. ¶ Feria scda post Reminiscere. Officiũ.

Redime me dñe ⁊ miserere mei: pes eni meus stetit in via recta / in ecclesijs bñdicã dñm. ps. Judica me dñe quoniã ego in innocentia mea ingressus sum: ⁊ in dño sperãs non infirmabor. Flectam⁹ genua. Leuate. Orõ.

Presta q̃s ops de⁹: vt familia tua q̃ se affligẽdo carnẽ ab alimentis abstinet: sectãdo iustitiam a culpa ieiunet. Per dominum. Lectio danielis prophe. ix.

In dieb⁹ illis: Orauit daniel ad dñm: dicẽs. Dñe de⁹ nr̃ q̃ eduxisti ppl̃m tuũ de terra egypti i manu forti ⁊ fecisti tibi nomẽ scdm̃ dic hãc / peccauim⁹ / iniqtatẽ fecim⁹ dñe in oẽm iustitiã tuã. Auertat obsecro ira tua et furor tu⁹ a ciuitate tua hierusalẽ ⁊ a mõte sctõ tuo. Propter pctã eni nr̃a / et iniqtates patrũ nr̃oꝝ: hierl̃m popul⁹ tu⁹ in opprobriũ sũt: oĩbus p circuitũ nr̃m. Nũc ergo exaudi de⁹ nr̃ orõnẽ serui tui ⁊ p̃ces ei⁹: et ostẽde faciẽ tuã sup sãctuariũ tuũ qd desertũ est Propter temetipm̃ inclina de⁹ me⁹ aurẽ tuã ⁊ exaudi aperi oculos tuos et vide desolationẽ nr̃am: ⁊ ciuitatẽ sup quã inuocatũ est nomẽ tuũ. Neq̃ eni in iustificatiõib⁹ nr̃is p̃sternim⁹ p̃ces ante faciẽ tuã: sed i miseratiõnib⁹ tuis multis. Exaudi dñe / placare dñe: attẽde et fac. Ne moreris ppter temetipm̃ de⁹ meus: qr nomẽ tuũ inuocatũ est sup ciuitatẽ / ⁊ sup populũ tuũ: dñe deus nr̃. Grꝫ. Adiutor meus et liberator meus esto dñe: ne tardaueris. ℣. Cõfundãtur et reuereant inimici mei: qui querũt animam meam. Tractus. Dñe nõ secundum. quere supra feria. vj. quattuor tẽporũ. Secũdũ Johãnẽ. viij.



In il. tpe. Dixit iesus turbis iudeorũ. Ego vado et q̃retis me: et in pctõ vr̃o moriemini. Quo ego vado: vos nõ potestis venire. Dicebãt ergo iudei. Numqd interficiet semetipsum: qa dicit / quo ego vado / vos nõ potestis venire? Et dicebat eis. Uos de deorsum estis: ego de superi⁹ sũ. Uos de mundo hoc estis: ego non sum

48

de hoc mūdo. Dixi ergo vobis: quia moriemini in peccatis vestris Si enim nō credideritis quia ego sum: morie mini in peccatō vestrō. Dicebāt ergo ei Tu quis es: Dixit eis iesus. Princi piū / quod et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui et iudicare: sed qui misit me / verax est Et ego que au diui ab eo: hec loquor in mūdo. Et nō cognouerūt: quia patrē eius dicebat deū. Dixit ergo eis iesus Cū exaltaueritis filiū hominis: tūc cognoscetis quia ego sum. Et a meipso facio nihil: sed sicut docuit me pater hec loquor Et qui me misit: mecū est et non relinquit me solū. Quia ego que placita sūt ei: facio semper. Offer. Bñdicā dñm qui tribuit mihi intellectū: puidebā deū i cōspectu meo semper quoniam a dextris est mihi ne cōmouear. V. Conserua me dñe quoniam i te speraui: ego dixi deus meus es tu / dñs pars hereditatis mee. Secre.

Hec hostia dñe placatiōis et laudis: tua nos ppitiatiōe dignos efficiat. per do. Prefa. Qui corporali ie. Cō. Dñe dñs noster quam admirabile ē nomē tuū i vniuersa terra. Postc.

Hec nos cōmunio: dñe purget a crimine: et celestis remedij faciat esse consortes. Per dominū: Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Adesto supplicatiōibus nostris omnipotens deus: et quibus fiduciā sperāde pietatis indulges: cō suete mie tribue benignus effectū Per dñm. ¶ Feria tertia post Reminiscere. Ad missam. Officium


Tibi dixit cor meū / quesiui vultū tuū: vultum tuū dñe reqrā: ne auertas faciē tuā a me. ps. Dñs illūinatio mea: et salus mea quē timebo. Oremus. Flecta. gen. Le. Oro

Perfice quesumus dñe benignus in nobis obseruātie sctē subsidiū: vt que te auctore facienda cognouimus: te operante compleamus. Per. Lctō li. iij. regū xvij.

In diebus illis: Factus est sermo dñi ad helyam thesbitē dicens. Surge / et vade in sareptā sydoniorū: et manebis ibi. Precepi enī ibi mulieri vidue: vt pascat te. Surrexit helyas: et abijt in sareptā. Cūque venisset ad portā ciuitatis: apparuit ei mulier vidua / colligēs ligna. Et vocauit eā; dixitque ei. Da mihi paululū aque in vase: vt bibā. Cūque illa pgeret vt afferret: clamauit post tergū eius: dicēs. Affer mihi obsecro et buccellā panis: in manu tua. Que rūdit Viuit dñs deus tuus quia nō habeo panē nisi quātū pugillus capere potest farine in hydria: et paululum olei i lechito En colligo duo ligna vt ingrediar et faciā illud mihi et filio meo: vt comedamus et moriamur. Ad quā helyas ait. Noli timere: sed vade: et fac sicut dixisti. Verūtamē mihi primū fac de ipsa farinula subcinericiū panē paruulū et affer ad me: tibi autē et filio tuo facies postea. Hec autē dixit dñs deus israel. Hydria farine non deficiet: nec lechitus olei minuetur vsque in diē in qua dñs daturus est pluuiā sup faciē terre. Que abijt / et fecit iuxta verbū helye: et comedit ipse et illa: et domus eius tota. Et ex illa die hydria farine non defecit: et lechitus olei nō est iminutus iuxta verbū dñi: quod locutus fuerat in

manu helye. Gr. Iacta cogitatum tuū in dn̄o: & ipse te enutriet. V. Dū clamarē ad dominum exaudiuit vocem meam ab his qui appropinquāt mihi. Euāgelium. Secundū Matheū. xxiij



IN il. tpe. Locutus est iesus ad turbas: et ad discipulos suos: dicens. Sup cathedrā moysi: sederunt scribe & pharisei Oia ergo quecūqz dixerint vobis: seruate et facite. Scdm vero opera eorū: nolite facere. Dicunt enim/ et nō faciūt. Alligāt enim onera grauia et importabilia: et imponūt in humeros hoim: digito aūt suo: nolunt ea mouere. Oia vero opera sua faciunt: vt videant ab hoib. Dilatāt eni philateria sua: et magnificāt fimbrias. Amant enim primos recubitus in cenis: et primas cathedras in sinagogis et salutationes in foro / et vocari ab hoibus rabbi. Uos autē nolite vocari rabbi. Unus est eni magister vester: omnes vos fratres estis. Et patrē nolite vocare vobis: sup terrā. Un9 est eni pr vr: q in celis est. Nec vocemini magistri: quia magister vester vn9 est christ9. Qui maior est vestrū: erit minister vester. Qui autē se exaltauerit: humiliabit. Et q se humiliauerit: exaltabit. Offr. Miserere mihi dn̄e secūdū magnā misericordiā tuā: dele dn̄e iniqtatē meā. V. Qm iniqtatem meam ego cognosco: et delictum meum contra me est semper. Secreta

SAnctificationē tuā nobis dn̄e his mysterijs placat9 operare q nos & a terrenis purget vicijs: et ad celestia dona pducat. p d. pfa. Qui corpo. Cō Narrabo oia mirabilia tua: letabor et exultabo in te psallā nomini tuo altissime. Postcō.

SIt nobis dn̄e qs medicina mētis & corporis qd de sancto altari tuo pcepim9: vt nullis aduersitatib9 fatigemur: q tanti remedij participatiōe munimur Per dominum. Sup populū. Humiliate capita vestra deo. Orō.

PRopitiare dn̄e supplicationib9 nr̄is: & aiar nrar medere lāguorib9: vt remissione pcepta: in tua semp benedictiōe letemur. p do. ¶ Feria. iiij. post Reminiscere. Ad missam. Officiū.

NE derelinquas me dn̄e de9 meus: ne discedas a me/ intēde i adiutoriū meū dn̄e virt9 salutis mee. ps. Dn̄e ne in furore tuo arguas me: neqz i ira tua corripias me. Orem9. Flec. ge. Le. Or

POpulū tuū qs dn̄e ppiti9 respice quos ab escis carnalibus prec tpis abstinere: a noxijs quoqz vicijs cessare concede. Per do. Epl'a. Lectio libri hester. xiij.

IN diebus illis: Orauit hester ad dn̄m dicēs. Dn̄e de9 rex ops: in ditione tua cūcta sunt posita: & nō est q tue possit resistere volūtati. Si decreueris saluare nos: cōtinuo liberabimur. Tu enim dn̄e fecisti celum et terram: et quicquid celi ambitu cōtinetur Dn̄s omniū tu es: nec est qui resistat maiestati tue. Et nūc dn̄e rex

regnū/deus abrahā/miserere populo tuo: q̄a voluūt nos inimici nostri perdere ⁊ hereditatē tuā delere. Ne despicias partē tuā quā redemisti de egypto: sed exaudi depcationē nostrā/⁊ propitius esto sorti et funiculo hereditatis tue/⁊ cōuerte luctū nostrū in gaudiū/ vt viuentes laudemus nomen tuū. Et ne claudas ora canentiū te: domine deus noster. Gr. Saluū fac populū tuū dn̄e: et bn̄dic hereditati tue. ℣. Ad te dn̄e clamabo: de⁹ me⁹ ne sileas a me et ero similis descēdētib⁹ i lacū. Tr.

De necessitatibus meis eripe me dn̄e: vide humilitatē meā ⁊ laborē meū: dimitte om̄ia pctā mea. ℣. Ad te dn̄e leuaui animā meā: deus meus in te cōfido nō erubescā: neq̄ irrideāt me inimici mei. ℣. Etenim vniuersi qui te expectāt nō confundentur: confundātur omnes facientes vana. Scdm mat xx.



In il. tpe. Ascēdēs iesus hierosolymā: assumpsit duodecī discipulos suos secreto/ et ait illis. Ecce ascēdim⁹ hierosolymam et fili⁹ hominis tradet principib⁹ sacerdotū ⁊ scribis: ⁊ cōdēnabunt eū morte/⁊ tradēt eū gētib⁹ ad illudēdū ⁊ flagellādū/⁊ crucifigendū: et tertia die resurget. Tūc accessit ad eū mater filiorū zebedei cū filijs suis: adorās ⁊ petens aliq̄d ab eo. Qui dixit ei. Quid vis. Ait illi. Dic vt sedeant hi duo filij mei: vn⁹ ad dexterā tuā/⁊ vn⁹ ad sinistrā in regno tuo. Respondēs autē iesus dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicē/ quē ego bibiturus sum. Dicūt ei. Possumus. Ait illis. Calicē q̄dē meū bibetis: sedere autē ad dexterā meam vel sinistrā/ non est meū dare vobis: sed q̄bus paratū est a patre meo. Et audiētes decē: indignati sunt de duob⁹ fratrib⁹. Jesus autē vocauit eos ad se: ⁊ ait. Scitis q̄a principes gētiū dominātur eorum: ⁊ qui maiores sunt potestatē exercēt in eos. Nō ita erit iter vos. Sed quicūq̄ voluerit inter vos maior fieri: sit vester minister. Et q̄ voluerit inter vos primus esse: erit vester seru⁹. Sicut fili⁹ hois nō venit ministrari sed ministrare: ⁊ dare aīam suā in redēptionē pro multis. Offr. Ad te dn̄e leuaui aīam meā: de⁹ meus in te cōfido nō erubescā: neq̄ irrideāt me inimici mei: eteni vniuersi qui te expectant non cōfundētur. ℣. Dirige me in veritate tua et doce me: quia tu es deus salutaris meus ⁊ te sustinui tota die. Secre.

Hostias dn̄e quas tibi offerim⁹ ꝓpitius respice: et per hec sacrosctā cōmertia: vincula pctōꝝ nrōꝝ absolue. p d. Prefa. Qui corporali ieiunio. Cōio. Iustus dominus ⁊ iustitias dilexit: equitatem vidit vultus eius. Postcōmunio

Prosit nobis dn̄e q̄s mysterij frequentata pceptio: vt a vetustatis conditione purgati: ad tue nouitatis incremēta tēdamus. Per. Super populū. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Deus innocētie restitutor ⁊ amator: dirige ad te tuorū corda seruorū: vt spūs tui feruore

cõcepto: ꝛ in fide inueniant stabi-
les/et in opere efficaces. Per do.
in vnitate eiusdē. ¶ Fer. v. post
Reminiscere. Ad missam Offici.
Deus in adiutoriū meū
intende: dñe ad adiuuā
dū me festina: cõfundā
tur ꝛ reuereātur inimi
ci mei qui querunt aīam meā. ps.
Auertant retrorsū ꝛ erubescāt: q̄ volūt mi
hi mala. Orem9. Flec. geñ. Le. or
Presta nobis q̄s dñe auxili-
um gratie tue: vt ieiunijs ꝛ
oronib9 cõuenienter intenti: libere
mur ab hostib9 mētis ꝛ corporis.
Per d. Lctō hieremie pphe. xvij.
In diebus illis: Locutus est
hieremias propheta dicēs.
Maledict9 homo q̄ confidit in hoīe:
et ponit carnē brachiū suū/ ꝛ a do
mino recedit cor ei9. Erit eni qua
si mirice i deserto: ꝛ nõ videbit cū
venerit bonū/ sed habitabit i sicci
tate in deserto/ i terra salsuginis
et inhabitabili. Bñdict9 vir q̄ confi
dit in dño: ꝛ erit dñs fiducia ei9 Et
erit quasi lignū qđ trāsplātat sup
aquas: qđ ad humorē mittit radi-
ces suas/ et nõ timebit cū venerit
estus. Et erit foliū ei9 viride: ꝛ in
tēpore siccitatis nõ erit sollicitū/
nec aliqñ desinet facere fructum.
Prauū est cor hoīs ꝛ inscrutabile:
q̄s cognoscet illud? Ego dñs scru-
tās corda ꝛ pbās renes: q̄ do vni-
cuiq3 iuxta viā suā/ ꝛ iuxta fructū
adinuētionū suarū. Dicit dñs oīps
Gr. Propitius esto dñe pctis nr̄is: ne
quādo dicāt gētes vbi est deus eorū. V.
Adiuua nos deus salutaris noster: ꝛ pro
pter honorē nominis tui dñe libera nos.
Euangeliū. Scdm iohānem. v.

In il. t. di. ie. turbis iudeorū
Non possum ego a meipso
facere q̄cq̄: sed sicut audio iudico.
Et iudiciū meū iustū est/ quia nõ
quero volūtatē meā: sed volunta
tē ei9 q̄ misit me. Si ego testimo-
niū phibeo de meipso: testimoniū
meū nõ est verū. Alius est q̄ testi
moniū phibet de me: ꝛ scio q̄a ve-
rū est testimoniū ei9 qđ phibet de
me. Vos misistis ad iohānē: ꝛ te-
stimoniū perhibuit veritati Ego
autē non ab hoīe testimoniū acci
pio: sed hec dico vt vos salui sitis.
Ille erat lucerna ardēs ꝛ lucens:
vos autē voluistis ad horā exulta
re in luce ei9. Ego aūt habeo testi
moniū: mai9 iohāne. Opera eni
que dedit mihi pater vt pficiā ea:
ipsa opera que ego facio testimo-
niū phibēt de me/ q̄a pater me mi
sit. Et qui misit me pater: ipse te-
stimoniū perhibuit de me. Neq3
vocē eius vnq̄ audistis: neq3 speci
em ei9 vidistis. Et verbū eius nõ
habetis in vobis manens: q̄a quē
misit ille/ huic vos non creditis.
Scrutamini scripturas/ q̄a vos
putatis in ipsis vitā eternam ha-
bere: et ille sunt que testimonium
perhibent de me. Et nõ vultis ve
nire ad me: vt vitam habeatis.
Claritatem ab hominibus nõ ac
cipio: sed cognoui vos q̄a dilectio
nē dei nõ habetis in vobis Ego ve
ni in noīe pr̄is mei: ꝛ nõ accepistis
me. Si ali9 venerit in noīe suo: il
lū accipietis. Quo modo vos po-
testis credere q̄ gloriam ab inuicē ac
cipitis: ꝛ gloriam q̄ a solo deo est nõ
q̄ritis? Nolite ergo putare q̄a ego
accusatur9 sū vos apud patrem:

est qui accusat vos moyses in quo vos speratis. Si enim crederetis moysi: crederetis forsitan et mihi. De me eni ille scripsit. Si autē illius literis non creditis quomodo verbis meis credetis. Offr. Precat⁹ est moyses in cōspectu dñi dei sui et dixit: precatus est moyses in cōspectu dñi dei sui et dixit: quare dñe irasceris in populo tuo? parce ire anime tue: memento abraham ysaac et iacob: quibus iurasti dare terram fluentem lac et mel: et placatus factus est dñs de malignitate quā dixit facere populo suo. ℣. Dixit dominus ad moysen: inuenisti gratiā in conspectu meo et scio te pre oībus: et festinās moyses inclinauit se in terram et adorauit dicēs: scio quia misericors es in milibus auferens iniquitatem et peccata. Secre.

Deus cui oīm sacrificiorum varietate finita hostiā nunc offerim⁹ singularē: adesto votis tua inspiratione cōceptis: vt in te sperantiū et desideria iubeas perfici: et peccata deleri. p. Prefatio. Qui corpali. Cōio. Qui mãducat meā carnē et bibit meū sanguinem: in me manet et ego in eo dicit dñs. Postcōio.

Gratia tua nos dñe qs non derelinquat: q et sacre nos deditos faciat seruituti: et tuā nobis opē semp acqrat largitatis: et ab oībus tueatur aduersis. Per dominū. Sup populū. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Adesto dñe famulis tuis et perpetuā benignitatē largire poscētib⁹: vt his q te auctore et gubernatore gloriant: et cōgregata restaures/ et restaurata conserues. Per dñm. ¶ Fer. vj. post Reminiscere. Ad missam. Offi.

Ego autē cū iustitia apparebo i cōspectu tuo: satiabor dū manifestabit glia tua. ps. Exaudi dñe iustitiā meam: intēde deprecationem meā. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Da qsomps deus: vt sacro nos purificātē ieiunio: sinceris mētibus ad sctā vētura facias puenire. p d. Lec. li. geñ. xxxvij.

In dieb⁹ illis: Dixit ioseph fribus suis. Audite somniū meū qd vidi. Putabā nos ligare manipulos i agro: et quasi cōsurgere manipulū meū et stare/ vestros qz manipulos circūstātes: adorare manipulū meū. Rñderūt fres ei⁹ Nūqd rex nr eris: aut subijciemur ditiōi tue? Hec ergo causa sōniorum atqz sermonū: inuidie et odij fomitē ministrauit. Aliud quoqz vidit sōniū qd narrās fribus ait. Vidi p sōniū quasi solē et lunā et stellas vndeci adorare me. Qd cū pri suo et fratrib⁹ retulisset: icrepauit eū pr suus et dixit. Quid sibi vult hoc somniū/ qd vidisti? Nū ego et mr tua et fratres tui: adorabim⁹ te super terrā? Inuidebāt igit ei fres sui: pr vero rē tacit⁹ cōsiderabat. Cūqz fres illi⁹ i pascēdis gregib⁹ patris morarētur in sichen: dixit ad eū israel. Fratres tui pascunt oues in sichimis: veni mittā te ad eos. Quo respōdēte psto sum: ait Vade/ et vide si cūcta pspera sint erga fratres tuos et pecora: et renūcia mihi qd agatur. Missus de valle ebron: venit in sichē. Inuenitqz eū vir errātem in agro: et interrogauit eū qd quereret. At ille

respōdit: fratres meos quero In dica mihi: vbi pascūt greges. Dixitq; ei vir Recesserūt de loco isto Audiui autē eos dicētes: eam⁹ in dothain. Perrexit ergo ioseph post fratres suos: & inuenit eos in dothaim. Qui cū vidissent eū pro cul/ anteq; accederet ad eos: cogitauerūt illū occidere/ et inutuo lo quebātur. Ecce somniator venit: venite occidamus eū/ & mittam⁹ in cisternā veterē: dicemusq;: fera pessima deuorauit eū. Et tūc apparebit: qd illi prosint somnia sua Audiēs autē hec rubē: nitebatur liberare eū de manibus eorū/ & dicebat. Nō interficiam⁹ aīam ei⁹ nec effundam⁹ sanguinē: sed pijcite eū in cisternā hāc q est in solitudine/ manusq; vr̄as seruate innoxias. Hoc aūt dicebat: volēs eum eripere de manib⁹ eor: et reddere pr̄i suo. Gr. Ad dn̄m cum tribularer clamaui et exaudiuit me. ℣. Dn̄e libera aīam meā a labijs iniqs: & a lingua dolosa. Tr. Dn̄e non scd̄m pctā. q̄re supra fer. vj. quat. tēpor. S. mat. xxj.



In il. tpe. Dixit iesus discipulis suis/ & turbis iudeor. Homo qdā erat pr̄familias q plātauit vineā: & sepē circundedit ei. Et fodit in ea torcular/ et edificauit turrim: et locauit eā agriculis et peregre pfect⁹ est. Cū autē tēpus fructuū appropinquasset: misit seruos suos ad agricolas vt acciperēt fruct⁹ eius. Et agricole/ ap phēsis seruis ei⁹: aliū ceciderunt/ aliū occiderūt/ aliū vero lapidauerunt. Iterū misit alios seruos plures priorib⁹: & fecerūt illis sibr Nouissime aūt misit ad eos filiū suū: dicēs. Verebunt forte filium meū. Agricole aūt videtes filiū: dixerūt intra se. Hic est heres: venite occidam⁹ eū: & habebim⁹ hereditatē ei⁹. Et apphēsum eū eiecerūt extra vineā: & occiderūt Cū ergo venerit dn̄s vinee: qd faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male pdet: & vineā suā locabit aliis agricolis q reddāt ei fructū tēporib⁹ suis. Dicit illis ies⁹. Nūq legistis in scripturis: lapidē quē reprobauerūt edificātes hic fact⁹ est in caput anguli? A dn̄o factū est istud: & est mirabile i oculis nostris. Ideo dico vobis: qa auferet a vobis regnū dei: & dabit gēti facieti fruct⁹ ei⁹. Et q ceciderit sup lapidē istū: cōfringet. Sup quē vero ceciderit: cōteret eū Et cū audissent principes sacerdotū & pharisei parabolas ei⁹: cognouerunt q de ipsis diceret. Et querētes eū tenere: timuerūt turbas. Quoniā sicut pphetā eū habebant. Offr. Dn̄e in auxiliū meū respice: cōfundant & reuereant q querūt aīam meā: vt auferant eā. ℣. Auertātur retrorsum et erubescant: qui cogitant mihi mala Secre.

Hec in nobis sacrificia dn̄e deus: & actione pmaneant et operatiōe firment. p d. Prefa. Qui corporali ieiu. Cō. Tu domine seruabis nos: et custodies nos a generatione hac in eternū. Postcōmunio.

Fac nos dn̄e qs accepto pignore salutis eterne sic tē-

dere cōgruenter: vt ad eā ꝑuenire possimus. ꝑ d. Sup populū. Humiliate capita vestra deo. Oro.

Da q̄sumus dn̄e populo tuo salutē mentis et corporis: vt bonis operibus inherendo: tue semꝑ virtutis mereaꝰ protectione defendi. ꝑ do. ¶ Sabbato post Reminiscere. Ad missam. Offi.

Lex dn̄i irreꝑhēsibilis cōuertēs aīas testimoniū dn̄i fidele sapiētiā ꝑstās paruulis. ꝑ. Celi enarrāt gl'iaꝫ dei: ⁊ opa manuū ei⁹ annūciat firmamētū. Flecta. gen. Le. or.

Da q̄s dn̄e nr̄is effectū ieiunijs salutarem: vt castigatio carnis assumpta: ad nr̄arū vegetationē trāseat animarū Per. dn̄m. Lectio libri genesis. xxvij.

In dieb⁹ illis: Dixit rebecca filio suo iacob Audiui patrē tuū loquētē cum esau fratre tuo ⁊ dicentem ei. Affer mihi de venatione tua et fac cibos: vt comedā et benedicā tibi corā dn̄o anteꝙ moriar. Nūc ergo fili mi: acquiesce cōsilijs meis ⁊ pergēs ad gregē affer mihi duos hedos optimos: vt faciā ex eis escas patri tuo: quibus libēter vescitur. Quas cū intuleris et comederit: bn̄dicat tibi: priusꝙ moriaꝰ. Cui ille respōdit. Nosti ꝙ esau frater meus: homo pilosus sit: et ego lenis. Si attrectauerit me pr̄ meus: ⁊ senserit: timeo ne putet sibi me voluisse illudere: ⁊ inducat sup me maledictionē pro bn̄dictione. Ad quē mater. In me sit (ait) ista maledictio fili mi: tātū audi vocē meā: et pgēs affer que dixi. Abijt / ⁊ attulit: deditq꞉ matri. Parauit illa cibos: sicut nouerat velle patrē illi⁹: ⁊ vestib⁹ esau valde bonis quas apd' se habebat domi: induit eū. Pelliculasq꞉ hedorū: circūdedit manib⁹: et colli nuda protexit. Deditq꞉ pulmētū: et panes quos coxerat / tradidit. Quib⁹ illatis: dixit. Pr̄ mi At ille rn̄dit. Audio. Quis es tu fili mi? Dixitq꞉ iacob. Ego sum esau primogenit⁹ tuus: feci tibi sicut ꝓcepisti mihi. Surge / sede: et comede de venatiōe mea: vt bn̄dicat mihi aīa tua. Rursumq꞉ ysaac ad filiū suū. Quō (inq̄t) tā cito inuenire potuisti fili mi? Qui rn̄dit. Voluntas dei fuit: vt cito occurreret mihi / qđ volebaꝫ. Dixitq꞉ ysaac Accede huc: vt tāgā te fili mi: et probē vtrū tu sis filius me⁹ esau: an nō. Accessit ille ad patrē: et palpato eo / dixit ysaac. Vox q̄dē: vox iacob est: sed man⁹: man⁹ sūt esau. Et nō cognouit eū: q̄a pilose manus similitudinē maioris expresserāt. Bn̄dicēs ergo illi ait. Tu es fili⁹ me⁹ esau? Rn̄dit Ego sū. At ille Affer mihi (inq̄t) cibos de venatiōe tua fili mi: vt benedicat tibi aīa mea. Quos cum oblatos comedisset: obtulit ei etiā ⁊ vinū. Quo hausto / dixit ad eū. Accede ad me: ⁊ da mihi osculum fili mi. Accessit ⁊ osculat⁹ est eū Statimq꞉ vt sensit vestimētorū illi⁹ fragrātiā / bn̄dicēs illi ait. Ecce odor filij mei / sicut odor agri pleni cui bn̄dixit dn̄s. Det tibi deus de rore celi ⁊ de pinguedine terre abūdātiā frumēti / vini / ⁊ olei / et seruiāt tibi ppl'i / ⁊ adorēt te trib⁹. Esto dn̄s fratrū tuorū et incuruenꝰ an̄ te fi

lij matris tue Qui maledixerit tibi/ sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi: bñdictionibus repleatur. Uix ysaac sermonē impleuerat: et egresso iacob foras / venit esau: coctosq; de venatione cibos intulit patri dicēs. Surge pater mi/ et comede de venatiōe filij tui vt benedicat mihi anima tua. Dixitq; illi ysaac. Quis enim es tu? Qui rñdit. Ego sum fili⁹ tu⁹ primogenit⁹ esau. Expauit ysaac stupore vehemēti: & vltra q̃ credi potest admirās/ ait. Quis igitur ille est/ qui dudū captā venationē attulit mihi: et comedi ex omnib⁹ priusq̃ tu venires? Bñdixiq; illi: et erit bñdictus. Auditis esau sermonibus patris / irrugijt clamore magno & cōsternatus/ ait. Bñdic etiā & mihi pr̄ mi. Qui ait Uenit germanus tu⁹ fraudulēter: & accepit benedictionē tuā. At ille subiūxit. Juste vocatū est nomē eius iacob: supplātauit eni me en altera vice Primogenita mea āte tulit: & nūc scđo surripuit bñdictionē meā. Rursumq; ad patrē. Nū qd nō reseruasti (ait) & mihi bñdictionē? Rñdit ysaac. Dñm tuū illū cōstitui: & oēs fr̄es eius/ seruituti illi⁹ subiugaui. Frumento et vino & oleo stabiliui eū: & tibi post hec fili mi vltra qd faciā Cui esau Nun vnā (inqt) tātū bñdictionē habes pr̄? Mihi quoq; obsecro: vt bñdicas. Cūq; eiulatu magno fleret: motus ysaac dixit ad eū. In pinguedine terre: & in rore celi desup: erit bñdictio tua. Gr̄. Bonū est cōfiteri dño: & psallere noī tuo altissime. ℣. Ad annūciādū mane mīam tuā: & veritatē tuā per noctē. Scđm. lu. xv.



In il. tpe. Dixit ie⁹ discipulis suis: parabolam hāc. Homo qdā habuit duos filios: & dixit adolescētior ex illis pr̄i. Pater/ da mihi portionē substantie: que me cōtingit. Et diuisit illis substātiā Et nō post multos dies: cōgregatis oībus adolescētior fili⁹ pegre profectus est in regionē lōginquā et ibi dissipauit substantiā suā viuēdo luxuriose. Et postq̃ oia cōsūmasset/ facta est fames valida in regione illa: & ipse cepit egere. Et abijt/ et adhesit vni ciuiū regiōis illi⁹: & misit illū in villā suā/ vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrē suū de siliqs / quas porci mādu cabāt: & nemo illi dabat. In se autē reuersus dixit. Quanti mercēnarij in domo patris mei abundāt panibus: ego autē hic fame pereo? Surgā/ & ibo ad patrē meū: et dicā ei. Pater peccaui in celum et corā te: iam non sum dignus vocari filius tuus/ fac me sicut vnū ex mercennarijs tuis. Et surgēs: venit ad patrē suū. Cum autem adhuc longe esset: vidit illum pater ipsius/ et misericordia motus est. Et accurrēs cecidit sup collū ei⁹: & osculat⁹ est eū Dixitq; ei filius. Pater/ peccaui in celū et coram te: iam nō sum dignus vocari filius tuus. Dixit autē pater ad seruos suos. Cito proferte stolam primā/ et induite illū: et date

anulū in manu ei⁹/⁊ calciamēta in pedes eius. Et adducite vitulū saginatū/⁊ occidite:⁊ mādu cem⁹ et epulemur: q̄a hic fili⁹ me⁹ mortuus erat/⁊ reuixit: perierat ⁊ inuentus est. Et ceperunt epulari. Erat aūt fili⁹ eius senior: in agro Et cū veniret et appropinquaret domui: audiuit simphoniā et chorū. Et vocauit vnū de seruis: ⁊ interrogauit q̄ hec essent. Isq̄ dixit illi. Frater tu⁹ venit: ⁊ occidit pater tu⁹ vitulū saginatū/ q̄a saluū illū recepit. Indignat⁹ est autē: et nolebat introire. Pater ergo illius egressus: cepit rogare illum. At ille rūdēs: dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi: ⁊ nū q̄ mādatū tuū preteriui: ⁊ nun q̄ dedisti mihi hedū: vt cū amicis meis epularer. Sed post q̄ filius tuus hic q̄ deuorauit substātiā suā cū meretricibus venit: occidisti illi vitulū saginatū. At ipse dixit illi. Fili/ tu semp mecū es: ⁊ oīa mea tua sunt. Epulari aūt ⁊ gaudere oportebat: q̄a frater tu⁹ hic mortu⁹ fuerat/⁊ reuixit. Perierat: et inuentus est. Offr. Illumina oculos meos/ ne vn q̄ obdormiā in morte: ne quādo dicat inimic⁹ me⁹ p̄ualui aduers⁹ eū. V̄. Usq̄quo dn̄e obliuisceris me in finē q̄diu ponā cōsilia in anima mea. Secre.

His sacrificijs dn̄e concede placatus: vt q̄ p̄prijs oram⁹ absolui delictis/ penis nō grauemur eternis. P̄ do. Prefa. Qui corpora. ieiu. Cō. Oportet filī gaudere q̄a frater tu⁹ mortu⁹ fuerat: et reuixit: perierat: et inuentus est. Postcō.

Sacramenti tui dn̄e diuina libatio penetralia n̄ri cordis infundat: ⁊ sui nos participes potenter efficiat. P̄ d̄. Sup p̄pl̄m Humiliate capita v̄ra deo. Orō.

Familiā tuā q̄s dn̄e continua pietate custodi: vt que in sola spe gratie celestis innitit: celesti etiam protectione muniatur. Per do. ¶ Dn̄ica tertia .xl.



Oculi mei semp ad dominū: q̄n ipse euellet de laq̄o pedes meos: respice i me ⁊ miserere mei: q̄n vnicus et paup sum ego. P̄s. Ad te domine leuaui animā meā: deus meus in te confido non erubescam. Oratio.

Quesum⁹ oīps de⁹: vota humiliū respice: atq̄ ad defensionē n̄ram dexterā tue maiestatis extēde. Per do. Ad ephesios. v.

Fratres: estote imitatores dei sicut filij charissimi: et ambulate in dilectiōe: sicut ⁊ xp̄s dilexit nos: et tradidit semetipsū pro nobis oblationē et hostiā deo in odorem suauitatis. Fornicatio autē ⁊ oīs immūdicia/ aut auaracia: nec nominetur in vobis/ sicut decet sanctos. Aut turpitudo aut stultiloquiū: aut scurrilitas/ que ad rē nō pertinet: sed magis gratiarū actio Hoc autē scitote intelligentes: q̄ omnis fornicator/ aut immundus/ aut auarus/ q̄d est ydolorū seruitus: nō habet hereditatem in regno xp̄i ⁊ dei. Nemo vos seducat: inanibus verbis Propter hec eni venit ira dei in filios diffidētie. Nolite ergo effici participes eoꝝ Eratis eni aliquādo tenebre: nūc autē lux in dn̄o: vt filij lucis ambulate. Fruct⁹ enim

lucis est in omni bonitate / et iusti tia et veritate. Gr. Exurge dñe nõ pualeat homo: iudicētur gentes in conspectu tuo. V. In zuertēdo inimicū meū re trozsū: ifirmabūt et periēt a facie tua. Tr.

AD te leuaui oculos meos: q̄ habitas i celis. V. Ecce sicut oculi seruoz in manib⁹ dñoz̄ū suoz. V. Et sicut oculi ancille: in manibus dñe sue. V. Ita oculi nři ad dñm deum nostrū: donec mi sereatur nostri. V. Miserere nobis domi ne miserere nobis. Secūdū lucā. xj.



IN il. tpe. Erat ies⁹ eijciēs demoniū et illud erat mutū. Et cū eiecisset demoniū locutus est mutus et admirate sūt turbe. Quidaz aūt ex eis / dixerūt. In beelzebub principe demonioz̄ū: eijcit demonia. Et alij tētantes: signū de celo querebāt ab eo. Ipse autē vt vidit cogitationes eozum: dixit eis. Omne regnū in seipsum diuisum desolabit: et domus sup̄ra domū cadet. Si autē et satanas in seipsum diuisus est: quomodo stabit regnū ipsius: q̄a dicitis in beelzebub eijcere me demonia. Si autē ego in beelzebub eijcio demonia: filij vestri in quo eijciūt. Ideo et ipsi iudices vři erūt. Porro si in digito dei eijcio demonia p̄fecto peruenit in vos regnū dei. Cū fortis armat⁹ custodit atriū suū: in pace sunt ea que possidet. Si aūt fortior illo superueniēs vicerit eū: vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat: et spolia ei⁹ distribuet. Qui non est mecū: cōtra me est. Et qui nō colligit mecū: dispergit. Cum immundus spiritus exierit ab homine: ambulat per loca inaquosa querēs requiē / et non inueniēs dicit. Reuertar in domū meā: vnde exiui. Et cū venerit: inuenit eam scopis mūdatā. Tūc vadit et assumit septē alios spiritus secū nequiores se: et ingressi / habitāt ibi. Et fiunt nouissima hominis illi⁹: peiora p̄rioribus. Factū est aūt cum hec diceret: extollēs vocē q̄dā mulier de turba / dixit illi. Btūs venter q̄ te portauit: et vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimmo: bti q̄ audiūt verbū dei: et custodiūt illud. Offr. Iustitie dñi recte letificātes corda: et dulciora super mel et fauum: nā et seruus tuus custodit ea. Secreta

SUscipe q̄s dñe deuotorum mūera famuloz et tua diuinis purifica seruiētes pietate mysterijs: q̄bus etiā iustificas ignorātes. p d. Prefa. quoti. Cō. Passer inuenit sibi domū: et turtur nidū vbi reponat pullos suos: altaria tua dñe virtutū: rex me⁹ et de⁹ me⁹: bti q̄ habitāt in domo tua: i seculū seculi laudabūt te. Postcō.

A Cūctis nos dñe reatibus et periculis propitiat⁹ absolue: quos tanti mysterij tribuis esse participes. Per do. Feria. ij. post Oculi. Ad missam. Officiū.

IN deo laudabo verbū in dño laudabo sermonem: in deo speraui / non timebo quid faciat mihi homo. ps Miserere mei deus: quoniam conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Cordibus nr̃is q̃s dñe gratiam tuã benignus infunde: vt sicut ab escis corporalibus abstinemus: ita sensus quoq̧ nr̃os a noxiis retrahamꝰ excessibꝰ. Per dominũ. Lctõ libri iiij. regum. v

In diebus illis: Naamã princeps militie regis syrie: erat vir magnꝰ apd̾ dñm suũ / ꝛ honoratus. Per illũ enim: dedit dominus salutẽ syrie. Erat autẽ vir fortis ꝛ diues: sed leprosus. Porro de syria egressi fuerãt latrũculi: ꝛ captiuam duxerãt de terra israel puellã paruulam: que erat in obsequio vxoris naamã. Que ait ad dñam suã. Utinã fuisset dñs meꝰ ad pphetã q̃ est in samaria: profecto curasset eũ a lepra quã habet. Ingressus est itaq̧ naamã ad dominũ suũ: ꝛ nũciauit ei dicẽs Sic ꝛ sic locuta est puella de terra israel. Dixitq̧ ei rex syrie Uade ꝛ mittã litteras: ad regẽ israel. Qui cũ profectꝰ esset / et tulisset secũ decẽ talẽta argẽti: ꝛ sex milia aureos / et decẽ mutatoria vestimẽtorum: detulit litteras ad regez israel / in hec verba. Cũ acceperis epistolã hãc: scito q̄ miserim ad te naamã seruũ meũ: vt cures eũ a lepra sua Cumq̧ legisset rex israel litteras: scidit vestimẽta sua: et ait. Nũquid deus ego sum vt occidere possim: et viuificare: q̄a iste misit ad me: vt curẽ hominẽ a lepra sua? Aiaduertite ꝛ videte: quot occasiones q̄rat aduersum me. Qd̾ cũ audisset helisꝰ vir dei: scidisse videlicet regem israel vestimẽta sua: misit ad eũ: dicẽs. Cur scidisti vestimẽta tua? Ueniat ad me: et sciat esse pphetã in israel. Uenit ergo naamã cũ equis ꝛ curribus: ꝛ stetit ad ostiũ domus helisei. Misitq̧ ad eũ heliseus nũciũ: dicẽs Uade: ꝛ lauare septies in iordane: ꝛ recipiet sanitatẽ caro tua: atq̧ mundaberis Iratusq̧ naamã: recedebat dicẽs Putabam q̄ egrederetur ad me: et stans inuocaret nomen dñi dei sui: et tangeret manu sua locũ lepre: et curaret me. Nunquid non meliores sunt abana ꝛ pharphar fluuij damasci oĩbꝰ aq̄s isrl̄? vt lauer in eis ꝛ mũder? Cũ ergo vertisset se ꝛ abiret indignãs: accesserũt ad eũ serui sui: ꝛ locuti sunt ei. Pr̄: ꝛ si rẽ grãdẽ dixisset tibi ppheta: certe facere debueras. Quãto magis: q̄a nũc dixit tibi: lauare: ꝛ mũdaberis. Descẽdit ꝛ lauit i iordane septies: iuxta sermonẽ viri dei: ꝛ restituta est caro eiꝰ sicut caro pueri paruuli: ꝛ mũdatꝰ est a lepra Reuersusq̧ ad virũ dei cũ vniuerso comitatu suo: venit et stetit corã eo: ꝛ ait Uere scio q̄ nõ sit deꝰ aliꝰ in vniuersa t̄ra: nisi tãtũ dñs deus isrl̄. Gr̄. Deꝰ vitã meã nũciaui tibi: posuisti lachrymas meas i ɔspectu tuo. ℣. Miserere mihi dñe qm̄ cõculcauit me homo: tota die bellãs tribulauit me. Tr̄. Dñe nõ scd̾m. Quere supra fer. vj. quattuor tẽporum. Scd̾m lucã. iiij.



In il. tpe. Dixerũt pharisei ad iesũ Quanta audiuimus facta in capharnaũ: fac et hic in patria tua. Ait autem Amen dico vo-

vis: quia nemo ppheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis: multe vidue erāt in diebus helye i israel: quādo clausum est celum annis tribus/ et mensibus sex/ cū facta esset fames magna in omni terra / et ad nullam illarum missus est helyas: nisi in saraptam sydonie/ ad mulierem viduā. Et multi leprosi erant in israel sub heliseo propheta: et nemo eorū mundatus est/ nisi naamā syrus. Et repleti sunt om̄es in synagoga ira: hec audientes. Et surrexerūt/ ⁊ eiecerūt illū extra ciuitatē: et duxerūt illū vsq; ad supcilium mōtis sup quē ciuitas illorū erat edificata: vt pcipitarēt eum Ipse autē trāsiens: per mediū illorū ibat. Offer. Exaudi deus orationem meā ⁊ ne despexeris deprecationem meam: intende in me et exaudi me ℣. Conturbatus sum a voce inimici et a tribulatione peccatoris: et expectabam eum qui me saluum faceret. Secreta.

Munus qd̄ tibi dn̄e nr̄e seruitutis offerim⁹: tu salutare nobis pfice sacramētū. Per d. Prefa. Qui corporali ieiu. Cōio. Quis dabit ex syon salutare israel: cum auertit dn̄s captiuitatē plebis sue / exultabit iacob et letabitur israel. Postcō.

Presta qs op̄s ⁊ misericors deus: vt que ore cōtingim⁹ pura mente capiamus. Per dominum. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Subueniat nobis qs domine misericordia tua: vt ab imminētibus pctōr ū nr̄oꝝ periculis: te mereamur protegēte eripi: et te liberāte saluari. Per dn̄m.

¶ Fer. iij. post Oculi. Ad mis. of.

Ego clamaui qm̄ exaudisti me de⁹ inclina aurē tuā ⁊ exaudi verba mea: custodi me dn̄e vt pupillam oculi: sub vmbra alarū tuarū protege me. ps. Exaudi domine iustitiā meā: intende deprecationem meā. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Exaudi nos om̄ps ⁊ misericors deus: ⁊ cōtinētie salutaris propitius nobis dona ꝯcede Per dn̄m. Lctō lib. iiij. Regū iiij

In diebus illis: Mulier qdā clamabat ad heliseū pphetā/ dicēs. Seru⁹ tu⁹ vir me⁹ mortu⁹ est: ⁊ tu nosti/ qa seru⁹ tu⁹ fuit timēs deū. Et ecce creditor venit: vt tollat duos filios meos: ad seruiēdū sibi. Cui dixit helise⁹ Quid vis vt faciā tibi? Dic mihi: qd habes i domo tua? At illa rn̄dit. Nō habeo ancilla tua quicq̄ in domo mea: nisi parum olei quo vngar. Cui ait. Uade ⁊ pete mutuo ab oibus vicinis tuis/ vasa vacua non pauca: et ingredere domū tuā/ et claude ostiū cū intrinsecus fueris tu et filij tui. Et mitte inde in oia vasa hec: et cū plena fuerint / tolles. Iuit itaq; mulier: et clausit ostiū sup se: ⁊ sup filios suos. Illi offerebāt vasa: ⁊ illa infundebat. Cūq; plena fuisset vasa: dixit ad filiū suū. Affer mihi adhuc vas. Et ille rn̄dit. Nō habeo. Stetitq; oleum. Uenit aūt illa: ⁊ indicauit homini dei. Et ille. Uade inqt vēde oleū: ⁊ redde creditori tuo. Tu autē et filij tui: viuite de reliquo. Gr. Ab occultis meis mūda me dn̄e: ⁊ ab

alienis parce seruo tuo. V. Si mei nõ fuerit dñati: tũc imaculat⁹ ero: ꝛ emũdabor a delicto maximo. Scd̃m mat. xviij.



In il. tpe. Respiciens iesus in discipulos suos: dixit symoni petro. Si peccauerit i te frater tu⁹: vade ꝛ corripe eũ inter te et ipm solũ. Si te audierit: lucratus eris fratrẽ tuũ. Si autẽ te nõ audierit: adhibe tecũ adhuc vnũ/ vel duos: vt in ore duorũ vel triũ testiũ/ stet om̃e verbũ. Qđ si non audierit eos: dic ecclesie. Si autẽ ecclesiã non audierit: sit tibi sicut ethnic⁹/ ꝛ publicanus. Amẽ dico vobis Quecũqꝫ alligaueritis sup terrã: erũt ligata ꝛ in celo Et quecũqꝫ solueritis sup terrã: erũt soluta ꝛ in celo. Iterũ dico vobis: qꝛ si duo ex vobis ꝯsenserint sup terrã de om̃i re quacũqꝫ petierit/ fiet illis a p̃re meo q̃ in celis est. Ubi eni sunt duo vel tres cõgregati in nomie meo: ibi sum in medio eorꝫ Tũc accedẽs petrus ad eũ: dixit. Dñe: quotiẽs peccabit i me frater me⁹: ꝛ dimittã ei: vsqꝫ septies? Dixit illi iesus. Nõ dico tibi vsqꝫ septies: sed vsqꝫ septuagesies septies Offꝫ. Dextera dñi fecit virtutem: dextera dñi exaltauit me: nõ moriar sed viuã: ꝛ narrabo opa dñi. V. In tribulatione inuocaui dñm: ꝛ exaudiuit me i latitudine: qm̃ dñs adiutor me⁹ est. Secre.

Per hec veniat q̃s dñe sacramẽta nr̃e redẽptiõis effect⁹ q̃ nos ꝛ ab humanis retrahat semper excessib⁹ ꝛ ad salutaria cũcta pducat. p d̃. Prefa. Qui corporali ieiunio. Cõ. Dñe q̃s habitabit in tabernaculo tuo/ aut quis requiescet in monte sancto tuo? qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam. Postcõmunio

Sacris dñe mysterijs expiati: ꝛ veniã q̃s cõsequamur et grãm. Per do. Sup ppl̃m. Humiliate capita vr̃a deo. Oratio.

Tua nos dñe ptectione defende: ꝛ ab om̃i semp iniq̃tate custodi. Per do. ¶ Feria.iiij. post Oculi. Ad missam. Officiũ.



Ego aũt in dño sperauí: exultabo et letabor i tua m̃ia: qꝛ respexisti humilitatẽ meã. p. In te dñe speraui nõ cõfundar ineternũ: in iustitia tua libera me. Flecta. geñ. Leua. Orõ

Presta nobis q̃s dñe: vt salutaribus ieiunijs eruditi: a noxijs quoqꝫ vicijs abstinentes: propitiationẽ tuã facili⁹ impetremus. Per dñm. Lctõ lib. Exo. xx

Hec dicit dñs deus: Honora patrẽ tuũ ꝛ matrẽ tuã / vt sis lõgeuus sup terrã: quã dñs de⁹ tu⁹ dabit tibi. Nõ occides/ nõ mechaberis/ nõ furtũ facies/ nõ loq̃ris cõtra primũ tuũ falsum testimoniũ. Nõ cõcupisces domũ primi tui: nec desiderabis vxorẽ eius nõ seruũ/ nõ ancillã/ nõ bouẽ/ nõ asinũ/ nec oĩa que illi⁹ sũt. Cũct⁹ aũt ppl̃s audiebat voces ꝛ videbãt lãpades: ꝛ sonitũ buccine/ mõtẽqꝫ fumigãtẽ. Et pterriti/ ac pauore pcussi: steterũt pcul dicẽtes moysi. Loquere tu nobis/ ꝛ audiemus. Nõ loquatur nobis dñs/ ne

forte moriamur. Et ait moyses ad populum. Nolite timere. Ut enim probaret vos venit deus: et vt terror illius esset in vobis: et non peccaretis. Stetitque populus de longe: moyses autem accessit ad caliginem in qua erat deus. Dixitque preterea dominus ad moysen. Hec dices filijs israel. Uos vidistis, quod de celo locutus sum vobis. Non facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi: et offeretis super eo holocausta et pacifica vestra. Oues vestras et boues: in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei. Gr. Miserere mihi domine: quoniam infirmus sum: sana me domine. ℣. Conturbata sunt omnia ossa mea et anima mea turbata est valde. Tr. De necessitatibus eripe me vts. Euange. Secundum matheum. xv.



In illo tempore. Accesserunt ad iesum ab hierosolimis scribe et pharisei: dicentes. quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas: cum panem manducant. Ipse autem respondens: ait illis. Quare et vos transgredimini mandatum dei propter traditionem vestram? Nam deus dixit. Honora patrem et matrem: et qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Uos autem dicitis: quicunque dixerit patri vel matri munus quodcunque est ex me, tibi proderit et non honorificauit patrem suum et matrem suam, et irritum fecistis mandatum dei, propter traditionem vestram. Hypocrite: bene prophetauit de vobis esayas: dicens. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum, longe est a me. Sine causa autem colunt me: docentes doctrinas: et mandata hominum. Et conuocatis ad se turbis: dixit eis. Audite, et intelligite. Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius: dixerunt ei. Scis, quia pharisei audito verbo hoc: scandalizati sunt? At ille respondens, ait. Omnis plantatio quam non plantauit pater meus celestis: eradicabitur. Sinite illos: ceci sunt, et duces cecorum. Cecus autem, si ceco ducatum prestet: ambo in foueam cadunt. Respondens autem petrus dixit ei. Edisse re nobis parabolam istam. At ille dixit. Adhuc et vos sine intellectu estis. Non intelligitis: quia omne quod in os intrat: in ventrem vadit, et in secessum emittitur. Que autem procedunt de ore: de corde exeunt: et ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes male: homicidia adulteria fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemie. Hec sunt que coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare: non coinquinat hominem. Offer. Domine fac mecum secundum misericordiam tuam propter nomen tuum: quia suauis est misericordia tua. ℣. Deus laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris et os dolosi super me apertum est. Secre.

Suscipe quesumus domine preces populi tui cum oblationibus hostiarum et tua mysteria celebrantes ab omnibus nos defende periculis. per. prefa. Qui corpo. Co. Notas mihi fecisti vias vite: adimplebis me letitia cum vultu tuo domine. Post.

Sanctificet nos quesumus domine qua pasti sumus mensa celestis: et

a cunctis errorib⁹ expiatos: supnis promissionibus reddat acceptos. Per dominum. Super populum Humiliate capita vr̃a deo Oratio

Concede q̃s om̃ps deus: vt q̃ protectiõis tue gratiã q̃rimus: liberati a malis oĩb⁹ secura tibi mẽte seruiamus. P d̃. ¶ Fer. v. post Oculi. Ad miss. Officiũ.

Salus ppl̃i ego sum/ dicit dñs: de quacũq; tribulatiõe clamauerint ad me exaudiã eos: et ero illorũ dñs in ppetuũ. Ps. Attendite popule meus legẽ meã: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Concede q̃s om̃ps de⁹: vt ieiuniorũ nobis sancta deuotio et purificationẽ tribuat/ et maiestati tue nos reddat acceptos. P d̃. Lectio hieremie prophete. vij.

In diebus illis: Fact⁹ est sermo dñi ad me dicẽs. Sta in porta dom⁹ dñi/ et p̃dica ibi verbũ istud: et dic. Audite verbũ dñi oĩs iuda: q̃ ingredimini p portas has vt adoretis dñm. Hec dicit dñs exercituũ: de⁹ israel. Bonas facite vias vr̃as/ et studia vr̃a: et habitabo vobiscũ in loco isto. Nolite cõfidere in verbis mẽdacij dicentes: tẽplũ dñi/ tẽplũ dñi/ tẽplũ dñi est. Qm̃ si bñdixeritis vias vestras et studia vr̃a: si feceritis iudiciũ inter virũ et primũ ei⁹: aduene et pupillo: et vidue: nõ feceritis calũniam: nec sanguinẽ innocẽtẽ effuderit; i loco hoc: et post deos alienos nõ ambulaueritis in malũ vobismetipsis/ habitabo vobiscũ in loco isto: in terra quã dedi p̃rib⁹ vestris a sc̃lo et vsq; in seculũ. Dicit dñs om̃ps. Gr. Oculi oĩm in te sperãt dñe: et tu das illis escã i tpe oportuno. V. Aperis tu manũ tuã: et imples omne animal bñdictiõe. Scd̃m iohãnem. vj.



In ill. tpe Dixit iesus turbis iudeorũ. Operamini nõ cibũ q̃ perit sed qui pmanet in vitã eternaz quem filius hominis dabit vobis. Hũc eni pater: signauit deus. Dixerũt ergo ad eũ. Quid faciemus/ vt operemur opera dei. Respõdit ies⁹: et dixit eis. Hoc est op⁹ dei: vt credatis i eũ quẽ misit ille. Dixerũt ergo ei. Qd̃ ergo tu facis signũ: vt videam⁹ et credam⁹ tibi Quid operaris: Patres nr̃i manducauerũt mãna in deserto: sicut scriptũ est. Panẽ de celo: dedit eis manducare. Dixit ergo eis iesus. Amẽ dico vobis: nõ moyses dedit vobis panẽ de celo: sed p̃r me⁹ dat vobis panẽ de celo verũ. Panis eni dei est: q̃ descẽdit de celo: et dat vitã mũdo. Dixerũt ergo ad eũ. Dñe: semp da nobis hũc panẽ Dixit aũt eis ies⁹. Ego sum panis vite. Qui venit ad me: non esuriet. Et q̃ credit in me: non sitiet vnq̃. Offr. Si ãbulauero i medio tribulationis viuificabis me dñe: et sup irã inimicorũ meorũ extẽdes manũ tuã: et saluũ me fecit dextera tua. V. In quacũq; die inuocauero te exaudi me dñe: multiplicabis in anima mea virtutẽ tuã. Secreta.

Hac nos dñe q̃s ad sc̃tã mysteria/ purificatis menti-

bus accedere: vt tibi semp compe tēs deferam⁹ obsequiū. p. Prefa. Qui corpo. Cō. Tu mādasti māda ta tua custodiri nimis: vtinā dirigant vie mee: ad custodiēdas iustificatiōes tuas.

Sacramēti tui dñe (Postcō venerāda pceptio: ꝛ mysti co nos mundet effectu/ et ppetua virtute defendat. p d. Sup ppl'm. Humiliate capita vr̄a deo. Orō.

Subiectū tibi populū q̄s do mine ppitiatio celestis am plificet ꝛ tuis semp faciat seruire mādatis. Per dñm. ¶ Feria sex ta post Oculi. Ad missam. Offi.

Fac mecum dñe signum in bonum: vt videant qui me oderunt: et con fundantur: quoniam tu domine adiuuisti me: ꝛ consola t⁹ es me. ps. Inclina dñe aurē tuā ꝛ ex audi me qm̄ inops ꝛ paup sū ego. Orō

Ieiunia nr̄a q̄s dñe benigno fauore prosequere: vt sicut ab alimentis abstinemus in cor pore: ita a vicijs ieiunemus in mē te. Per d. Lctō libri Numeri. xx.

In dieb⁹ illis: Cōuenerūt fi lij israel aduersum moysen et aaron: ꝛ versi in seditionem: di xerūt. Date nobis aquā: vt biba mus. Ingressiq; moyses ꝛ aarō/ dimissa multitudine ante taber naculū federis: corruerunt proni in terrā: clamauerūtq; ad dñm: atq; dixerūt. Dñe de⁹: exaudi clamorē populi hui⁹: ꝛ aperi eis thesaurū tuū: fontē aque viue: vt satiati ces set murmuratio eorū. Et apparu it glīa dñi: sup eos. Locutusq; est dñs ad moysen: dicens. Tolle vir gā ꝛ cōgrega ppl'm: ta ꝛ aarō fra ter tuus/ ꝛ loq̄mini ad petrā corā eis ꝛ illa dabit aquas. Cūq; eduxe ris aquā de petra: bibet oīs mul titudo: ꝛ iumēta ei⁹. Tulit igitur moyses virgā q̄ erat i ɔspectu dñi sicut pceperat ei Cōgregata omni multitudie ante petrā: dixitq; eis Audite rebelles: ꝛ increduli. Nū de petra hac/ vobis aquā poteri mus eijcere? Cūq; eleuasset moy ses manū/ pcutiēs virga bis silicē egressesunt aq̄ largissime: ita vt popul⁹ biberet/ ꝛ iumēta ei⁹. Di xitq; dñs ad moysē: ꝛ aarō. Q; nō credidistis mihi: vt scṫificaretis me corā filijs isrl': nō introducetis hos ppl'os in terrā quā dabo eis. Hec est aqua ɔtradictiōis: vbi iur gati sūt filij israel ɔtra dñm: ꝛ scti ficat⁹ est in eis. Gr. In deo spera uit cor meū ꝛ adiutus sum: ꝛ refloruit ca ro mea: ꝛ ex volūtate mea confitebor illi. ℣. Ad te domine clamabo: deus me⁹ ne sileas: ne discedas a me. Tract⁹.

Domine nō scd̄m pctā nr̄a q̄ feci mus nos: neq; scd̄ū iniq̄tates nr̄as retribuas nobis. ℣. Dñe ne memi neris iniq̄tatū nr̄arū ātiquarū: cito antici pent nos mie tue: q̄a paupes facti sum⁹ nimis. Hic nō fiat genu flec. cū dr̄. ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris nr̄: ꝛ ppter glīaz nois tui dñe libera nos ꝛ ppiti⁹ esto pctis nr̄is ppter nomē tuū. S. io. iiij.



In il. tpe. Uenit ie sus in ciuitatē samarie q̄ dicit sichar/ iuxta p̄ diū q̄d dedit ia cob ioseph filio suo. Erat autē ibi: fons iacob.

Jesus ergo fatigat⁹ ex itinere: se debat super fontē. Hora aūt erat quasi sexta. Venit mulier de samaria: haurire aquā. Dixit ei iesus Da mihi bibere. Discipuli eni eius abierant in ciuitatē vt cibos emerent. Dixit ergo ei mulier illa samaritana. Quomodo tu iude⁹ cū sis: bibere a me poscis/ que sum mulier samaritana? Nō eni coutunt iudei samaritanis. Respōdit iesus: ꝛ dixit ei Si scires donū dei: ꝛ quis est qui dicit tibi/ da mihi bibere: tu forsitā petisses ab eo/ ꝛ dedisset tibi aquā viuā. Dixit ei mulier. Domine/ neq₃ quo haurias habes: ꝛ pute⁹ altus est. Unde ergo habes aquā viuam? Nūqd tu maior es pr̄e nr̄o iacob: q̄ dedit nobis puteū/ ꝛ ipse ex eo bibit: ꝛ filij eius/ ꝛ pecora eius? Respōdit iesus: et dixit ei. Ois q̄ bibit ex aqua hac: sitiet iterū. Qui autē biberit ex aqua quā ego dabo ei non sitiet ineternum. Sed aqua quā ego dabo ei: fiet in eo fons aq̄ salientis in vitā eternā. Dixit ad eū mulier Dn̄e: da mihi hāc aquā vt nō sitiā: neq₃ veniā huc haurire. Dixit ei iesus. Uade/ voca virum tuū: ꝛ veni huc. Respōdit ei mulier: ꝛ dixit. Nō habeo virum Dixit ei iesus. Bene dixisti: q̄a nō habeo virū. Quinq₃ enim viros habuisti: ꝛ nunc quē habes/ nō est tu⁹ vir. Hoc vere dixisti. Dixit ei mulier. Dn̄e video: q̄a ꝓpheta es tu. Patres nr̄i in mōte hoc adorauerūt: ꝛ vos dicitis: q̄a hierosolymis est loc⁹/ vbi adorare oportet Dixit ei iesus. Mulier/ crede mihi: q̄a venit hora: quando neq₃ in monte hoc/ neq₃ in hierosolymis: adorabitis patrē. Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus q̄d scim⁹/ q̄a salus ex iudeis est. Sed venit hora ꝛ nunc est: quādo veri adoratores adorabūt patrē/ in spiritu ꝛ veritate. Nā et pater tales querit: qui adorēt eū. Spūs est deus: ꝛ eos q̄ adorēt eū in spū ꝛ veritate oportet adorare. Dixit ei mulier. Scio q̄a messias venit: q̄ dicitur xp̄s. Cū ergo venerit ille nobis annūciabit omnia. Dixit ei iesus. Ego sum q̄ loquor tecū. Et cōtinuo venerūt discipuli eius: ꝛ mirabantur/ q̄a cū muliere loquebatur. Nemo tamen dixit ei: q̄d queris: aut quid loqueris cū ea? Reliquit ergo hydriā suā mulier: et abijt in ciuitatē/ ꝛ dixit illis hominibus. Venite ꝛ videte hominē: qui dixit mihi omnia q̄cunq₃ feci. Nūquid ipse est xp̄s? Exierūt ergo de ciuitate: ꝛ veniebant ad eū. Interea rogabāt eū discipuli: dicentes Rabbi: manduca. Jlle autē dixit eis. Ego cibum habeo mādūcare: quē vos nescitis. Dicebāt ergo discipuli: adinuicē. Nūquid aliquis attulit ei manducare? Dixit eis iesus. Meus cibus est/ vt faciā voluntatem eius qui misit me: vt ꝑficiam opus eius. Nonne vos dicitis/ q̄ꝛ adhuc quattuor menses sunt: ꝛ messis venit? Ecce dico vobis/ leuate oculos vestros/ ꝛ videte regiones: quia albe sunt iam ad messem. Et qui metit mercedem accipit ꝛ congregat fructum in vitā eternā. Ut et qui seminat simul gaudeat ꝛ q̄ metit. Jn hoc enim est verbū verū: q̄a alius est

qui seminat/ et ali⁹ est qui metit. Ego misi vos metere: qd vos nõ laborastis. Alij laborauerunt: et vos in labores eorũ introistis. Ex ciuitate aũt illa multi crediderũt in eũ samaritanorũ ꝓpter verbũ mulieris testimoniũ phibẽtis: qa dixit mihi oĩa quecũqꝫ feci. Cũ venissent ergo ad illũ samaritani: rogauerũt eũ vt ibi maneret. Et mansit ibi: duos dies. Et multo plures crediderunt in eũ ꝓpter sermonẽ eius: ⁊ mulieri dicebant quia iam non propter tuã loquelã credimus. Ipsi eni audiuimus et scimus: qa hic est vere saluator mũdi. Offer. Intende voci oratiõis mee rex me⁹ ⁊ deus meus: qm̃ ad te ora bo dñe. ℣. Verba mea aurib⁹ ꝑcipe dñe intellige clamorem meum. Secreta.

Respice dñe ꝓpitius ad munera que sacram⁹: vt ⁊ tibi grata sint: ⁊ nobis salutaria semper existãt. p dñ. Prefa. Qui corpora. Cõ. Qui biberit aquã quã ego do dicit dñs samaritane: fiet i eo fons aque salientis in vitam eternam. Postc.

Huius nos dñe perceptio sacramẽti mũdet a crimine: et ad celestia regna ꝑducat. p. Super ppl'z. Hũiliate capita vr̃a. Or.

Presta q̃s oĩps de⁹ vt q̃ i tua ꝓtectiõe ↄfidim⁹ cũcta nobis aduersãtia te adiuuãte vincamus. p. ¶ Sabba. post Ocli. of.

Verba mea aurib⁹ ꝑcipe dñe: itellige clamorẽ meũ: itẽde voci orationis mee. ꝑ. Rex me⁹ et deus meus. Flec. ge. Leua. Orõ

Presta q̃s oĩps de⁹: vt q̃ se affligẽdo carnẽ ab alimẽtis abstinẽt: sectãdo iustitiam a culpa ieiunẽt. p. Lec. dani. ꝓphe xiij

IN il. tpe. Miserūt principes ⁊ pharisei ministros: vt apprehenderent iesum. Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicū temp⁹ vobiscū sum: et vado ad eū qui misit me. Queretis me: ⁊ non inuenietis: et vbi ego sum: vos non potestis venire. Dixerunt ergo iudei: ad semetipsos. Quo hic iturus est q̄a nō inueniem⁹ eū? Nūq̄d in dispersionē gētiū iturus est: ⁊ docturus gētes? Quis est hic sermo quē dixit: queretis me: ⁊ nō inuenietis / ⁊ vbi sum ego: vos nō potestis venire? In nouissimo autē die magno festiuitatis: stabat ies⁹: ⁊ clamabat dicens. Si q̄s sitit: veniat ad me: et bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura: flumina de vētre eius fluēt aque viue. Hoc autē dixit de spū: quem accepturi erāt: credētes in eū. Offr. Dn̄e cōuertere ⁊ eripe aiam meā: saluū me fac ꝓpter miam tuā. ℣. Dn̄e ne in ira tua arguas me: neq in furore tuo corripias me. Sec.

SAcrificiū laudis de perceptione tuorū dn̄e deferim⁹ presidiorū: q̄s: vt p̄cipienda securius veriusq sumamus. Per dn̄m. Prefa. Qui corporali. Cō. Dn̄s virtutū: ipse est rex glorie. Postcōio.

SAcramēti tui q̄s dn̄e participatio salutaris: et purificationem nobis prebeat: et mede=

lam. Per. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oro.

Da q̄s dñe pp̄lo tuo sp̄m veritatis et pacis: vt te tota mente cognoscat: et q̄ tibi placita sunt pia deuotione exerceat. Per dominū. in vnitate eiusdē spiritus sancti deus. ¶ Feria. iij. post Judica. Ad missam. Officium.



xpecta dn̄m viriliter age: ⁊ cōfortetur cor tuū ⁊ sustine dominū. ℣ Dn̄s illuminatio mea: ⁊ sal⁹ mea quē timebo. nō dr̄ Glo̅ria. Fle. ge. le. Oro.

Nostra tibi q̄s dn̄e sint accepta ieiunia: q̄ nos ⁊ expiando grā tua dignos efficiāt: ⁊ ad remedia pducāt eterna. Per dominū. Lectio danielis prophe. xiiij.

In diebus illis: Cōgregati sunt babylonij ad regē: ⁊ dixerunt ei. Trade nobis danielem qui bel destruxit/ ⁊ drachonē interfecit: alioquin interficiemus te/ ⁊ domū tuā. Uidit ergo rex q̄ irruerēt in eū vehemēter: ⁊ necessitate compulsus tradidit eis danielem Qui miserūt eū in lacū leonū: et erat ibi sex diebus. Porro in lacu erāt leones septē: et dabantur eis quotidie duo corpora/ et due oues Et tunc nō data sunt eis: vt deuorarēt danielē. Erat aūt ⁊ abacuc propheta in iudea: et ipse coxerat pulmētū/ ⁊ intriuerat panes i alueolo/ ⁊ ibat in cāpū vt ferret messoribus. Dixitq̄ angelus dn̄i: ad abacuc. Fer prandium qd̄ habes in babylonē danieli: q̄ est in lacu leonū. Et dixit abacuc. Dn̄e: babylonē nō vidi: ⁊ lacum nescio. Et apprehēdit eū angelus dn̄i in vertice eius: ⁊ portauit eū capillo capitis sui/ posuitq̄ eū in babylonē super lacū/ in impetu sp̄us sui. Et clamauit abacuc dicens. Daniel serue dei/ tolle prandiū: qd̄ tibi misit deus. Et ait daniel. Recordatus eni es mei dn̄e deus me⁹: et nō dereliq̄sti diligētes te. Surgensq̄ daniel comedit. Porro angel⁹ domini: restituit abacuc cōfestim in loco suo. Uenit ergo rex die septimo: vt lugeret danielē. Et venit ad lacū: ⁊ introspexit. Et ecce danielē sedēs: in medio leonum. Et exclamauit rex: voce magna dicēs. Magnus es dn̄e: de⁹ danielis. Et extraxit eū de lacu. Illos aūt qui pditiōis eius causa fuerāt/ intromisit in lacū: ⁊ deuorati sunt i momēto corā eo. Tūc rex ait. Paueāt oēs habitātes i vniuersa terra deū danielis: q̄a ipse est liberator ⁊ saluator: faciēs signa ⁊ mirabilia/ in celo ⁊ in terra. Qui liberauit danielē: de lacu leonū. Gr.

Discerne causam meā dn̄e: ab hoīe iniquo ⁊ doloso eripe me. ℣. Emitte lucē tuam ⁊ veritatē tuā ip̄a me deduxerūt ⁊ adduxerūt i mōtē scm̄ tuū. Scd̄m io. vij.



In il. tpe. Ambulabat iesus in galileā Nō eni volebat i iudeā ābulare: q̄a q̄rebāt eū iudei interficere Erat aūt i pximo dies fest⁹ iudeoꝝ: cenophegia Dixerūt ergo ad eū frēs ei⁹ Trāsi hic/ ⁊ vade in iudeā: vt ⁊ discipuli tui videāt opa

tua q̄ facis. Nemo q̄ppe in occulto aliq̄d facit: et querit ipse in palā esse. Si hec facis: manifesta teipsum mūdo. Neq̄ʒ enī fratres eius credebant in eū. Dixit ergo eis Iesus. Tēpus meū nōdū aduenit: tēpus autē vestrū semp est paratū. Nō potest mund⁹ odisse vos / me aūt odit: q̄a ego testimoniū perhibeo de illo / q̄a opera ei⁹ mala sūt Vos ascēdite ad diē festum hunc: ego aūt nō ascēdā ad diē festū istū q̄a tēpus meū nōdum impletum est. Hec cum dixisset: ipse mãsit in galilea. Ut autē ascenderunt fratres eius: tunc et ipse ascēdit ad diē festū nō manifeste / sed quasi in occulto Judei ergo q̄rebāt eū in die festo: et dicebant. Ubi est ille? Et murmur multus erat de eo in turba. Quidā enī dicebant / q̄a bon⁹ est: alij autē dicebāt nō: sed seducit turbas. Nemo tamē palā loquebatur de illo: ppter metū iudeoꝝ. Offꝛ. Sperēt in te oēs q̄ nouerūt nomē tuū dn̄e: q̄m nō derelinq̄s q̄rētes te / psallite dn̄o q̄ habitat in syon: q̄m non est oblit⁹ oꝛationē pauperū. ℣. Sedes sup thꝛonū q̄ iudicas eq̄tatem: increpasti gentes et perijt impi⁹: iudicare populū cum iustitia: et fact⁹ es refugiū paupeꝝ Secꝛ.

Hostias tibi dn̄e deferimus immolādas q̄ tēpoꝛalē consolationē nobis impēdant: vt pꝛomissa certius nō desperemus eterna. p d. Pꝛefatio. Qui coꝛpoꝛali ieiunio. Cō. Redime me deus israel ex omnib⁹ angustijs meis. Postco.

Da q̄s oīps deus: vt que diuina sunt iugiter exequētes: donis mereamur celestibus pꝛopinquare. Per dn̄o. Sup populū. humiliate capita vr̄a deo. Orō.

Da nobis dn̄e q̄s pseuerantem in tua volūtate famulatū: vt in dieb⁹ nostris et merito et numero / populus tibi seruiens augeat. Per dn̄m. ¶ Feria. iiij. post Judica. Ad missam. Offici.



Liberatoꝛ me⁹ de gētibus iracūdis: ab insurgētibus in me exaltabis me / a viro iniquo eripe me dn̄e. ps. Diligā te dn̄e foꝛtitudo mea: dn̄s firmamētū meū et refugiū meū. nō dr̄ Glia. Flec. ge. Le. Orō

Sanctificato hoc ieiunio deus tuoꝝ coꝛda fideliū miseratoꝛ illustra: et quibus deuotionis pꝛestas affectū: pꝛebe supplicātibus pium benign⁹ auditū. Per dominū. Lectio libꝛi Leuiti. xix.

In diebus illis: Locutus est dn̄s ad moysen dicens. Loquere ad vniuersum cetum filioꝝ isrl̄: et dices ad eos. Ego dn̄s deus vester. Nō facietis furtū / nō mētiemini: nec decipiet vnusq̄sq̄ʒ pꝛoximū suū. Nō piurabis in nomine meo: nec polllues nomē dei tui. Ego dn̄s. Nō facies calūniā pximo tuo: nec vi oppꝛimes eū. Non moꝛabit opus mercēnarij tui apd̄ te: vsq̄ʒ mane. Nō maledices surdo: nec coꝛā ceco pones offendiculū / sed timebis dn̄m deū tuū: quia ego sum dn̄s. Nō facies qd̄ iniq̄ū est: nec iniuste iudicabis. Nō cōsideres psonā pauperis: nec honores vultum potētis. Juste iudica pꝛoximo tuo. Non eris criminatoꝛ: nec susurro in populis. Non stabis contra sanguinē: pꝛoximi tui. Ego dn̄s. Non oderis fratrē

tuũ in corde tuo: sed publice argue eũ/ne habeas super illo peccatũ. Non queras vltionẽ inimicorũ/ nec memor eris iniurie ciuiũ tuorũ. Diliges amicũ tuũ: sicut teipsum. Ego dñs. Leges meas custodite. Ego enim sum dñs deus vr̃. Gr. Exaltabo te dñe qm̃ suscepisti me nec delectasti inimicos meos sup me. V. Dñe deus meus clamaui ad te et sanasti me: dñe abstraxisti ab inferis aiam meã saluasti me a descendentibus in lacũ. Tr. De necessitatibus vts. fer. iiij. post Reminiscere. Secundũ ioh. x.



In il. tpe. Facta sũt encenia in hierosolymis/ et hyems erat: et ambulabat ies9 in tẽplo: i porticu salomõis. Circundederunt ergo eũ iudei: et dicebãt ei. Quousqȝ aiam nr̃am tollis? Si tu es xp̃s: dic nobis palã. Respõdit eis iesus Loquor vobis: et non creditis. Opera que ego facio in nomie patris mei: hec testimoniũ perhibẽt de me. Sed vos nõ creditis: quia nõ estis ex ouib9 meis. Oues mee vocẽ meã audiũt: et ego cognosco eas/ et sequuntur me. Et ego vitã eternã do eis/ et non peribũt in eternũ/ et nõ rapiet eas qsq̃ de manu mea. Pater meus quod dedit mihi maius omnib9 est: et nemo potest rapere de manu patris mei Ego et pater: vnũ sumus. Sustulerunt ergo lapides iudei: vt lapidarent eum. Respondit eis iesus. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis. Responderũt ei iudei. De bono opere non lapidamus te: sed de blasphemia. Et quia tu homo cũ sis: facis teipsum deũ. Respondit eis iesus. Nonne scriptũ est i lege vestra: qa ego dixi dij estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est et nõ potest solui scriptura: quẽ pater sanctificauit et misit in mũdũ/ vos dicitis qa blasphemas: quia dixi filius dei sum. Si nõ facio opera patris mei: nolite credere mihi. Si autẽ facio/ et si mihi nõ vultis credere: operibus credite. Ut cognoscatis et credatis: quia pater in me est: et ego in patre. Offr. Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgentibus in me libera me domine. V. Quia ecce captauerunt animan meam: et irruerunt in me fortes. Secreta.

Annue nobis qs̃umus misericors de9 vt hostias placatiõis et laudis/ sincero tibi deferamus obseqo. Per. Prefa. Qui corporali. Cõ. Lauabo inter innocẽtes manus meas: et circuibo altare tuum domine: vt audiã vocẽ laudis tue: et enarrem vniuersa mirabilia tua. Postcõio

Celestis doni bñdictiõe percepta supplices te deus omnipotẽs dep̃camur: vt hoc idẽ nobis et sacramenti causa sit/ et salutis. Per dñm. Sup populum. Humiliate capita vestra deo. Orõ.

Adueniat qs̃umus dñe misericordia sperata supplicibus: et eis celesti munificẽtia tribuat: quatenus et recte petẽda postulẽt et postulata pcipiãt. p. Fer. v. post Iudica. Ad missaz. Offi.


Mia q̃ fecisti nobis domine / in vero iudicio fecisti: q̃a peccauimus tibi / et mandatis tuis nõ obediuim⁹: sed da gl'iam nomini tuo: et fac nobiscũ scd'm multitudinẽ mie tue. ℣. Magn⁹ dñs ⁊ laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri: in mõte sctõ eius. Non dr̃. Gloria p'ri. Oremus. Flecta. gen̄. Leua. Oratio.

Presta q̃sumus omnipotẽs deus: vt dignitas conditionis humane per immoderãtiam sauciata: medicinalis parsimõie studio reformetur. Per dominũ nr̃m. Lectio danielis ꝓphete. iij.

In dieb⁹ illis: Orauit Daniel dicẽs. Dñe deus israel ne despicias populũ tuũ neq; auferas miaz tuã a nobis. Propter abrahã dilectũ tuũ / ⁊ ysaac seruũ tuũ / ⁊ israel sanctũ tuũ: q̃bus locut⁹ es pollicẽs q̃ multiplicares semẽ eorũ sicut stellas celi / ⁊ sicut arenã q̃ est in littore maris. Or dñe immunuti sum⁹ plusq̃ oẽs gẽtes: sumusq; humules in vniuersa terra hodie propter peccata nostra. Et nõ est in tempore hoc princeps et dux / ⁊ ꝓpheta / neq; olocaustũ: neq; sacrificiũ / neq; oblatio / neq; incensum neq; locus primitiaruz coram te / vt possimus inuenire misericordiam tuã / sed in aio cõtrito et spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in olocausto arietũ ⁊ taurorũ et sicut in milib⁹ agnorũ pinguiũ sic fiat sacrificiũ nostrum in ꝯspectu tuo hodie vt placeat tibi / q̃m nõ est cõfusio cõfidẽtibus in te. Et nũc dñe seq̃mur te in toto corde: ⁊ timemus te / ⁊ querim⁹ faciẽ tuã. Ne confundas nos / sed fac nobiscũ iuxta mãsuetudinẽ tuam: ⁊ secũdum multitudinẽ misericordie tue. Et erue nos in mirabilib⁹ tuis: et da gloriã nomini tuo dñe / et cõfundant oẽs q̃ ostendunt seruis tuis mala. Cõfundant in oĩpotẽtia: ⁊ robur eorũ cõterat. Et sciãt quia tu es dñs deus solus: ⁊ gl'ios⁹ sup omnẽ terrã: dñs deus nr̃. Gr.

Tollite hostias ⁊ introite in atria eius: adorate dñm in aula sancta eius. ℣. Reuelabit dñs cõdẽsa: ⁊ in tẽplo eius oẽs dicent gloriam. Secũdũ iohannẽ. vij.



In il. tpe. Cũ audissent quidam de turba sermões iesu: dicebant: Hic est vere ꝓpheta. Alij dicebãt. Hic est xp̃s Quidã autẽ dicebãt. Nũq̃d a galilea xp̃s venit? Nõne scriptura dicit: q̃a ex semine dauid et de bethleẽ castello vbi erat dauid vẽtur⁹ est xp̃s? Dissentio itaq; facta est i turba ꝓpter eũ Quidã aũt ex ipsis volebãt apphẽdere eũ: sed nemo misit sup illũ man⁹. Venerũt ergo ministri ad põtifices ⁊ phariseos: et dixerunt eis illi. Quare nõ adduxistis eũ? Rñderũt ministri Nũq̃ sic locut⁹ est hõ: sicut hic loq̃r. Rñderũt ergo eis pharisei. Nũq̃d ⁊ vos seducti estis? nũq̃d aliq̃s ex p̃ncipib⁹ credidit i eũ aut ex phariseis Sed turba hec q̃ non nouit legẽ: maledicti sũt. Dixit nichodem⁹ ad eos / ille q̃ venit ad eũ nocte: q̃ vn⁹ erat ex ipsis. Nunq̃d lex nr̃a iudicat ho-

minē/ nisi prius audierit ab ipso: ⁊ cognouerit qd faciat. Rñderūt et dixerūt ei. Nūqd ⁊ tu galileus es. Scrutare scripturas/ ⁊ vide: q̄a propheta a galilea non surgit Et reuersi sunt vnusq̄sq₃ in domū suā. Offr. Super flumina babylonis illic sedimus ⁊ fleuimus: dum recordaremur tui syon. ℣. Memento domine filiorum edom: in die hierusalem. Secre.

Domine de⁹ nr̄ q̄ in his potius creaturis quas ad fragilitatis nr̄e subsidiū ɔdidisti: tuo quoq₃ noīi munera iussisti dicanda cōstitui: tribue q̄s: vt ⁊ vite nobis presentis auxiliū ⁊ eternitatis efficiāt sacramētū. Per do. Prefa. Qui corporali ieiunio. Cōio. Memento verbi tui seruo tuo domine in quo mihi spem dedisti: hec me consolata est in humilitate mea. Postcommunio.

Quod ore sūpsimus dñe pura mēte capiam⁹: et de munere tēporali fiat nobis remediū sempiternū. p d. Sup ppſin. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Esto q̄s dñe propitius plebi tue: vt que tibi nō placēt respuēns: tuorū poti⁹ repleant delectatioīb⁹ mandatorū. Per dñm.

¶ Fer. vj. post Judica. Officiū.

Miserere mihi dñe q̄m tribulor: libera me/ et eripe me de manibus inimicorū meorū: et a psequētibus me dñe nō cōfundar q̄m inuocaui te. ps. In te dñe speraui nō cōfundar ineternū: in iustitia tua libera me nō df. Glia. Flec. ge. le. or.

Cordibus nr̄is q̄s dñe auxiliū grē tue benignus infunde: vt pctā nr̄a castigatione voluntaria cohibentes: temporaliter potius maceremur q̄ supplicijs deputemur eternis. Per dominum. Lectio hiere. pphe. xvij

In diebus illis: Dixit hieremias. Dñe/ oēs q̄ te derelinquūt: ɔfundent. Recedētes a te in terra scribent: qm̄ dereliq̄rūt venā aquarū viuentiū dñm. Sana me dñe ⁊ sanabor: saluū me fac et salu⁹ ero: qm̄ laus mea tu es. Ecce ipsi dicūt ad me. Ubi est verbum dñi. Ueniat. Et ego non sum turbat⁹ te pastorē sequēs: et diē hoīs nō desideraui tu scis. Qd egressū est de labijs meis: rectū i cōspectu tuo fuit. Nō sis mihi tu formidini: spes mea tu in die afflictionis. Cōfundant q̄ me psequūtur: ⁊ nō cōfundar ego. Paueāt illi: et non paueā ego Induc sup eos diē afflictiōis: et duplici cōtritiōe contere eos: dñe de⁹ nr̄. Gr. Pacifice loq̄bātur mihi inimici mei: ⁊ in ira molesti erāt mihi. ℣. Uidisti dñe de⁹ me⁹ ne sileas ne discedas a me. Tr. Dñe nō scdm. vts. fer. vj. post Oculi. Scdz iohā. xj.



In il. tpe. Collegerunt pontifices et pharisei cōsiliū aduersus iesum: ⁊ dicebāt. Quid facimus q̄a hic hō multa signa facit. Si dimittim⁹ eū sic: oēs credēt in eū. Et veniēt romani: ⁊ tollēt nostrū locū ⁊ gētē. Un⁹ aūt ex ipsis cayphas nomine: cū esset pōtifex anni illius: dixit eis. Uos nescitis q̄cq̄ nec cogitatis: q̄a expedit vo-

bis vt vnꝰ moriatur homo ꝓ populo/ ⁊ nõ tota gẽs pereat. Hoc aũt a semetipso non dixit: sed cũ esset põtifex anni illiꝰ ꝓphetauit: q̄a iesus moriturꝰ erat ꝓ gẽte. Et non tantũ pro gente: sed vt filios dei q̄ erãt dispersi cõgregaret in vnũ. Ab illo ergo die: cogitauerũt vt interficerẽt eũ. Jesus ergo iã nõ in palã ãbulabat apud iudeos: sed abiit i regionẽ iuxta desertũ i ciuitatẽ q̄ dicit̄ effrẽ. Et ibi morabatur: cũ discipulis suis. Offer. Benedictus es dñe doce me iustificatiões tuas: et nõ tradas calũniãtibꝰ me sup̄bis: ⁊ rñdebo exprobrãtibꝰ mihi verbũ. V. Uidi nõ seruãtes pactũ: ⁊ tabescebã: dñe qñ facies de ꝑsequẽtibus me iudiciũ. Secreta.

PResta nobis q̄s misericors deus: vt digne tuis seruire semper altaribus mereamur: et eorũ ꝑpetua participatiõe saluari. Per do. Prefa. Qui corpora. Co. Ne tradideris me dñe in aīas persequẽtiũ me: q̄ʒ insurrexerũt in me testes iniqui: ⁊ mẽtita est iniq̄tas sibi. Postcõ.

SUmpti sacrificij dñe ꝑpetua nos tuitio non derelinquat: ⁊ noxia semꝑ a nobis cũcta repellat. Per do. Sup populum. Humiliate capita vr̄a deo. Orõ.

COncede nobis q̄s dñe veniam peccatorũ ⁊ religionis augmẽtũ/ atq̄ʒ vt in nobis tua dona multiplices/ tuis fac mandatis promptiores. Per dominum nr̄m. ¶ Sabbato post Judica.

MIserere mihi dñe qm̄ tribulor/ libera me et eripe me de manibus inimicorũ meorum ⁊ a ꝑsequẽtibus me: dñe non confundar qm̄ inuocaui te. Ps. In te dñe speraui nõ cõfundar in eternũ: in iustitia tua libera me. Non dicit̄ Gloria patri. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

PRoficiat q̄s dñe plebs tibi dicata pie deuotionis affectu: vt sacris actionibus erudita: quanto maiestati tue fiat gratior: tanto donis potioribus augeatur. Per. Lectio hieremie ꝓphe. xviij.

IN diebꝰ illis: Dixerũt impij iudei adinuicẽ. Uenite/ cogitemꝰ ↄtra iustũ: cogitatiões. Nõ enim peribit lex a sacerdote/ neq̄ʒ cõsiliũ a sapiẽte: nec sermo a propheta. Uenite ⁊ percutiamus eũ lingua: ⁊ nõ attẽdamꝰ ad vniuersos sermones eius. Attẽde dñe ad me: ⁊ audi voces aduersariorũ meorũ. Nunq̄d redditur pro bono malũ: quia foderunt foueã anime mee. Recordare q̄ steterim in cõspectu tuo vt loquerer ꝓ eis bonũ ⁊ auerterẽ idignationẽ tuã ab eis. Propterea da filios eorũ in famẽ: ⁊ deduc eos in manꝰ gladij. Fiant vxores eorũ absq̄ʒ liberis ⁊ vidue: et viri earũ interficiantur morte. Juuenes eorũ ↄfodiãtur gladio i ꝑlio: audiat̄ clamor de domibꝰ eorũ. Adduces eni sup eos latrones repẽte: q̄a foderũt foueã vt caperẽt me: ⁊ laq̄os abscõderũt pedibꝰ meis. Tu aũt dñe scis oẽ ↄsiliũ eorũ: aduersum me in mortẽ. Ne ꝓpitieris iniq̄tati eorũ: ⁊ peccatum eorũ a facie tua non deleat̄. Fiant corruẽtes i ↄspectu tuo: i t̄pe furoris tui: dñe deꝰ meꝰ. Gr. Pacifice loq̄bant̄ mihi inimici mei: ⁊ i ira molesti erãt mihi. V. Uidisti dñe deꝰ meus ne sileas: ne discedas a me. Scdʒ iohã. vj.



In il. tpe Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorũ. Amẽ amẽ dico vobis: nisi mãducaueritis carnẽ filij hois/ et biberitis ei⁹ sanguinẽ: nõ habebitis vitã in vobis. Qui manducat meã carnẽ/ ꝛ bibit meũ sanguinẽ: habet vitã eternã. Et ego resuscitabo eũ: in nouissimo die. Caro eni mea vere est cib⁹: ꝛ sanguis me⁹ vere est pot⁹. Qui mãducat meã carnẽ/ ꝛ bibit meũ sanguinem: in me manet/ ꝛ ego in illo Sicut misit me viuẽs pater: ꝛ ego viuo ꝓpter patrẽ. Et q̃ manducat me: et ipse viuet propter me. Hic est panis qui de celo descẽdit. Non sicut manducauerunt pr̃es vr̃i manna in deserto: ꝛ mortui sũt. Qui mãducat hũc panẽ: viuet in eternum Hec dixit in synagoga: docẽs sabbato in capharnaũ Multi aũt audiẽtes ex discipulis eius: dixerunt Dur⁹ est hic sermo. Quis potest eũ audire? Sciẽs autẽ iesus apud semetipsum/ quia murmurarent de hoc discipuli eius: dixit eis. Hoc vos scãdalizat. Si ergo videritis filiũ hois ascẽdẽtẽ vbi erat prius: spiritus est q̃ viuificat/ caro non prodest quicq̃. Uerba que ego locutus sum vobis: spiritus et vita sunt. Sed sũt q̃dã ex vobis: q̃ non credũt. Sciebat aũt ab initio ies⁹ qui essent credẽtes: ꝛ q̃s traditur⁹ esset eũ/ ꝛ dicebat. Propterea dixi vobis/ q̃a nemo potest venire ad me: nisi fuerit ei datũ a patre meo. Ex hoc ergo multi discipulorũ eius abierũt retro: ꝛ iã nõ cũ illo ambulabãt. Dixit ergo ies⁹ ad duodecim. Nunq̃d et vos vultis abire? Rñdit ergo ei symõ petr⁹. Dñe/ ad quẽ ibimus? Uerba vite eterne habes. Et nos credimus ꝛ cognouim⁹: q̃a tu es xp̃s fili⁹ dei. Rñdit eis iesus. Nonne ego vos duodecim elegi: et vnus ex vobis dyabolus est? Dicebat autẽ de iuda: symonis scariothis. Hic enim erat traditurus eũ: cũ esset vnus ex duodecim. Offr. Recordare q̃ steterim in cõspectu tuo vt loquerer pro eis bonũ: ꝛ auerterẽ indignationẽ tuam ab eis. V. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph. Secreta.

Suscipe creator oñs q̃ ieiunãtes de tue munificentie largitate deferim⁹: ꝛ ꝑ tpali nobis collata ꝑsidio: ad vitã cõuerte ꝓpitiatus eternã Per do. Prefa. Qui corporali ieiu. Cõ. Ne tradideris me dñe in aias persequẽtiũ me: q̃a insurrexerũt in me testes iniqui: et mentita est iniquitas sibi. Postcõmunio.

Diuini muneris largitate satiati/ q̃s dñe deus noster vt huius semꝑ participatione viuamus. Per do. Super ppl̃m. Humiliate capita vestra deo. Oro.

Ueat q̃s dñe dextera tua populũ depcantẽ: ꝛ purificatũ dignãter erudiat: vt ꝛ cõsolatiõe ꝑsenti foueat/ ꝛ ad futura bona ꝓficiat. p d. Dñica in ramis palmar: post aspsionẽ aq̃ bñdicte legat hec ſr. ad gradũ alta. ex pte australi ab accoli. alba iduto: sup flores ꝛ frondes cum suo titulo.

Lectio libri Exodi. xvj.

In diebꝰ illis: Venerũt filij israel in helim / vbi erãt fontes aquarũ duodecim: ⁊ septuaginta palme / ⁊ castrametati sunt iuxta aquas. Profectiq; sunt de helim / ⁊ venit oĩs multitudo filiorũ israel in desertum syn: qđ est inter helym ⁊ synai: quintodecimo die mẽsis secũdi postq̃ egressi sunt de terra egypti Et murmurauit oĩs cõgregatio filiorꝫ israel ꝯtra moysen ⁊ aarõ: in solitudine. Dixerũt q; filij isrl̃ ad eos. Utinã mortui essemus ꝑ manũ dñi in terra egypti: qñ sedebamꝰ sup ollas carniũ et comedebamꝰ panẽ in saturitate. Cur induxistis nos in desertũ istud: vt occideretis omnẽ multitudinẽ fame: Dixit aũt dñs ad moysen. Ecce ego pluã vobis panes de celo. Egrediat̃ populus / et colligat que sufficiũt ꝑ singulos dies: vt tentẽ eũ: vtrũ ambulet in lege mea: an nõ. Die autẽ sexto: parẽt qđ inferãt: ⁊ sit duplũ q̃ colligere solebant ꝑ singulos dies. Dixerũt q; moyses ⁊ aarõ: ad oẽs filios isrl̃ Uespere scietis q; dominꝰ eduxerit vos de terra egypti: ⁊ mane videbitis gloriam dñi. Audiui enim murmur vr̃m: cõtra dñm. Nos vero qđ sumus: quia mussitastis cõtra nos: Et ait moyses. Dabit vos dñs vespere carnes edere: et mane panes i saturitate / eo q; audierit murmuratiões vr̃as: q̃bus murmurati estis cõtra eũ. Nos enim qđ sumꝰ: Nec cõtra nos est murmur vr̃m: sed cõtra dñm. Dixitq; moyses ad aarõ. Dic vniuerse cõgregatiõi filiorꝫ isrl̃. Accedite corã dño. Audiuit eni murmur vestrũ. Cũq; loqueretur aarõ ad omnẽ cetũ filiorũ israel: respexerũt ad solitudinem Et ecce gloria dñi: apparuit in nube. Statimq; sequat̃ euãgeliũ: ⁊ legat̃ vbi legũtur euãgelia in fer. diebꝰ a dyaco. ad orientẽ cõuerso more simplicis festi post acceptã bñdictionẽ. Euãgelium. Secundum iohannẽ. xij.



In il. tpe. Turba multa q̃ conuenerat ad diẽ festũ: cũ audissẽt q̃a venit iesus hierosolymam acceperunt ramos palmarũ: et ꝓcesserũt obuiã ei: et clamabãt osanna: bñdictus q̃ venit in noĩe dñi: rex isrl̃. Et inuenit iesus asellũ: ⁊ sedit sup eũ: sicut scriptũ est. Noli timere filia syon: ecce rex tuus venit tibi mãsuetus: sedẽs sup pullũ asine. Hec nõ cognouerũt discipuli eiꝰ primũ: sed qñ glorificatus est iesus / tũc recordati sunt q̃a hec erãt scripta de eo / et hec fecerũt ei Testimoniũ ergo ꝑhibebat turba que erat cũ eo qñ lazarũ vocauit de monumẽto: et suscitauit eũ a mortuis. Propterea ⁊ obuiã venit ei turba: q̃a audierãt eũ fecisse hoc signũ. Pharisei ergo dixerũt: ad semetipsos. Uidetis / q̃a nihil ꝓficimus. Ecce mũdus totꝰ post eũ abijt. ¶ Finito euãgelio: sequat̃ bñdictio florũ et frondiũ a sacerdote: induto cappa serica rubea sup gradũ tertium altaris ad australem conuerso: positis prius

palmis cum floribus supra altare/pro clericis: pro alijs vero sup gradus altaris in parte australi.

Exorcizo te creatura florum vel frōdiū: in noie dei pris oipotētis/ et i noie iesu xpi filij eius dñi nri/ et i virtute spūssctī: p inde ois virtus aduersarij/ ois exercitus dyaboli/ oisq; potestas inimici/ ois incursio demonū eradicare et explātare ab hac creatura florū et frondium: vt ad dei grām festinā tiū vestigia non assequaris. Per eū qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculū per ignē. R. Amē. Deinde dicūtur orationes sine Dominus vobiscum. sed tantum cum Oremus. Oratio.

Omps sempiterne deus q in diluuij effusione noe famulo tuo p os colūbe gestātis ramū oliue pacē in terris redditā nūciasti: te supplices depcamur vt hāc creaturā florū et frondiū spatulasq; palmarū seu frōdes arborū quas ante cōspectū glorie tue offerimus veritas tua sancti✠ficet: vt deuotus populus in manibus eas suscipiēs: bñdictionis tue gratiā consequi mereatur. Per xpm. Et dñr oēs orōnes sub tono lect. et cū Oremus

Deus cuius filius p salute generis humani de celo descēdit ad terras: et appropinquāte hora passiōis sue hierosolymā in asino sedēs venire: et a turbis rex appellari ac laudari voluit: auge fidē in te sperantiū/ et supplicū pces clementer exaudi veniat qs super nos dñe misericordia tua: et hos palmarū ceterarumq; arborū ramos bñ✠dicere dignare: vt oēs qui eos laturi sunt/ bñdictiōis tue dono repleantur: concede ergo dñe: vt sicut hebreorū pueri osanna in excelsis clamantes eidē filio tuo dño nro iesu xpo cum ramis palmarū occurrerūt itaq; nos arborū ramos gestātes/ cū bonis opibus occurramus obuiā xpo et puenīamus ad gaudiū sempiternum. p eundē xpm dñm nostrū. Oratio.

Deus q dispsa cōgregas/ et cōgregata cōseruas/ qui populis obuiā xpo iesu ramos palmarū portātibus benedixisti: bñ✠dic etiā et hos ramos palmarū ceterarūq; arborū/ quos tui famuli ad nois tui benedictionem fideliter suscipiūt: vt in quecūq; locū introducti fuerint: tuā benedictionē habitatores illius loci oēs cōsequātur: ita vt omnia aduersa valitudine effugata dextera tua protegat quos redemit. Per eundē do. Hic aspergantur flores et frondes aqua bñdicta et thurificentur. Deinde dr̄ Dñs vobiscū. et Oremus. Oratio.

Domine iesu xpe fili dei viui/ mūdi conditor et redemptor: q nre liberatiōis et saluationis grā ex summa celi arce descēdere/ carnē sumere et passionē sub ire dignatus es: quiq; spōte ppria/ loco eiusdē passiōis appropiquās: a turbis cū ramis palmarū obuiātibus bñdici/ laudari et rex benedictus q venit in nomine dñi veniens clara voce appellari voluisti: tu nūc nre cōfessionis laudationē acceptare: et hos palmarū ceterarūq; arborū ac florū ramos bñ✠dicere et scti✠ficare digneris vt quicūq; in tue virtutis obsequio ex-

inde aliqd tulerit: celesti bñdictione scificat⁹ pctõrũ remissionẽ: et vite eterne pmia pcipere mereaᵗ. Per te iesu xpe saluator mũdi: qui cum pře ⁊ spũ scõ viuis ⁊ regnas de⁹ p oia scla sclox. ℟. Amē. His itaqꝫ pactis: statim distribuantur palme: ⁊ interim cãtenᵗ he sequẽtes añe cãtore icipiẽte añaz. Pueri hebreox tollẽtes. Alia. ã. Pueri hebreorũ vestimẽta. Dũ distribuunᵗ rami pparenᵗ feretrũ cũ reliquijs in quo corp⁹ xpi in pixide depẽdeat: et ad locũ prie statiõis a duob⁹ clericis de scda forma nõ pceď. sequendo: sed ad locũ prie statiõis obuiã veniẽdo / habitu nõ mutato: lumen deferaᵗ in laterna pcedẽte cũ cruce denudata / ⁊ duob⁹ vexillis pcedentibus. Deinde eat pcessio vsqꝫ ad locũ prime statiõis. Sintqꝫ ministri pcessionis albis circũamicti / absqꝫ tunicis vel casulis induti: ita tñ q sacer. sit in cappa serica rubea: choro itaqꝫ sequẽte habitu non mutato. In eũdo. añ. Prima autẽ. añ. Cũ appropinquaret. Si aũt nõ sufficiũt he due añe predicte vsqꝫ ad locũ prime stationis: tunc sequanᵗ he añe scilicet aña. Cũ audisset. añ. Añ sex. añ. Ante sex dies passionis. Hic fiat prima statio. videlicet ex pte ecclesie boreali in extrema parte orientali: ⁊ legaᵗ hoc euange. Cũ appropiquasset iesus. Require hoc euãg. in prima do. aduẽtus dñi: ⁊ legaᵗ ab ipso diacono induto ad proces. nõ iuxta crucẽ: sed ante sacerdo. loco pariter secus stationem illius diaconi mutato. Etiã ipso diacono ad borealẽ conuerso: ⁊ legaᵗ sicut in festo simplici. ix. lec. bñdictiõe prius accepta more solito. Finito euãg. tres clerici de scda forma / habitu nõ mutato: cõuersi ad ppłm / stãtes ante magnã crucẽ ex parte occidẽtali / simul cãtẽt ṽ. En rex venit. Post singulos vero ṽ. executor officij icipiat. añ Salue. cõuersus ad reliquias: quã psequaᵗ chorus cũ genuflectione osculãdo terrã. Ab ipso autẽ executore officij: primo cũ choro fiat genuflectio. Clerici ante reliquias ṽ. En rex. Senio. añ. Salue quẽ. Chor⁹ resurgẽdo prosequaᵗ. Testaᵗ. Itẽ clerici ante reliquias loco nõ mutato dicãt ṽ. Hic est q de edõ Itẽ senior loco non mutato: dicat. ṽ. Salue lux. Chor⁹ resurgẽdo psequaᵗ. Rex regũ. Item clerici ante reliqas loco nõ mutato / dicãt ṽ Hic est ille. Itẽ senior loco nõ mutato / dicat añ. Salue nostra salus. Chor⁹ resurgẽdo prosequaᵗ. Pax vera. Deinde eat pces. ad locũ secũde statiõis: et feretrũ cũ casula reliqarũ pariter cũ luce in laterna inter subdya. et thuribulᵗ. deferaᵗ: cũ vexillis ex vtraqꝫ parte: cãtore icipiẽte añ. Dign⁹ es dñe. añ. Occurrũt turbe. Si autẽ nõ sufficiũt he due añe ad locũ secunde statiõis: tũc cãtenᵗ hec duo ℟ia vel vnũ eorũ. ℟. Dñs ie sus. ṽ⁹. Cõuenerũt. ℟. Cogitauerũt. ṽ. Testimonium. Hic fiat scda statio. videlicet ex parte ecclie australi vbi septez pueri in loco eminẽtiori simul cãtẽt ṽ. Gloria laus. Chorus idẽ repetat post vnũquẽqꝫ. ṽ. Israel es tu. ṽ Cet⁹ in excelsis. ṽ. Plebs hebrea. Peracta hac statione: eat pcessio per medium claustri a dextera manu

vsq ad ostiũ eccl'ie occidẽtale / cantãdo ℟. Collegerũt. Hic fiat tertia statio .scʒ ãte p̄dictũ ostiũ: vbi tres clerici de superiori gradu ipso ostio habitu nõ mutato: ↄuersi ad ppl'ʒ cãtẽt. ℣. Vn⁹ aũt. Repetat. Ne forte His finitis itrẽt ecclĩã p idẽ ostiũ: sub feretro / ⁊ capsula reliq̃arũ ex trãsuerso ostij eleuata cãtãdo ℟. Ingrediẽte dño. Hic fiat quarta statio. scilicet ante crucẽ i eccl'ia: et in ip̄a statiõe executor officij icipiat añaʒ. Aue crux ĩã discoopta: et respõdeat chor⁹ rex noster. cũ genuflectione. osculando terrã. ⁊ sic incipiat senior añaʒ ter singulis vicib⁹ vocẽ exaltãdo: vna cũ choro fiat genuflectio. ⁊ post tertiã inceptionẽ chor⁹ eandẽ añaʒ in ip̄a statione stãdo ꝓsequat. Qua finita intrẽt chorum. Oẽs cruces p ecclesiam sint discoopte vsq post vesp. In introitu chori ℟. Circũdederũt me ℣. Eripe me. ℟. Et ab isurgẽtib⁹. Orõ. Oĩps sempiterne deus. Peractis que ad ꝓcessionẽ pertinẽt. Offm̃.



Domine ne lõge facias auxiliũ tuũ a me ad defensionem meam aspice libera me de ore leonis: ⁊ a cornibus vnicorniũ humilitatẽ meã ꝑ. Deus deus me⁹ respice in me: quare me dereliq̃sti. Nõ dr̃. Gl'ia p̄ri. Orõ.

Omnĩps sempiterne de⁹ / q̃ humano generi ad imitandũ hũilitatis exẽpliũ saluatorẽ nr̃m carnẽ sumere: et crucẽ subire fecisti: ↄcede ꝓpiti⁹: vt ⁊ patiẽtie ip̄si⁹ habere documẽta: et resurrectionis ei⁹ ↄsortia mereamur. Per eũ dem dñm. ¶ Ad philippenses. ij.

Fratres: Hoc enim sentite in vobis: q̃d et in xp̄o iesu. Qui cũ in forma dei esset: nõ rapinã arbitratus est esse se equalem deo: sed semetipsũʒ exinaniuit formam serui accipiẽs / in similitudinẽ hominũ factus / ⁊ habitu inuẽtus vt homo. Humiliauit semetipsum: fact⁹ obediẽs vsq ad mortẽ / mortẽ aũt crucis. Propter q̃d et de⁹ exaltauit illũ: ⁊ donauit illi nomẽ q̃d est sup om̃e nomẽ / vt in noĩe iesu om̃e genu flectat celestiũ terrestriũ ⁊ infernorũ. Et oĩs lingua cõfiteat: q̃a dñs nr̃ iesus xp̄s: in gl'ia est dei p̄ris. Gr̄. Tenuisti manũ dexterã meã: ⁊ in volũtate tua deduxisti me: ⁊ in gloria assumpsisti me. ℣. Quam bonus israel deus rectis corde: mei autem pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei q̃a ʒelaui in peccatoribus pacem peccatorũ vidẽns. Chorus alternatim dicat tractum.

Deus de⁹ meus respice in me: quare me dereliq̃sti. ℣. Lõge a salute mea: verba delictorũ meorum. ℣. Deus meus clamabo per diẽ nec exaudies: ⁊ nocte: ⁊ nõ ad insipiẽtiã mihi. ℣. Tu aũt in sancto habitas: laus israel / in te sperauerũt patres nr̃i: sperauerũt ⁊ liberasti eos ℣. Ad te clamauerũt: ⁊ salui facti sunt: in te sperauerũt ⁊ nõ sunt cõfusi. ℣. Ego autẽ sum vermis ⁊ nõ homo: opprobriũ hominũ ad abiectio plebis. ℣. Oẽs q̃ videbãt me aspernabant me: locuti sunt labijs: et mouerũt caput. ℣. Sperauit i dño eripiat eũ: saluũ faciat eũ qm̃ vult eũ. ℣. Ipsi vero cõsiderauerũt ⁊ cõspexerũt me: diuiserũt sibi vestimẽta mea: ⁊ sup vestem meã miserũt sortẽ. ℣. Libera me de ore leonis: ⁊ a cornib⁹ vnicorniũ humilitatẽ meã. ℣. Qui timetis dñm laudate eum:

vniuersum semẽ iacob magnificate eũ. ℣ Annunciabit dño gñatio võtura: et annũciabunt celi iustitiã eius. ℣ Populo q̃ nascetur quẽ fecit dñs. Sequit passio. Et est notãdum q̃ triplici voce debet cãtari/ aut pronũciari. scilicet voce alta/ bassa/ et media. Quia oĩa que in passione cõtinẽtur: aut verba sunt iudeorũ: vel discipulorũ/ aut verba sunt xp̃i/ aut euãgeliste: narrãtis. Quare scire debes q̃ vbi a/ litterã inuenies: verba esse iudeorũ vel discipulorum: q̃ alta voce sunt proferẽda. Ubi vero b/ inuenies: verba sũt xp̃i: q̃ bassa voce pnũciãda sunt. Ubi vero m/ inuenies: verba sunt euangeliste: q̃ mediocri voce legẽda aut cantanda sunt: et hec oĩa in alijs passionibus obserua. Sic incipe. m. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo ¶ Passio dñi nr̃i iesu xp̃i: scd̃m matheũ. xxvj. nõ dr̃. Gloria tibi dñe.



In illo tp̃e: Dixit iesus discipulis suis. b Scitis q̃ post biduũ pasca fiet et filius hoĩs tradet vt crucifigat. m. Tũc cõgregati sunt principes sacerdotũ et seniores populi in atriũ pricipis sacerdotũ: qui dicebat cayphas: et consilium fecerũt: vt iesum dolo tenerẽt et occiderẽt. Dicebãt autẽ. a. Nõ in die festo. m. Ne forte tumultus fieret in pp̃lo. Cũ autẽ esset iesus in bethania: in domo symonis leprosi: accessit ad eũ mulier habẽs alabastrũ vguenti p̃ciosi: et effudit super caput ipsius recũbentis Uidẽtes autẽ discipuli: indignati sunt dicentes. a. Ut quid perditio hec? Potuit enim istud venum dari multo: et dari pauperibus. m. Sciẽs autẽ iesus: ait illis. b. Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonũ operata est in me. Nã semper pauperes habetis vobiscũ/ me autẽ nõ semper habebitis. Mittẽs enĩ hec vnguẽtũ hoc ĩ corpus meũ: ad sepeliendum me fecit Amen dico vobis: vbicũq̃ p̃dicatũ fuerit hoc euãgeliũ in toto mũdo dicet: et q̃ hec fecit in memoriã eius. m. Tunc abijt vnus de duodecim q̃ dicebat iudas scarioth ad principes sacerdotum: et ait illis. a. Quid vultis mihi dare: et ego vobis eũ tradã? m. At illi cõstituerunt ei: triginta argenteos. Et ex inde querebat oportunitatẽ: vt eũ traderet. Prima autẽ die azimorũ: accesserũt discipuli ad iesum dicentes. a. Ubi vis paremus tibi comedere pascha? m. At iesus dixit. b. Ite in ciuitatẽ ad quẽdã: et dicite ei. Magister dicit. Tẽpus meũ prope est: apd̃ te facio pascha cum discipulis meis. m. Et fecerũt discipuli: sicut constituit illis iesus: et parauerũt pascha. Uespere autẽ facto: discũbebat cũ duodecim discipulis suis. Et edentibus illis: dixit. b. Amen dico vobis: q̃a vnus vestrum me traditurus est. m. Et contristati valde: ceperunt singuli dicere. a. Nunquid ego sum domine? m. At ipse respõdẽs: ait. b. Qui intingit mecũ manũ in parapside: hic me tradet. Filius quidẽ hominis vadit: sicut scriptũ est de illo. Ue autẽ homini illi: p quẽ filius hominis tradetur. Bonum erat ei: si natus nõ fuisset homo il

le.m. Respōdēs autē iudas q̄ tra-
didit eū: dixit.a. Nunq̄d ego sum
rabbi? m. Ait illi.b. Tu dixisti.m.
Cenātibus autē eis: accepit iesus
panē: et bn̄dixit: ac fregit/deditq̄z
discipulis suis: ⁊ ait.b Accipite et
comedite: hoc est corpus meū.m.
Et accipiēs calicē grās egit: et de-
dit illis dicēs.b. Bibite ex hoc oēs
Hic est enim sanguis me⁹ noui te
stamēti: q̄ pro multis effundetur
in remissionē peccatorū. Dico au
tē vobis: nō bibā amodo de hoc ge
nimine vitis: vsq̄z in diē illū cū il-
lud bibā vobiscū nouum in regno
patris mei.m Et hymno dicto:
exierūt in montē oliueti. Tunc di-
xit illis iesus.b. Oēs vos scāda
lū patiemini in me: in ista nocte.
Scriptū est enī. Percutiā pasto-
rē: ⁊ dispergent oues gregis. Post-
q̄ autē resurrexero: p̄cedā vos in
galileā.m. Rn̄dēs autem petrus:
ait illi.a Et si oēs scādalizati fue
rint in te: ego nunq̄ scādalizabor.
m Ait illi iesus.b. Amē dico tibi:
quia in hac nocte anteq̄ gallus cā
tet: ter me negabis.m. Ait illi pe-
trus.a Etiā si oportuerit me mo
ri tecū: non te negabo.m. Simi-
liter ⁊ oēs discipuli dixerūt. Tūc
venit iesus cū illis in villā que di-
citur gethsemani: et dixit discipu-
lis suis.b Sedete hic: donec vadā
illuc: ⁊ orē.m. Et assumpto petro
et duob⁹ filijs zebedei: cepit cōtri
stari ⁊ mest⁹ esse. Tūc ait illis.b.
Tristis est aīa mea vsq̄ ad mortē
Sustinete hic: et vigilate mecū.
m. Et progressus pusillū: procidit
in faciem suā: orās ⁊ dicēs.b. Pa-
ter mi: si possibile est: trāseat a me
calix iste. Verūtn̄ nō sicut ego vo
lo: sed sicut tu vis.m. Et venit ad
discipulos suos: ⁊ inuenit eos dor
mientes. Et dixit petro sic.b. Non
potuistis vna hora vigilare me-
cū? Vigilate/⁊ orate: vt nō intre
tis in tentationē. Spiritus quidē
promptus est: caro autē infirma.
m. Iterū secūdo abijt: ⁊ orauit di
cens.b. Pater mi/si nō potest hic
calix trāsire nisi bibā illū: fiat vo
lūtas tua.m. Et venit iterū: ⁊ in
uenit eos dormiētes. Erāt enim
oculi eorū grauati. Et relictis il-
lis: iterū abijt/et orauit tertio eū
dē sermonē dicēs. Tunc venit ad
discipulos suos: ⁊ dixit illis.b. Dor
mite iā: ⁊ requiescite. Ecce appro-
pinquabit hora: ⁊ fili⁹ hominis tra
det in manus peccatorum. Surgi
te/eamus. Ecce appropinquabit
qui me tradet.m. Adhuc eo loquē
te/ecce iudas vn⁹ de duodecim ve
nit ⁊ cū eo turba multa cū gladijs
et fustibus/missi a principibus sa
cerdotū/⁊ seniorib⁹ populi. Qui
autē tradidit eū: dedit illis signū/
dicēs.a Quēcūq̄ osculat⁹ fuero:
ipse est tenete eū.m. Et cōfestim ac
cedēs ad iesū: dixit.a. Aue rabbi.
m. Et osculatus est eū. Dixit illi
iesus.b Amice: ad q̄d venisti? m.
Tūc accesserunt ⁊ manus iniece
rūt in iesū: ⁊ tenuerūt eū. Et ecce
vnus ex his qui erāt cū iesu exten
dens manū/exemit gladiū suū: et
percutiēs seruum principis sacer
dotū/amputauit auriculā ei⁹ dex
tram. Tunc ait illi iesus.b. Con
uerte gladiū tuū: in locum suum.
Oēs enim qui acceperint gladiū:
gladio peribunt. An putas: quod

possum rogare patrē meū: ⁊ exhi
bebit mihi modo plusq̃ duodecim
legiones angelorũ? Quomodo er
go implebuntur scripture? Quia
sic oportet fieri. m. In illa hora:
dixit iesus turbis. b. Tanq̃ ad la=
tronē existis cū gladijs ⁊ fustibus
cōprehēdere me? Quotidie apud
vos sedebā docēs i tēplo: et nō me
tenuistis. m. Hoc autē totū factū
est: vt adimpleret scriptura pphe
tarū. Tunc discipuli omnes reli=
cto eo: fugerūt. At illi tenētes ie=
sum: duxerūt ad caypha principē
sacerdotum: vbi scribe et seniores
cōuenerāt. Petrus autē sequebat
eū a lōge: vsq; in atriū pricipis sa=
cerdotū. Et ingressus intro: sede=
bat cū ministris/ vt videret finē.
Principes aūt sacerdotū ⁊ omne
cōsiliū querebāt falsum testimo=
niū cōtra iesum: vt eū morti tra=
derēt. Et nō inuenerunt: cū multi
falsi testes accessissēt. Nouissime
autē venerūt duo falsi testes: et di
xerūt. a. Hic dixit. Possũ destrue
re tēplum dei: ⁊ post triduū reedi=
ficare illud. m. Et surgēs priceps
sacerdotū: ait illi. a. Nihil respon
des ad ea: que isti aduersum te te=
stificant? m. Jesus autē tacebat
Et princeps sacerdotū: ait illi. a.
Adiuro te per deū viuū: vt dicas
nobis si tu es xp̄s fili⁹ dei viui. m.
Dixit illi iesus. b. Tu dixisti. Ue=
rūtamē dico vobis: amodo vide=
bitis filiū hoīs sedētē a dextris vir
tutis dei/ ⁊ venietē in nubibus ce=
li. m. Tūc princeps sacerdotū sci
dit vestimēta sua: dicens. a. Blas
phemauit. Quid adhuc egem⁹ te
stibus? Ecce nūc audistis blasphe
miā. Quid vobis videt? m. At il=
li rñdētes: dixerūt. a. Re⁹ est mor
tis. m. Tūc expuerūt in faciē ei⁹:
et colaphis eū cederūt. Alij autē
palmas in faciē eius dederūt: dicē
tes. a. Prophetiza nobis christe:
quis est q̃ te pcussit? m. Petrus au
tē sedebat foris: in atrio. Et acces
sit ad eū vna ancilla dicens. a. Et
tu cū iesu galileo eras? m. At ille
negauit corā oībus: dicēs. a. Ne=
scio qđ dicis. m. Exeunte autē illo
ianuā/ vidit eum alia ancilla ⁊ ait
his q̃ erāt ibi. a. Et hic cū iesu na=
zareno erat? m. Et iterū negauit
cum iuramēto: q̃a nō noui homi=
nē. Et post pusillum: accesserunt
qui ibi stabāt: ⁊ dixerunt petro. a.
Uere ⁊ tu ex illis es: nā et loquela
tua manifestū te facit. m. Tūc ce
pit detestare ⁊ iurare: q̃a nō nouis
set hoiem. Et cōtinuo gallus can
tauit. Et recordatus est petr⁹ ver
bi iesu qđ dixerat: priusq̃ gall⁹ cā
tet/ ter me negabis. Et egressus
foras: fleuit amare. Mane aūt fa
cto cōsiliū inierūt oēs pricipes sa
cerdotū ⁊ seniores populi aduers⁹
iesum: vt eum morti traderēt. Et
vinctū adduxerunt eum: et tradi=
derunt pontio pilato pſidi. Tunc
vidēs iudas q̃ eum tradidit q̄ dā=
natus esset: penitētia duct⁹/ retu
lit triginta argēteos principibus
sacerdotū et senioribus populi di=
cens. a. Peccaui/ tradens sangui
nem iustū. m. At illi dixerunt. a.
Quid ad nos? Tu videris. m. Et
proiectis argēteis in tēplo/ reces=
sit: ⁊ abiēs laqueo se suspēdit. Pri=
cipes autē sacerdotū acceptis ar=
gēteis: dixerunt. a. Non licet eos

mittere in corbonã: qa p̃cium sanguinis est. m. Cõsilio autẽ inito: emerũt ex eis agrũ figuli: in sepulturã peregrinorum. Propter hoc vocat⁹ est ager ille acheldemach: hoc est ager sanguinis: vsq; in hodiernũ diẽ. Tũc impletũ est: quod dictũ est p hieremiã pphetã: dicẽtẽ. Et acceperunt triginta argenteos/ p̃ciũ appreciati: quẽ appciauerũt a filijs israel: ⁊ dederũt eos in agrũ figuli/ sicut cõstituit mihi dñs Jesus autẽ/ stetit ante presidem. Et interrogauit eũ p̄ses: dicens. a. Tu es rex iudeorũ. m. Dixit illi iesus. b. Tu dicis. m. Et cũ accusaret a principib⁹ sacerdotũ et senioribus: nihil rñdit. Tũc dixit illi pilatus. a. Non audis quãta aduersum te dicũt testimonia: m. Et nõ rñdit ei ad vllũ verbũ: ita vt miraret p̄ses vehementer. Per diẽ autẽ solennẽ: cõsueuerat preses dimittere populo vnũ vinctũ/ quẽ voluissent. Habebat autẽ tunc vnũ vinctum insignẽ/ qui dicebat barrabas: q̇ ppter homicidiũ missus fuerat in carcerẽ. Cõgregatis ergo illis: dixit pialatus a. Quẽ vultis dimittã vobis: barrabã an iesũ q̇ dicit xp̄s: m. Sciebat enim: q̄ p inuidiã tradidissẽt eũ. Sedente autẽ illo pro tribunali: misit ad eũ vxor eius dicens. a. Nihil tibi: et iusto illi. Multe eni passa sum hodie p visum: propter eum. m. Principes autẽ sacerdotũ ⁊ seniores/ psuaserunt populis vt peterẽt barrabam: iesum vero perderẽt. Rñdẽs autẽ p̄ses: ait illis. a Quẽ vultis vobis de duob⁹ dimitti. m At illi dixerũt. a. Barrabam. m. Dixit illis pilatus. a. Quid igit faciã de iesu/ qui dicit xp̄s. m Dicũt omnes. a Crucifigat. m. Ait illis p̄ses. a. Quid eni mali fecit. m. At illi magis clamabãt: dicẽtes. a. Crucifigat. m. Vidẽs autẽ pilatus/ q̄a nihil proficeret/ sed magis tumult⁹ fieret: accepta aqua/ lauit manus suas corã populo/ dicens. a. Innocens ego sũ a sanguine iusti hui⁹: vos videritis. m Et rñdẽs vniuersus populus: dixit. a. Sãguis eius super nos: ⁊ super filios nostros. m. Tũc dimisit illis barrabã: iesum flagellatũ tradidit eis/ vt crucifigeret. Tunc milites presidis suscipientes iesum in pretoriũ: congregauerũt ad eũ vniuersam cohortẽ. Et exuẽtes eum: clamidem coccineam circumdederunt ei. Et plectentes coronam de spinis/ posuerũt sup caput eius: ⁊ arũdinem in dextera ei⁹. Et genuflexo ante eũ illudebãt ei dicẽtes. a Aue rex iudeorũ. m. Et expuẽtes i eũ: acceperũt arũdinẽ/ ⁊ percutiebãt caput eius. Et postq̄ illuserunt ei: exuerũt eum clamide: ⁊ induerũt eum vestimẽtis eius/ et duxerũt eũ vt crucifigerẽt Exeuntes autẽ: inuenerũt hominẽ cyreneũ nomine symonẽ. Hũc angariauerũt: vt tolleret crucẽ eius. Et venerũt in locum q̇ dicit golgotha: q̄d est caluarie locus. Et dederunt ei vinũ bibere: cũ felle mixtum. Et cum gustasset: noluit bibere. Postq̄ autẽ crucifixerunt eũ: diuiserunt vestimẽta eius/ sortem mittentes. Vt impleret q̄d dictũ est: per prophetã: dicentem. Diuiserũt sibi vesti

mẽta mea: & sup vestẽ meã mise-rũt sortẽ. Et sedẽtes: seruabãt eũ Et imposuerũt sup caput ei⁹ cau-sam ipsi⁹ scriptã. Hic est iesus na-zaren⁹ rex iudeorũ. Tũc crucifixi sũt cũ eo duo latrones: vn⁹ a dex-tris & vn⁹ a sinistris Pretereũtes autẽ blasphemabãt eũ: mouẽtes capita sua / et dicẽtes. a. Uah qui destruis tẽplum dei: & in triduo il-lud reedificas. Salua temetipsũ Si filius dei es: descende de cruce. m. Similiter & principes sacerdo tũ illudẽtes cũ scribis et seniorib⁹ dicebãt. a. Alios saluos fecit: seip sum nõ potest saluũ facere. Si rex israel est: descẽdat nũc de cruce / & credimus ei. Cõfidit in deo: libe-ret eũ nũc si vult. Dixit eñ: qa fi-lius dei sum. m. Idipsũ autẽ & la trones q̃ crucifixi erãt cũ eo: ipro-perabãt ei. A sexta aũt hora: tene bre facte sũt sup vniuersã t̃rã vsq̃ i horã nonã. Et circa horã nonã: clamauit ies⁹ voce magna dicẽs b. Hely hely lamazabathani. m. Hoc est. De⁹ me⁹ / de⁹ me⁹: vt q̃d dereliquisti me? Quidã autẽ illic stãtes & audiẽtes dicebãt. a Helyã vocat iste. m. Et continuo currẽs vnus ex eis acceptã spõgiã imple uit aceto / & imposuit arundini: et dabat ei bibere. Ceteri vero dice-bãt. a. Sine / videam⁹ an veniat helyas: liberãs eũ. m. Jesus autẽ iterũ clamãs voce magna: emisit spũm. Hic iclinet se dyacon⁹ / vel p sternet vers⁹ oriẽtẽ: & dicat prima tim. Pr nr. Aue maria. et. In man⁹ tuas dñe. Deinde surgat: & post residuũ passionis legat. m. Et ecce velũ tẽpli scissũ est in du as partes: a sũmo vsq̃ deorsũ Et terra mota est / & petre scisse sũt / et monumẽta apta sunt: & multa corpora sctõrũ q̃ dormierãt surre xerũt. Et exeũtes de monumẽtis post resurrectionẽ ei⁹: venerũt in sanctã ciuitatẽ & appuerũt mul-tis. Cẽturio aũt et q̃ cũ eo erãt cu stodiẽtes iesũ: viso terre motu et his q̃ fiebãt / timuerũt valde dicẽ-tes. a Uere filius dei erat iste. m Erãt aũt ibi mulieres multe alõ ge: q̃ secute erãt iesũ a galilea / mi nistrãtes ei. Inter quas erat ma ria magdalene / & maria iacobi / & ioseph mater: & mater filioꝝ ze bedei. Cũ aũt sero factũ esset: ve-nit quidã homo diues ab arima-thia / noie ioseph / q̃ & ipse discipu-lus erat iesu. Hic accessit ad pyla-tũ: & petijt corp⁹ iesu. Tũc pylat⁹ iussit reddi corp⁹. Et accepto cor pore ioseph / inuoluit illud i syndo ne mũda: & posuit illud i monumẽ to suo nouo / q̃d exciderat i petra. Et aduoluit saxũ magnũ ad ostiũ monumẽti: et abijt. Erãt aũt ibi maria magdalene & altera ma-ria: sedẽtes cõtra sepulchrũ. Euã gelia vo i fine oim passionũ / etiã in die parasceues alta voce legã-tur more duplicis festi. Oẽs aũt passiões supradicto modo legan tur secũdũ vsum Sar. Tñ in die parasceue: nõ d̃r Dñs vobiscũ. et sine titulo incipiatur euãgeliũ.

Altera aũt die q̃ est post pa rasceuẽ: cõuenerũt princi pes sacerdotũ & pharisei ad pyla-tũ dicẽtes. Dñe / recordati sum⁹: quia seductor ille dixit adhuc vi-uẽs: post tres dies resurgã. Iube

ergo custodiri sepulchrũ / vsqȝ in diẽ tertiũ: ne forte veniãt discipuli ei⁹ ⁊ furẽtur eũ / ⁊ dicãt plebi surrexit a mortuis Et erit nouissim⁹ error: peior priore. Ait illis pylatus. Habet ꝫ custodiã. Ite custodite: sicut scit ꝫ Illi aũt abeũtes: munierũt sepulchrũ. Signãtes lapidẽ cũ custodib⁹. Offr. Improperiũ expectauit cor meũ ⁊ miseriã ⁊ sustinui q̄ simul ꝯtristaret ⁊ nõ fuit: ꝯsolãtẽ me q̄siui / ⁊ nõ inueni: ⁊ dederũt in escã meã fel: et in siti mea potauerũt me aceto. Secr.

Tibi de⁹ pater oꝑs immaculati agni paschale offerimus holocaustũ: cuius nos sanguine ab exterminatoris vastatiõe saluatos ad terrã q̄s tue repromissiõis inducas. p. e. Prefa. quoti. Cõ. Pat si nõ potest hic calix trãsire nisi bibã illũ: fiat volũtas tua. Postc.

Fideles tuos quesum⁹ dñe benignus intẽde: vt sue redemptionis initia recolẽtes: quorũ munere sunt refecti: eorꝫ proficiãt incremẽtis. Per. ¶ Feria. ij post dñicã in ramis palmarꝫ. Of.

Iudica dñe nocẽtes me expugna impugnãtes me / apprehende arma ⁊ scutũ: ⁊ exurge in adiutoriũ meũ / dñe vt⁹ salut ꝫ mee. ℣. Effũde frameã: ⁊ cõclude aduers⁹ eos q̄ persequũtur me. Nõ dr̃ Glia pr̃i. Orõ

Da q̄s oꝑs de⁹: vt qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus: intercedente vnigeniti filij tui passiõe respirem⁹ Qui tecũ. Lectio esaie pphete. l.

In dieb⁹ illis. Dixit esaias Dñs de⁹ me⁹ aperuit mihi aurẽ: ego aũt nõ ꝯtradico / retrorsum nõ abij. Corpus meũ dedi percutiẽtibus: ⁊ genas meas vellẽtibus. Faciẽ meã nõ auerti ab increpãtib⁹ ⁊ ꝯspuẽtib⁹ in me Dñs de⁹ auxiliator me⁹: ⁊ ideo nõ sũ cõfusus. Ideo posui faciẽ meã vt petrã durissimã: ⁊ scio qm̃ nõ cõfundar. Iuxta est q̄ iustificat me: q̄s cõtradicet mihi? Stemus simul. Quis est aduersari⁹ me⁹ Accedat ad me Ecce dñs de⁹ auxiliator meus. Quis est q̄ cõdẽnet me? Ecce oẽs quasi vestimẽtũ ꝯterẽt: tinea comedet eos Quis ex vobis timẽs deũ: audiens vocẽ serui sui? Quis ambulauit in tenebris: ⁊ non est lumẽ ei? Speret in noĩe dñi: ⁊ innitat sup dñm deũ suũ. Gr. Exurge dñe ⁊ intẽde iudicio meo de⁹ me⁹ et dñs me⁹ in causã meã. ℣. Effunde frameã: ⁊ cõclude aduersus eos q̄ me persequũtur. Tr. Dñe nõ secũdũ. vt s̃. feria. vj. post Oculi. Scd̃ʒ iohã. xij



Ante sex dies pasche venit iesus bethaneaz vbi fuerat lazarus mortuus quem suscitauit iesus Fecerunt aũt ei cenam ibi: et martha ministrabat. Lazarus vero: vnus erat ex discũbentibus cum eo. Maria ergo accepit librã vnguẽti nardi pistici p̃ciosi: ⁊ vnxit pedes iesu: et extersit capillis suis pedes ei⁹ ⁊ dom⁹ impleta est ex odore vnguẽti. Dixit ergo vn⁹ ex discipulis ei⁹: iudas scariothis qui erat eũ traditur⁹ Quare hoc vnguentũ nõ venijt trecentis

SIcut ceruus desiderat ad fontes aquarū: ita desiderat aīa mea ad te deus. ℣. Sitiuit aīa mea ad deū viuū: quando veniā et apparebo ante faciē dei mei. ℣. Fuerunt mihi lachrime mee panes die ac nocte: dum dicit̄ mihi per singulos dies vbi est deus tuus. Deinde sequantur due orationes sub vno Per dn̄m. ⁊ sub vno Orem⁹. Or.

COncede quesum⁹ o p̄s de⁹: vt q̄ festa paschalia agim⁹ celestibus desiderijs accensi/ fontem vite sitiamus. Dominū nostrū iesum christum filiū tuum.

OMp̄s sempiterne deus/ respice propiti⁹ ad deuotionē populi renascētis: q̄ sicut ceruus aquarū expetit fontē: et cōcede propitius: vt fidei ipsius sitis baptismatis mysterio animā corpusq̃ sanctificet. Per dn̄m. Deinde sequat̄ septiformis letania/ q̄ in medio chori a septē pueris i superpellicijs dicit̄ et interim exuat sacerdos casulā ⁊ sumat cappā sericā rubeā adhuc stādo ante altare: donec pcantet̄ letania ⁊c̄. vt in pro-

cessiōalib⁹ ꝯtineť. Finita letania scz **Rex sanctorū.** incipiatur missa solēniter a cātore / sine regimine chori sic **Kyrie eleyson.** et dicit cāt⁹ de **Lux et origo.** absqꝫ ꝟ. ⁊ interim sacer. assumpta casula ad altare dicat. **Cōfiteor. Misereať ⁊ Absolutionē.** cum ꝑcib⁹ et orōne **Aufer a nob⁹ dñe.** more solito. tñ hic nō detur osculū pacis. Deinde thurificet altare: ⁊ postea īcipiat



Glo ria in excelsis de o.

Tunc oēs genuflectant exuentes cappas nigras: ⁊ tūc pulsenť oēs cāpane in classicū / choro canente **Et in terra pax.** Sequatur **Dñs vobiscum. et Oremus.** Oratio.

Deus q̄ hāc sacratissimam noctē gloria dñice resurrectionis illustras / cōserua in noua familie tue progenie adoptionis spiritum quem dedisti: vt corpore et mente renouati: purā tibi exhibeāt seruitutē. Per eundē. in vnitate eiusdē. Sequens epistola legať in pulpito. Ad colossenses. iij

Fratres. Si cōsurrexistis cū xpo / q̄ sursū sunt q̄rite: vbi xp̄s est in dextera dei sedens. Que sursum sunt sapite: non q̄ super terrā. Mortui eni̅ estis / et vita vestra abscondita est cū xpo in deo Cū eni̅ xp̄s apparuerit ī vita vestra: tūc et vos apparebitis cū ipso in gl̄ia. Lecta ep̄la / duo clerici de scđa forma in cappis sericis in pulpito cantēt hoc **All'a.** Chorus idē repetat: ⁊ ꝓsequať Et clerici. ꝟ. **Cōfitemini dño q̄m bon⁹ q̄m in seculū mia ei⁹.** Chor⁹ fineat cū neiruma. Itē clerici reincipiāt **All'a.** sine neuma. Deinde sequať tract⁹ quia duob⁹ de scđa forma in cappis nigris ad grad. cho. tot⁹ ⁊ integer cāteť cho. interī sedēte. Tr

Laudate dñm oēs gētes: ⁊ collaudate eū oēs ppl'i. ꝟ. Qm̄ ꝯfirmata est sup nos mia ei⁹: ⁊ veritas dñi manet in eternū. Interī vo ꝑcedat dyacon⁹ cū subdyaco. per mediū chori more solito: sine cruce ad legendū euāge. quē ꝑcedāt duo ceroferř. cereis extinctis: et legať in pulpito morē dñicali. Sequētia sācti euāgelij: secundū Matheum. xxviij.



Vespere aūt sabbati q̄ lucescit in prima sabbati: venit maria magdalene / et altera maria videre sepulchrum. Et ecce terremot⁹: factus est magn⁹. Angelus aūt dñi descēdit de celo: ⁊ accedens reuoluit lapidē / et sedebat sup eū Erat aūt aspect⁹ eius sicut fulgur: et vestimēta eius sicut nix Pre timore aūt eius exterriti sūt custodes: et facti sunt velut mortui. Respondēs autē angelus: dixit mulierib⁹ Nolite timere vos Scio enim q̄ iesum q̄ crucifixus est queritis. Nō est hic. Surrexit enim: sicut dixit. Venite ⁊ videte locum: vbi positus erat dominus Et cito eūtes dicite discipulis ei⁹ quia surrexit: ⁊ ecce precedat vos in galileam: Ibi eum videbitis: ecce predixi vobis. Nō dicit **Cre-**

do. sed post euangeliū dicitur. Dominus vobiscū. Et Oremus. Non dicitur offertorium. Secreta.

Suscipe quesumus dñe preces populi tui cū oblationibus hostiarū: vt paschalibus initiate mysterijs: ad eternitatis nobis medelā te operāte proficiant Per dñm. Prefatio Et te quidem omni tpe: sed in hac potētissimū nocte. Et Cōmunicantes. Et noctē sacratissimā. Et Hāc igitur. Hec prefatio dr p totā ebdomadā pasc. et in oibus dñicis dieb⁹ vsqz ad ascē. dñi qñ de resurrectiōe agit Communicātes vero et Hanc igit per ebdomadā et in octa. pasche tantū dicūtur. Hac die dicitur Sanctus. solēniter Sacerdote vero dicente Pax dñi sit semper vobiscū et choro rñdēte Et cū spū tuo. Nō dr Agn⁹ dei. nec pax dat: sed facto interuallo incipiant vespe festiue sine regimine chori / sine cāpanarum pulsatione / et sine Deus in adiutoriū. a quodam de superiori gradu ex parte chori sic Alla. ps.

Laudate dñm oēs gētes laudate eū oēs populi. Quoniā cōfirmata est super nos misericordia ei⁹: et veritas dñi manet in eternū. Gloria patri et filio: et spiritui sācto. Sicut erat in principio et nūc et semp: et in secula seculorū amen. Tota dicit aña. Alla. alla alla alla. Qua dicta: stati incipiatur aña super Magnificat. ab excellētiore post eū q celebrauerit sed nō percātet a cho. pi. āte intonationē. Non thurificet altare / neqz chorus aña Vespere aūt sabbati que lucescit in prima sabbati: venit maria magdalene et altera maria videre sepulchrū alleluya. ps. Magnificat. Repetita aña. dicat sacerdos. Dominus vobiscum. Et Oremus. Orō.

Spiritū nobis dñe tue charitatis infunde: vt quos sacramētis paschalib⁹ satiasti: tua facias pietate concordes. Per do. Et sic missa et vespere simul finiantur: dicente dyacono. Ite missa est. cū nota de Alla. ¶ Oratio dicenda a sacerdote ante missam.

Deus qui de indignis dignos facis / et de peccatoribus iustos et sctōs et de immundis mundos: munda cor et corpus meū ab omni cōtagione et sorde peccati: et fac me dignū atqz strēnuū sanctis altaribus tuis ministrū et cōcede propitius: vt in hoc altari ad quod indignus accedo / hostias acceptabiles atqz placabiles offerā pietati tue pro peccatis et offensis meis: et innumeris quotidianisqz excessibus meis / atqz cunctorū simul christianorū culpis abluēdis et per eum sit tibi votum meum acceptabile / q se tibi deo patri pro nobis obtulit sacrificium. Qui tecum viuit et regnat. ¶ Oratio dicenda a sacerdote ante missam.

Domine non sum dign⁹ vt intres sub tectum meū sed confisus de tua pietate ad altare tuū accedo: infirm⁹ ad medicū vite / cecus ad lumen claritatis eterne: egen⁹ ad dñm celi et terre / nudus ad regē glorie / ouis ad pastorem / figmentū ad suū creatorē / desolatus ad piū cōsolatorē miser ad misericordem / crimino-

sus ad venie largitorem/ impius ad iustificatorem/ induratus ad gratie infusorem/ rogans imense mie tue abundantiam quatenus meam digneris sanare infirmitatem/ lauare feditatem/ illuminare cecitatem/ ditare paupertatem/ vestire nuditatem/ reducere errantem/ consolari desolatum: reconciliare reum/ pctori dare veniam/ misero indulgentiam/ criminoso vitam/ mortuo iustificationem/ vt te panem angelorum/ regem regum et dnm dnantium recipere merear ea corporis castitate/ animi puritate/ ea cordis contritione et lachrymarum fonte: ea letitia spuali et celesti gaudio/ ea timore et tremore/ ea reuerentia et honore/ ea fide et humilitate/ eo proposito et amore/ ea deuotione et gratiarum actione quibus oportet et decet ita vt prosit mihi ad vitam eternam et mihi in remissionem omnium peccatorum meorum. Amen. ¶ Oro dicenda a sacerdote post missam.

Omnipotens sempiterne deus: conseruator aiarum mundique redemptor: me famulum tuum ante maiestatem tuam prostratum benignissime respice et hoc sacrificium quod in honore nois tui pro salute fidelium tam viuorum quam mortuorum ac etiam pro pctis et offensionibus nris obtuli: pijssime respice/ iram tuam amoue a me/ gratiam et manum tuam mihi concede/ ianuam paradisi mihi pande: et ab oibus malis me potenter eripe: et quicquid reatu proprio commisi indulge: sic in hoc scdo preceptis tuis fac me perseuerare vt dignus efficiar electorum gregi copulari: te prestante deus meus cuius nomen benedictum honor atque regnum permanet in scla seculorum. Amen. ¶ Oro deuota de sacramento altaris.

Omnipotens et misericors deus ecce accedo ad sacramentum corporis et sanguinis vnigeniti filij tui dni nostri iesu christi/ accedo inquam infirmus ad medicum vite/ immundus ad fontem mie. Rogo ergo imnense maiestatis tue abundantiam: quatenus meam digneris sanare infirmitatem/ ditare paupertatem/ vt panem angelorum regem regum tanta reuerentia et tremore/ tanta contritione et amore suscipiam sicut expedit aie mee. Da mihi queso illius dnici corporis et sanguinis non solum suscipere sacramentum: sed etiam virtutem sacramenti. Dulcissime deus da mihi sic suscipere corpus vnigeniti tui dni nri iesu xpi: quod traxit de virgine maria: vt corpori suo mystico merear incorporari: ac inter eius membra connumerari. O pater amantissime concede mihi dilectum filium tuum quem modo velatum suscipe propono reuelata tandem facie contemplari. Qui tecum et cum spu scto viuit et reg. in. s. s. amen.

¶ Oro dicenda a sacer. post missam.

Omnipotens sempiterne deus iesu christe dne esto propitius peccatis meis: per assumptionem corpis et sanguinis tui: tu enim loquens dixisti qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem: in me manet et ego in eo: ideo te supplex deprecor vt in me cor mundum crees/ et spiritum rectum in visceribus meis innoues/ et spiritu pricipali me confirmare digneris: atque ab omnibus insidijs dyaboli ac vicijs emundes: vt gaudiorum celestium merear esse particeps. Qui viuis et reg.

¶ Incipit dictamen beati augu-
stini de regimine sacerdotum.


Iri venerabiles sacer
dotes dei/ pcones altis
simi/ lucerne fidei: cha
ritatis radio fulgētes
& spei: auribꝰ pcipite vba oris mei
Uos in sanctuario dei deseruitis.
Uos vocauit palmites xp̄s vera
vitis. Cauete ne steriles aut ianes
sitis. Si cū vero stipite viuere cupi
tis: vos estis catholice legis prote
ctores. Sal terre/ lux hoīm/ ouiū
pastores. Muri domꝰ israel: mor
correctores. Judices eccl'ie gētiū
doctores. Si cadat ptectio legis
lex labet. Si sal euanuerit: in quo
salietur? Nisi lux appeat: via nescie
tur: nisi pastor vigilet: ouile fran
getur Uos existis vineā dei ppaga
re. Quā doctrine riuulis debetis ri
gare. Spinas atq tribulos pcul
extirpare. Ut radices fidei possit
germinare. Uos estis in area bo
ues triturātes. Prudēter a palea
grana separātes Uos habēti spe
culo legē ignorātes Laici q fragi
les sunt & incōstātes. Quicqd vi
dēt laici vobis displicere Sibi p
cul dubio dicūt nō licere. Quicqd
vos in ope vidēt adimplere. Cre=
dunt esse licitū & culpa carere. Cū
pastores ouiū sitis cōstituti. Non
estote desides sicut canes muti.
Uobis nō deficiāt latratꝰ veriti.
Lupus rapax inuidet ouiū saluti
Grex fidelis duplici cibo sustinetur.
Corpe dn̄ico quo salꝰ augetur. Ser
monis cōpendio qđ discrete datur
Mūdano cibario ne pclitetur Qui
bus te nemini vr̄is pdicare. Sed
qđ qbꝰ qualiter/ vbi/ quādo qua=
re. Debetis sollicite precōsiderare
Neqs in officio dicat vos errare.
Spectat ad officiū vr̄e dignitatis
Qr̄e petētibus dona dare gratis.
Nec cuiq fidei munera vēdatis.
Incursuros gregibus lepra vos
fiatis. Gratis eucharistiā plebi mi
nistrate. Gratis cōfitemini/ gratis
baptizate. Ut gratis accepistis: sic
et gratis date. Solū id qđ fuerit
vestrū cōseruate Uestra cōseruatio
sit religiosa. Mūda cōscientia vir
tus virtuosa. Regalis habitꝰ ho
norosa. Nulla vos coinquinet la
bes criminosa. Nullus fastꝰ inti
ma pmet vr̄e mētis. Grauis sit in
tuitus habitꝰ sit testis. Nihil vos
illa queet curis inhonestis. Qui=
bus claues tradite sunt regni cele
stis. Estote breuiloqui ne vos ad
reatū Protrahat loquacitas nu-
trix vanitatū. Uerbū qđ pponitis
sit abbreuiatū. Nā in multiloqo
nō deest pctm̄. Estote beniuoli so
brij prudētes. Justi/ casti/ simpli
ces et cōpatiētes. Hospitales hu-
miles subditos docētes. Cōsulen
tes miseros/ prauos corrigentes.
Utinā sic gerere curā pastoralem
Possitis: cōducere vitā spiritalē Ut
cū exueritis clamidē carnalē. In
duat vos dn̄s stolā eternalē. Amē

Oro dicēda a sacerdo. post missā.


Ratias tibi ago dn̄e de
us oīps pater qui me di
gnatꝰ es satiare corpo
re & sanguie dilecti filij
tui dn̄i nostri iesu christi. Deprecor
immēsam clemētiā tuā omnipo=
tens & misericors dn̄e: vt hec san
cta cōmunio non sit mihi ad iudi=
ciū seu ad cōdēnationē: sed sit mi=

hi arra fidei/et scutū bone volun-tatis ad euacuandas insidias ini-mici de mente mea. Ad extirpan-dam superbie pestē/gule libidinē: et lingue procacitatē & ad illud in troire cōuiuiū vbi lux vera et vbi sunt perpetua gaudia iustorum. Item peto dñe vt hec sancta cō-munio sit mihi dux & viaticum ad portū salutis eterne. Ipsa sit mi hi consolatio: dū tribulor in cogi-tationibus/in bono proposito a-mor suauissimus: in tribulatione et angustia patientia/in infirmi tate medicina. Per hec sacramen ta mysteria q̄ sumpsi: presta mihi fidē rectā/spē firmā/charitatēq3 perfectā/mundi abrenunciatio-nem/desiderij purificationē men tis dulcedinē/ad tui ardentē dile-ctionē dilecti filij tui passionis me moriā ac viscerosam cōpassionē: vitā meā plenā virtutibus in tua laude & sincera fide seruare. Et in hora exitus mei gratiā tanti my-sterij cū vera fide/certa spe & in sin cera charitate percipere: vt te vi-deam sine fine. Amen.

Presbyter in mēsa christi quid a-gis bene pensa.

Aut tibi vita dat: aut mors eter-na paratur.

Dum candela luit: sed destruit of-ficiando.

Presbyter ita ruit: si sit reus cele-brando.

Mors tua mors christi: fraus mū di gloria celi.

Et dolor inferni/sunt memoran-da tibi.

¶ Missa recollectionis festorum beate marie virginis. Officium.



Gaudeamus oēs in do mino diē festum cele brantes: sub honore marie virginis/de cuius solennitatibus gaudēt angeli/& collaudant filiū dei. ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. Gl'ia. Orō.

Deus q̄ nos cōceptiōis/na-tiuitatis/annunciatiōis: visitationis/purificationis et as sumptionis btē et gloriose virgi-nis marie gaudia recolendo letifi cas: cōcede nobis sic laudibus ei9 et seruitio digne insistere: vt eam in omni necessitate & angustia et precipue in hora mortis presentē & auxiliatricē sentiam9/et tecum post mortē per ipsam/& cum ipsa gaudere mereamur in celis. Per dñm. Lectio libri sapientie. ij.

Surge propera amica mea speciosa mea/& veni colū-ba mea i foraminib9 petre: i cauer nis macerie. Ostende mihi faciē tuā sonet vox tua in aurib9 meis. Vox eīn tua dulcis est & facies tua decora. Quam pulchra es amica mea/q̄ pulchra es: oculi tui colū-bar absq3 eo q̄ intrisec9 latet. Ca pilli tui sicut greges caprarū: que ascēderūt de mōte galaad Dētes tui sicut greges tōsar: q̄ ascēderūt de lauachro Tota pulchra es ami ca mea: & macula nō est in te Ve-ni de libano spōsa mea: veni de li-bano: veni coronaberis. Vulne-rasti cor meū soror mea: spōsa vul nerasti cor meū. In vno oculorū tuorū/& i vno crine colli tui: mel & lac sub lingua tua/& odor vestimē torū tuorū: sicut odor thuris. Gr.

Luce splēdida fulgebis: et oēs fines terre adorabūt te. ℣. Natiōes ex lōginquo ad te veniēt: et munera deferētes adorabūt in te dñm: et terrā tuā sctificationem habebūt. Alla. ℣. Bti oēs q̄ diligūt te o virgo: et q̄ gaudēt sup pace tua bñdictus dñsq̄ exaltauit te: et posuit super te regnū eius in secula seculorū. Sequētia

Mittit ad sterilē nō quēuis nūciū: sed summi angelū luce refulgentē amator hoīs. Miratur et credit / et leta cōcepit dei genitricē: quā gaudēs peperit cūctis amabilē. Uirgo singularis manet in abdito: mēte seruit deo cāticis et hymnis / mundo profutura. Castū propositū voto cōfirmauit angelos meretur habere cōsortes nr̄a reparatrix. A summo cardine mittit archangelū: audit et suscepit puella nunciū credit et cōcipit. Festinat grauida virgo puerpera: visitat sterilē matrē precursoris rex ineffabilis. Mūdi redēptorē peperit intacta gaudiū angelis p̄ciū hoīm / victisq̄ triūphū Humilis infantē deo representat: illi mun⁹ offert qd̄ lex p̄ceperat / hoc senex excipit. Mundi dñatrix choros angelorū trāscēdit assumpta regina celorū: dei mater alma Illic cōcathedrat virginū fili⁹ imponit coronā sup caput ei⁹ ad gloriā dei. Ista mirifica plebs tua celebrat: tibi mēte psallit et voce iubilat / mater orphanorū. Pro nobis obtine genitrix veniā: et reatū dilue et dona patriā / in arce siderū. Amē. Euāgeliū. Scd̄z lucā. i

In illo tpe. Exurgēs maria abijt in mōtana cū festinatione in ciuitatē iuda: et intrauit domū zacharie: et salutauit helyzabeth. Et factū est vt audiuit salutationē marie helizabet: exultauit i gaudio infās in vtero ei⁹. Et repleta est spū sctō helizabeth: et exclamauit voce magna et dixit. Bñdicta tu inter mulieres: et bñdictus fructus ventris tui Et vnde hoc mihi vt veniat mater dñi mei ad me: Ecce eñ vt facta est vox salutatiōis tue in aurib⁹ meis: exultauit infās i vtero meo. Et btā q̄ credidisti: qm̄ p̄ficiētur ea q̄ dicta sunt tibi a dño. Et ait maria. Magnificat aīa mea dñm. Et exultauit spūs me⁹: in deo salutari meo Offr. Beatā te dicēt oēs generationes: quia fecit tibi dñs magna qui potens est / et sanctū nomē eius. Secreta

Domine iesu christe: sanctarū cogitationū suspirator qui seruos tuos gloriosam matrē tuā honorare docuisti: cōcede propitius ipsius solēnia cū sacrificio laudis debita cū deuotiōe celebrare in terris: vt eius intercessiōe regnando iubilare mereamur in celis. Qui viuis et regnas. Prefatio de btā virgine maria. Cōio.

Benedicite deum celi cum timore: et exultate ei cū tremore. quia fecit nobiscū misericordiam: cum in celis matrem pro nobis esse voluit aduocatā. Postcōmu.

Concede quesum⁹ omnipotens deus sacramenta que sumpsimus in honore beate marie virginis matris immaculato corde seruare: vt nūc festa eius colētes / post excessum huius vite ad ipsius mereamur transire consortium. Per eundē dñm nostrū &c.

¶ Sequitur paschale.



¶ In die sctō pasche. Officium.

RESurrexi & adhuc tecū sum alla: posuisti super me manū tuā alla: mirabilis facta est scientia tua alleluya alla. ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam: et resurrectionem meam. Gloria patri. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus qui hodierna die per vnigenitū tuū eternitatis nobis aditū deuicta morte reserasti: vota nr̄a q̄ preueniēdo aspiras/ etiā adiuuādo prosequere. Per e. Lctō epistole bti pauli apl'i j. corinthio. v.

FRatres: Expurgate vet9 fermētū: vt sitis noua consperslo sicut estis azimi. Etenim pascha nostrū: immolat9 est xp̄s. Itaq3 epulemur. Nō in fermēto veteri: neq3 in fermēto malicie et neq̄tie. Sed i azimis sinceritatis: et veritatis. Gr. Hec dies quā fecit dn̄s: exultem9 & letemur in ea. v. Cōfitemini dn̄o qm̄ bonus: qm̄ in secl'm mia ei9. Alla. v. Pascha nr̄m imolatus est xp̄s. Istō alla. dr̄ i loco grad. i oct. pas. & oibus dn̄icis ab hinc vsq3 ad ascē. do. ad missā de resur. Seqn̄.

FUlgens preclara rutilat per orbē/ hodie dies in qua xp̄i lucida narrāturouāter prelia. De hoste superbo quē iesus triūphauit/ pulchre castra illius perimēs teterrima. Infelix culpa eue qua caruimus omnes vita. Felix proles marie: qua epulamur mō vna Benedicta sit celsa regina illa Generans regē spoliantem tartara. Pollentē iam in ethera. Rex internū suscipe benignus preconia/ nostra sedule tibi canētia. Patris sedens ad dexteram. Uictor vbiq3 morte superata: atq3 triumphata polorū possidens gaudia. O magna/ o celsa: o pulchra clemētia christi lucisflua/ o alma. Laus tibi honorq3 ac virtus q̄ nostrā antiquā leuiasti sarcinā. Roseo cruore agni benignissimi empta florida mi cathec aula. Potenti virtute nostra qui lauit facinora: tribuēs dona fulgida. Stupens valde in memet iam miror hodierna. Tanta indignis pandere nobis sacramēta. Stirpe dauitica/ ortus de tribu iuda: leo potēs surrexisti in gloria: agnus visus es in terra. Fundēs olim arua regna petis supera iustis reddēs p̄mia: in secula dignāter ouātia. Dic impie zabule/ q̄d valet nunc fraus tua? Igneis nexus loris a xp̄i victoria. Trib9 lingue admiramini q̄s audiuit talia miracula? Ut mors mortē superaret rei perciperent talē gratiā.

Judea incredula cur manes adhuc inuerecūda: Perspice xpicolas qualiter leti canūt inclita Redemptori carmina. Ergo pie rex xpe nobis dās pmia. Solue nexorum vincula. Electorū agmina. Fac tecū resurgere ad beatā gloriā. Digna repēdēs merita. Paracliti scti cōsolationē piā. Expectam⁹ secūdū pmissionē tuā Per acta ascensionis sacra solennia. Qua es regressus ad celos nube tectus clara. Pollens laude eterna. Euāgeliū. Secūdū mar. xvj.



In illo tēpore Maria magdalene: et maria iacobi et salome emerūt aromata: vt venientes vngerēt iesū. Et valde mane vna sabbatorū veniūt ad monumētū: orto iam sole. Et dicebāt adinuicē. Quis reuoluet nobis lapidem ab hostio monumenti: Et respicientes: viderūt reuolutū lapidē Erat qppe magn⁹ valde. Et itroeūtes in monumētū: viderūt iuuenē sedētē i dextris/cooptū stola cādida ꝛ obstupuerūt. Qui dixit illis No lite expauescere Jesū qritis nazarenū crucifixū: surrexit/nō est hic Ecce locus vbi posuerūt eū. Sed ite dicite discipulis ei⁹ ꝛ petro: qa precedet vos in galileā. Ibi eū videbitis: sicut dixit vobis. Credo. Offer. Terra tremuit et quieuit dū resurgeret in iudicio deus alla. Secreta

Suscipe qs dn̄e pces populi tui cū oblatiōib⁹ hostiarū: vt paschalibus initiate mysterijs ad eternitatis nobis medelam: te operāte pficiant. Per dn̄m no. Prefa Et te quidē. infra canonē. Cōmunicātes. et Hancigit. Cō.

Pascha nostrum immolatus est christ⁹ alla: itaqꝫ epulemur in azimis sinceritatis et veritatis alla alla alla. Postcōio

Spiritū nobis dn̄e tue charitatis infūde: vt quos sacramentis paschalibus satiasti: tua facias pietate concordes. Per dominum. eiusdē. ¶ Feria. ij. post pascha. Ad missam. Officium.

Introduxit vos dn̄s in terrā fluētē lac et mel alla: ꝛ vt lex dn̄i semp sit in ore vr̄o alla alla ps. Cōfitemini dn̄o qm̄ bonus: qm̄ in seculum misericordia ei⁹. Kyrieleyson. Gloria in excelsis. Oratio.

Deus q̄ solēnitate paschali mūdo remedia ꝯtulisti: populū tuū q̄s dn̄e celesti dono pseq̄re: vt et pfectā libertatē cōseq̄ mereatur: ꝛ ad vitā pficiat sempiternā. Per do. Lectō actuū aposto.

In diebus illis. Stās petrus in medie plebis/dixit. Uiri fr̄es/ vos scitis qd̄ factū est verbū p vniuersam iudeā. Incipiēs eni a galilea post baptismū qd̄ pdicauit iohannes iesum a nazareth: quomodo vnxit eū deus spū sctō ꝛ virtute/qui pertrāsiuit benefaciēdo ꝛ sanādo oēs oppressos a dyabolo/ qm̄ deus erat cū illo. Et nos testes sumus omnium que fecit in regione iudeorū et hierusalē: quē occiderunt suspendentes in ligno. Hunc deus suscitauit tertia die/et dedit eum manifestum fieri non

omni populo: sed testibus preordinatis a deo nobis qui mãducauimus et bibimus cũ illo postq̃ resurrexit a mortuis. Et p̃cepit nobis p̃dicare populo et testificari: q̃a ipse est qui cõstitutus est a deo iudex viuorũ et mortuorum Huic oẽs prophete testimoniũ p̃hibent remissionẽ peccatorum accipere per nomẽ eius: oẽs q̃ credũt in eũ

Gr. Hec dies quã fecit dñs: exultemus et letemur in ea. V. Dicat nunc israel q̃m bonus quoniã in seculũ misericordia eius.

Alla. V. Nonne cor nostrũ ardens erat in nobis de iesu: dũ loqueretur nobis in via. Sequẽtia. Zima vetus expurgetur. Quere post cõmune sãctorũ. Euãgeliũ. Scd̃z Lucã. xxiiij

In illo tpe. Exeũtes duo ex discipulis iesu: ibãt ipsa die in castellum quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab hierusalem nomine emaus. Et ipsi loquebantur adinuicẽ: de his oĩbusque acciderãt. Et factũ est dũ fabularentur et secũ quererent: et ipse iesus appropinquãs ibat cum illis. Oculi autẽ eorũ tenebãtur: ne eũ agnoscerent Et ait ad illos. Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicẽ ambulantes: et estis tristes? Et respondens vnus cui nomen cleophas: dixit ei. Tu solus peregrinus es in hierusalẽ: et nõ cognouisti q̃ facta sunt in illa his diebus. Quibus ille dixit. Que? Et dixerunt. De iesu nazareno / qui fuit vir proheta: potẽs in opere et sermone corã deo et omni populo. Et quomodo tradiderũt eũ summi sacerdotes et principes nostri in damnationẽ mortis: et crucifixerunt eũ. Nos autẽ sperabamus: q̃a ipse esset redẽpturus isrł Et nũc sup hec oĩa / tertia dies est hodie q̃ hec facta sũt: sed et mulieres quedã ex nr̃is terruerunt nos que ante lucẽ fuerũt in monumẽtũ. Et nõ inuẽto corpore eius: venerunt dicentes se etiã visionem angelorũ vidisse / qui dicunt eũ viuere. Et abierũt quidã ex nostris ad monumẽtũ: et ita inuenerũt sicut mulieres dixerũt / ipsum vero nõ inuenerũt. Et ipse dixit ad eos. O stulti et tardi corde ad credendũ: in oĩbus que locuti sũt prophete. Nonne sic oportuit pati christũ: et ita intrare in gloriã suã Et incipiẽs a moyse et oĩbus prophetis: interp̃tabat illis in oĩbus scripturis / q̃ de ipso erãt. Et appropiquauerũt castello quo ibãt: et ipse finxit se lõgius ire. Et coegerũt illũ dicẽtes Mane nobiscũ: quoniã aduesperascit: et inclinata est iam dies. Et intrauit cũ eis Et factũ est dũ recũberet cũ illis: accepit panem et benedixit ac fregit / et porrigebat illis. Et statim aperti sunt oculi eorũ: et cognouerunt eum / et ipse euanuit ex oculis eorũ. Et dixerunt adinuicem. Nonne cor nostrũ ardens erat in nobis de iesu / dum loqueretur nobis in via: et aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora regressi sunt in hierusalẽ: et inuenerunt congregatos vndecim et eos qui cũ ipsis erãt dicẽtes q̃ surrexit dominus vere / et apparuit symoni. Et ipsi narrabant que gesta erant in via: et quomodo cognouerunt eũ in fractione panis.

Credo. Offr. Angelus dñi descendit de celo / et dixit mulieribus: quē qritis: surrexit sicut dixit alleluya. Secreta.

Paschales hostias immolantes qs dñe: vt qd frequentamus actu cōphendamus effectu: p resurgētē a mortuis: dñm nrm iesū xpm filiū tuū. Qui te. xc. Cō

Surrexit dñs et apparuit petro al. Postc

Impleat in nobis qs dñe sacramēti paschalis sctā libatio: nosqz de terrenis affectibus ad celeste trāsferat istitutū. Per do.

Feria.iij.post pascha. Officiū

Aqua sapiētie potabit eos alla: firmabit in illis et nō flectet alla: et exaltabit eos ieternū alla alla. ps. Cōfitemini dño qm bonus quoniā in seculū mia eius. Oratio

Deus qui ecclesiā tuā nouo semp fetu multiplicas: cōcede famulis tuis: vt sacramētū viuendo teneāt / quod fide pceperūt. Per d. Lcō actuū apłorū. xiij

In diebus illis. Surgēs paulus: et manu silētiū indicēs ait. Uiri fratres filij generis abrahā et q in vobis timēt deū: vobis verbū salutis huius missū est. Qui eñ habitāt hierłm et principes ei9: ignorātes iesū et voces prophetarū q per omne sabbatū legūtur / iudicātes impleuerūt Et nullā causā mortis inueniētes in eo: petierūt a pylato vt interficerēt eū. Cūqz cōsummassēt oīa q de eo scripta erāt: deponentes eū de ligno / posuerūt eū in monumētū. Deus vero suscitauit eū a mortuis tertia die: q visus est per dies multos his q simul ascēderāt cū eo de galilea in hierusalē: q vsqz nūc sūt testes ei9 ad plebē. Et nos vobis annūciam9 eā q ad pres nostros remissio facta est qm hāc deus adimpleuit filijs vris / resuscitās iesum christū dñz nostrū. Gr. Hec dies quā fecit dñs exultem9 et letemur in ea. V. Dicāt nūc q redēpti sunt a dño: quos redemit de manu inimici / de regionibus cōgregauit eos. Alla. V. Surgēs iesus dñs nr: stetit in medio discipulorum suorū et dixit: pax vobis. Sequen.

Pro Rome casta cōcio cātica: organa subnectēs ypodorica Regi claustra deo tartarea rūpēti decāta nūc symphonia. Morte q victa resurgēs gaudia mūdo gestat colēda. Hac insolita mortātes perdita cochiti cōfinia. Aspectāt lumina intrāte illo vita btā. Terrore pcussa tremescit demonum plebs valida. Dāt suspiria. Fletuū alta. Repagula qs sic audax fregerit mirātur tunc fortia. Sic ad supera. Redit cū turma. Gloriosa et timida refouet discipulorū corda. Precelsa huius trophea admirātes flagitemus nūc voce decliua. Uirginū inter agmina mereamur preciosa colere vt pascha galilea inqz sacrata pfulgida cōtuere lucis exordia. Sequētia scti euāgelij: scdm lucam. xxiiij.



In il. tpe. Stetit iesus in medio discipulorum suorum: et dixit eis. Pax vobis ego sum / nolite timere. Conturbati vero et

cõterriti:existimabant se spiritũ videre. Et dixit eis. Quid turbati estis: & cogitatiões ascendũt in corda vestra: videte manus meas & pedes meos: q2a ego ipse sum palpate et videte: q2a spũs carnẽ et ossa nõ habet/sicut me videtis habere. Et cũ hoc dixisset: ostẽdit eis manus et latus. Adhuc aũt illis nõ credẽtibus & mirãtibus: pre gaudio: dixit. Habetis hic aliquid qd mãducetur: At illi obtulerunt ei partẽ piscis assi: & fauũ mellis. Et cũ mãducasset corã eis: sumẽs reliq̃as/dedit eis. Et dixit ad eos Hec sũt verba q̃ locutus sũ ad vos cũ adhuc essem vobiscũ: qm̃ necesse est adimplere oĩa que scripta sunt in lege moysi & prophetis/et psalmis de me. Tũc aperuit illis sensũ: vt intelligerẽt scripturas. Et dixit eis. Qm̃ sic scriptũ est: et sic oportebat pati xp̃m & resurgere a mortuis die tertia. Et p̃dicari in noĩe eius penitentiã in remissionẽ peccatorũ i oẽs gẽtes. Credo. Offer. Intonuit de celo dñs: & altissimus dedit vocẽ suã: et apparuerunt fontes aquarum alleluya. Secreta.

SUscipe dñe p̃ces ecc̃lie tue redẽptiõis sue gr̃a exultantis: vt p̃sentiũ munerũ fide: et tue resurrectionis credulitate pascatur. Qui viuis. Cõ. Si consurrexistis cũ xp̃o/q̃ sursũ sũt querite all'a: vbi christus est in dextera dei sedens: que sursum sunt sapite alleluya. Postcõio.

SAnctificẽt nos dñe q̃s sumpta mysteria et paschalis obseruãtie sufficiẽtẽ nobis tribuant facultatẽ. Per. ¶ Feria.iiij. post pascha. Ad missã. Officium



VEnite bñdicti patris mei ꝑcipite regnũ alleluya: qd vobis paratũ est ab origine mũdi all'a all'a all'a. Ps. Cãtate dño cãticũ nouum quia mirabilia fecit. Oratio.

DEus qui nos resurrectiõis dñice/ãnua solẽnitate letificas: cõcede propitius: vt per tẽporalia festa que agim⁹: puenire ad gaudia eterna mereamur. P. Lectio actuum apostolorum. iij.

IN diebus illis. Aperiẽs petrus os suũ: dixit Uiri israelite et q̃ timetis deũ: audite. De⁹ abrahã/& de⁹ ysac/& deus iacob: de⁹ patrũ nostro/glificauit filium suũ iesũ quẽ vos q̃dẽ tradidistis/& negastis ãte faciẽ pilati: iudicãte illo dimitti. Uos aũt sctm̃ & iustũ negastis: & petistis virũ homicidã donari vobis/auctorẽ vero vite interfecistis Quẽ de⁹ suscitauit a mortuis: cuius nos testes sum⁹ Et nũc fratres scio q2 p ignorãtiã fecistis: sicut & p̃cipes v̄ri. Deus aũt q̃ p̃nũciauit per os oĩm pphetarũ pati xp̃m suũ: sic impleuit. Penitemini igit & cõuertimini: vt deleant̃ pctã v̄r̃a. Gr. Hec dies quã fecit dñs: exultem⁹ & letemur in ea. V. Dextera dñi fecit virtutẽ: dextera dñi exaltauit me. All'a. V. Surrexit dñs et occurrẽs mulierib⁹ ait: auete/tũc accesserũt & tenuerũt pedes ei⁹. Seq̃r

CAncinat orbis cũct⁹ all'a. Uoce voce solẽnia Celebrãdo paschalia. Insontum tenera/cõgaudeat turma: sacro fonte niuea. Spernẽs flegetõtis vndas. Nos quoq3 laxas/aptem⁹ fibras arte musica. Uoce sonora modi=


ficātes psis neumata Uoce satis tinnula. Xps nāq mit' hostia. Factus nr̄a ob remedia. Crucis ptulit pbꝛa. Et iugis vita manēs subijt letalia. Fellis amara passus ꝓlibare pocula. Uulnera satis tolerauit dira trāsfixus clauis et lācea. Sic patiēdo mala gerēs nr̄a descendit ad ima tartara. Hostis antiq̄ quo destrigēs arma reuehit potēs ā pla ouādo trophea Sicq deuicta moꝛte: ac resūpta carne resurgit victoꝛ die tertia Unde iā iocūdas: ipsi canam' odas. Per quē nobis vita plausit etna: et celi clara nobis patescit aula. Cui sit laus ꝑclara. Euā. S. iohānē. xxj.



In il. tpe. Manifestauit se iterū iesus discipulis suis ad mare tiberiadis: manifestauit aūt sic. Erāt autem simul symon petr' et thomas q̄ dicit' didim': et nathanael q̄ erat a chana galilee/et filij zebedei/et alij ex discipulis ei' duo. Dixit eis symō petrus Uado piscari. Dicūt ei. Uenimus et nos tecū. Et exierūt/et ascēderūt i nauim: et illa nocte nihil p̄ꝛēdiderūt Mane aūt facto/stetit ies' i littore: nō tamē cognouerūt discipuli q̄a iesus est. Dixit ergo eis iesus. pueri nūqd pulmētariū habetis? Rñderūt ei. Nō. Dixit eis. Mittite i dexterā nauigij rete: et inuenietis. Miserūt ergo rete: et iā nō valebāt illud trahere/p̄ꝛe multitudine pisciū. Dixit ergo discipulus ille quē diligebat iesus: petro. Dn̄s est. Symō petrus cū audisset q̄a dn̄s est: tunica succinxit se. Erat eñi nud': et misit se in mare. Alij aūt discipuli: nauigio venerūt. Nō eñi lōge erāt a terra: sed quasi cubitis ducētis/trahētes rete pisciū. Ut ergo descēderūt i terrā: viderūt pꝛunas positas et piscē suppositū: et panē. Dixit eis iesus Afferte de piscib' quos p̄ꝛēdidistis nūc. Ascēdit symō petrus: et traxit rete in terrā/plenū magnis piscibus cētū quinquaginta trib' Et cū tāti essent: nō est scissum rete. Dixit eis iesus. Uenite/p̄ꝛādete. Et nemo audebat discūbentiū interrogare eū tu q̄s es/scientes q̄a dn̄s est. Et venit iesus et accepit panē et dedit eis et piscē similiter. Hoc iā tertio manifestat' est ies' discipl'is suis: cū resurrexisset a moꝛtuis. Credo. Offr. Portas celi aperuit dn̄s: et pluit illis māna vt ederent panē celi dedit illis: panē angeloꝝ manducauit homo. allelupa. Secreta

Sacrificia dn̄e paschalibus gaudijs imolata/nob' tue ppitiatiōis mun' obtineāt: q̄b' ecclesia tua mirabiliter pascit' et nutrit'. p d. Cō. Chꝛistus resurgens ex moꝛtuis: iā nō moꝛitur allelupa: moꝛs illi vltra nō dn̄abitur all'a all'a. Postcō.

Ab omni nos q̄s dn̄e vetustate purgatos sacramēti tui veneranda perceptio: in nouā trāsferat creaturā. p d. Feria. v. post pascha. Ad mis. offici.



Ictricē manū tuā dn̄e laudauerūt pariter alleluya: q2 sapiētia aperuit os mutum: et lin-

guas infantiū fecit disertas alła alła. ps. Cōfitemini dño quoniā bon⁹ quoniā in seculū misericordia eius. Orō.

Deus q̄ diuersitatē gētium in cōfessiōe tui nōis aduna sti: da vt renatis fonte baptisma tis: vna sit fides mētiū / et pietas actionū. p d. Lcō actuū apo. viij

In diebus illis. Angel⁹ dñi locut⁹ est ad philippū dicēs Surge / & vade cōtra meridianū ad viā q̄ descēdit ab hierusalē i ga zā / hec est deserta Et surgēs abijt Et ecce vir ethyops enuchus po tēs cādacis regine ethyopū / qui erat sup oēs gazas eius: venerat adorare in hierusalē / & reuerteba tur sedēs sup currū suū: legēsq; e saiā pphetā. Dixit aūt spūs phi lippo. Accede / & adiūge te ad cur rū istū. Accurrēs aūt philippus: audiuit eū legētē esaiā prophetā: et dixit Putas ne intelligis que le gis? Qui ait. Et quomodo possū intelligere: si nō aliquis ostēderit mihi? Rogauitq; philippū vt a scēderet: & sederet secū. Locus au tē scripture quā legebat: erat hic Tanq̄ ouis ad occisionē duct⁹ est & sicut agnus corā tōdente se sine voce / sic nō apperuit os suū. In humilitate iudiciū ei⁹ sublatū est Generationē ei⁹ quis enarrabit quoniā tolletur de terra vita eius. Respōdēs aūt enuchus: dixit phi lippo. Obsecro te / de quo ppheta dicit hoc / de se: an de alio aliquo. Aperiēs aūt philippus os suū: et incipiēs a scriptura ista / euāgeli zauit illi iesū. Et dū irēt per viā: venerūt ad quandā aquā. Et ait enuchus. Ecce aqua. Quis prohi bet me baptizari? Dixit aūt phi lipp⁹ Si credis ex toto corde: licet Et respōdens: ait. Credo filiū dei esse iesum christū. Et iussit stare currū. Et descenderunt vterq; in aquā philippus & enuchus: et ba ptizauit eū Cū aūt ascēdissent de aqua spūs dñi rapuit philippū: et amplius nō vidit eū enuch⁹ Ibat autē per viā suā gaudēs: philipp⁹ autē inuētus est in azoto. Et per transiēs euangelizabat ciuitati bus cūctis: donec veniret cesareā nomen dñi nostri iesu christi. Gr.

Hec dies quā fecit dñs: exultem⁹ & le temur in ea. V. Lapidē quē reprobaue rūt edificātes: hic fact⁹ est in caput angu li: a dño factū est istud: et est mirabile in oculis nostris. Nō repetatur gr. hac die post suū V. nec in sequenti die. Alła. V. In die resurrectiōis mee dicit dñs: pcedā vos in galileā. Sequētia.

Dic nobis quibus e terris noua. Cūcto mūdo / nūci ans gaudia. Nostrā rursus visi tas patriā Respōdēs placito vul tu: clara voce dixit alła. Angelus mihi de christo / indicauit pia mi racula Resurrexisse dñm: syderū cecinit voce laudanda Mox ergo pennas volucris vacuas dirigēs leta per auras. Redijt famulis / vt dixit vacuatā legē veterē: & no uā regnare grām. Itaq; plaudi te famuli voce clara: xps hodie re demit nos a morte dira. Pater fi liū tradidit seruis vt interimerēt pro salute nostra. Spōte subijt fi li⁹ mortē: vt nos redimeret morte ab eterna Nūc requiē capere licet oib⁹: et vita frui ppetua. Nūc co lite pariter mecū famuli celebri

laude sanctũ pascha. Christus est pax nostra. Secũdũ Johãnẽ. xx



In il. tpe. Maria stabat ad monumẽtũ foris: plorãs. Dũ ergo fleret iclinauit se & pspexit i monumẽtũ. Et vidit duos angelos i albꝫ sedẽtes: vnũ ad caput & vnũ ad pedes vbi positũ fuerat corp⁹ iesu. Dicũt ei illi. Mulier qd ploras. Dixit eis. Qꝛ tulerũt dñz meũ/ et nescio vbi posuerũt eũ. Hec cũ dixisset cõuersa est retrorsũ: & vidit iesũ stãtẽ/ & nesciebat qꝛ iesus est. Et dixit ei iesus. Mulier qd ploras? Quẽ qris? Illa existimãs qꝛ ortulan⁹ esset: dixit ei. Dñe/ si tu sustulisti eũ: dicito mihi vbi posuisti eũ/ & ego eũ tollã. Dixit ei ies⁹ Maria. Cõuersa illa: dixit ei Rabboni: qd dicit magister. Dixit ei ies⁹. Noli me tãgere: nõdũ eñ ascẽdi ad patrẽ meũ. Uade autẽ ad fratres meos: & dic eis. Ascẽdo ad patrẽ meũ et patrẽ vestrũ: deum meũ & deũ vestrũ. Uenit ergo maria magdalene: annũciãs discipulis/ qꝛ vidi dñm: & hec dixit mihi. Credo. Offr. In die solennitatis vestre dicit dñs: inducam vos in terrã fluentem lac et mel alleluya. Secreta.

Suscipe qs dñe mũera ppłorũ tuoꝝ propiti⁹: vt cõfessiõe tui nois/ & baptismate renouati sempiternã btitudinẽ ꝯsquãtur. p. Cõ. Popul⁹ acqsitiõis ãnũciate ꝟtutes ei⁹ alła: q vos de tenebris vocauit i admirabile lumẽ suũ alła. Postc.

Exaudi domine preces nostras vt redẽptiõis nostre sacrosancta cõmertia et vite nobis cõferãt presentis auxilium et gaudia sempiterna cõsiliẽt. Per.

¶ Feria. vj. post pasch. Officiũ.

Eduxit eos dñs in spe alleluya: & inimicos eoꝝ operuit mare alleluya alła alła. Ps. Attẽdite popule meus legẽ meam: inclinate aurem vestram/ in verba oris mei. Oratio.

Omps sempiterne de⁹: q paschale sacramẽtũ i recõsiliatiõis humane federe cõtulisti: da mẽtibus nostris: vt qd professione celebramus imitemur effectu. p. Lcõ epłe bti petri apłi. j. pe. iij

Charissimi. Christus semel pro pctis nrĩs mortuus est iust⁹ p iniustis/ vt nos offerret deo mortificatos qdẽ carne/ viuificatos aũt spũ. In quo & his q i carcere ꝯclusi erãt spũ veniẽs pdicauit: q increduli fuerant aliqñ/ qñ expectabãt dei patiẽtiã/ in dieb⁹ noe cũ fabricaret archa i qua pauci: id est octo aie salue facte sũt per aquã. Nos & vos nũc similis forme saluos facit baptisma nõ carnis depositio sordiũ: sed cõsciẽtie bone iterrogatio i deũ. Per resurrectionẽ dñi nrĩ iesu xpi: q est i dextera dei. Gr. Hec dies quã fecit dñs exultem⁹ & letemur i ea. ℣. Bñdict⁹ q venit i noie dñi: de⁹ dñs & illuxit nobis. Nõ repetat gr. Alła. ℣. Dicite i gẽtib⁹ quia dñs regnauit a ligno. Sequẽtia.

Uictime paschali laudes: immolãt xpiani. Agn⁹ redemit oues/ xps innocẽs patri: recõsiliauit pctõres. Mors et vita

duello cõflixere mirãdo / dux vite mortuus regnat viuꝰ. Dic nobis maria: quid vidisti in via? Sepulchrũ xpi viuẽtis: et gliam vidi resurgẽtis. Angelicos testes: sudariũ et vestes Surrexit christꝰ spes nr̃a: pcedet vos in galileã. Credẽdum est magis soli marie veraci q̃ iudeorũ turbe fallaci. Scimus xp̃m surrexisse a mortuis vere: tu nobis victor rex miserere. Sequẽtia sctĩ euãgelij. S. math. xxviij.



In illo. t. Undecim discipuli abierũt in galileam: in montẽ vbi cõstituerat illis iesꝰ Et videntes eũ adorauerũt: qdã aũt dubitauerũt Et accedẽs iesus: locutꝰ est eis / dicẽs. Data est mihi oĩs potestas in celo et in terra. Euntes ergo docete oẽs gentes baptizãtes eos in noĩe pr̃is / et filij / et sp̃us sancti: docẽtes eos seruare oĩa quecũq; mãdaui vobis Et ecce ego vobiscum sum oĩbus diebus: vsq; ad cõsummationem seculi. Credo. Offr̃.

Erit vobis hic dies memorialis all'a: et diem festũ celebrabitis solennẽ dño in progenies vestras legittimũ sempiternũ diẽ alleluya alleluya alleluya. Secreta.

Hostias q̃s dñe placatus assume: quas et pro renatorũ expiatiõe peccati deferimꝰ: et pro acceleratiõe celestis auxilij. Per dñm nostrũ iesum christũ. Cõio.

Data est mihi oĩs potestas in celo et in terra alleluya: euntes docete oẽs gentes baptizãtes eos in noĩe patris et filij et spiritus sancti alleluya alleluya. Postcõio.

Deus q̃ adoptionis tue sobolẽ in peccatorũ remissionẽ genuisti: da vt cũcti fideles tui veraciter apphẽdãt: q̃ p̃sentibus susceperũt sacramentis. Per dñm.

¶ Sabbato post pascha. Officiũ.



Eduxit dñs populum suũ in exultatiõe alleluya et electos suos ĩ letitia all'a all'a. Ps. Cõfitemini dño et inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. Kyrie eleyson. Oratio.

Concede q̃s oĩps deꝰ: vt q̃ festa paschalia venerando egimus: p hec cõtingere ad gaudia eterna mereamur. p do. Lectõ epistole beati petri apostoli. j. pe. ij.

Charissimi. Deponẽtes igitur oẽm malitiã / et oẽm dolum et simulatiões / et inuidias / et oẽs detractiões / sicut modo geniti infantes rationabiles / sine dolo lac cõcupiscite vt ĩ eo crescatis in salutẽ. Si tñ gustatis / qm̃ dulcis est dñs. Ad quẽ accedẽtes lapidem viuũ / ab hoĩbus qdẽ reprobatũ: a deo aũt electũ / et honorificatum. Et ipsi tanq̃ lapides viui supedificamini domos sp̃uales in sacerdotiũ sctm̃: offerentes spiritales hostias acceptabiles deo p iesũ xp̃m Propter qđ cõtinet scriptura Ecce ponã in syõ lapidẽ summũ / angularẽ / probatũ / electũ / preciosum: et omnis qui crediderit in eũ non cõfundetur. Uobis igitur honor credẽtibus: non credentibus autẽ lapis quem reprobauerunt edificantes / hic factus est in caput anguli: et lapis offensionis et petra

scādali/his q̄ offendūt verbo nec credunt in quo et positi sunt. Uos aūt genus electū: regale sacerdotiū/gens sctā/ppl's acq̄sitiōis/vt virtutes annūcietis ei⁹ q̄ de tenebris vos vocauit in admirabile lumē suū. Qui aliquādo nō popul⁹ dei: nūc aūt populus dei. Et q̄ non cōsecuti miam: nūc aūt miam cōsecuti. Duo pueri i suppellicijs: in pulpito dicāt Alla. v. Hec dies quā fecit dn̄s exultemus ⁊ letemur in ea. Nō repetat̄ Alla. Nūq̄ eīn repetatur primū Alla. post suū v̄sū q̄n duo Alleluya. habent: sed scdm Alla. semp repetat̄ post suū v. Similiter fiat/q̄n vnū solū Alla. habet. Deīn de alij duo pueri ad gradū chori in suppellicijs cantent hoc Alla. v. Laudate pueri dn̄m: laudate nomē dn̄i. Et finiatur a choro: statim sequatur alius v. ab eisdem pueris. v⁹. Sit nomē dn̄i benedictū: ex hoc nūc ⁊ vsq̄ in seculum. Similiter finiatur a choro. Deinde repetatur Alleluya. sine neuma. Sequentia.

Mane prima sabbati surgēs dei fili⁹: nr̄a spes et gloria. Victo rege sceleris/redijt ab inferis: cū summa victoria. Cuius resurrectio/oi plena gaudio ⁊solat̄ oia. Resurgētis itaq̄ maria magdalene/facta est prenūcia. Ferēs xp̄i fratrib⁹: eius morte tristibus expectata gaudia. O btī oculi quibus regē seculi/morte iam deposita/prima est ituita. Hec est illa femina/cuius cūcta crimina ad xp̄i vestigia/ei⁹ lauit gr̄a. Que dum plorat et mēs orat/facto clamat quod cor amat/iesum sup oia. Nō ignorat quē adorat q̄d pcet̄ sed delet̄/qd mēs timet ⁊scia. O maria mater pia: stella mar̄ appellaris oper ⁊ p merita Matri xp̄i coequata/dn̄i fuisti sic vocata/sed honore subdita Illa mūdi imperatrix ista beata peccatrix letitie primordia fuderūt in eccl̄ia. Illa eīn fuit porta/p quā fuit lux exorta: hec resurgētis p̄nūcia/mundū repletletitia. O maria magdalena/audi vota laude plena/apd xp̄m chorū istū clemēter ⁊silia. Ut fōs sūme pietatis/q̄ te lauit a pctis/seruos suos atq̄ tuos mūdet data venia. Amē dicāt oia. Scdm iohānē. xx



In il. tpe Una sabbati maria magdalene/venit mane cū adhuc tenebre essēt ad monumentū: ⁊ vidit lapidē sublatū a monumēto Cucurrit ergo ⁊ venit ad symonē petrū: et ad aliū discipulū quē amabat iesus ⁊ dixit eis Tulerūt dn̄m meū de monumēto: ⁊ nescio vbi posuerūt eū. Exijt ergo petr⁹ ⁊ ille alius discipulus: et venerūt ad monumētū Currebāt aūt duo simul: ⁊ ille alius discipul⁹ p̄cucurrit citius petro/et venit prior ad monumentū. Et cū se inclinasset: vidit lintheamina posita/nō tamē introiuit Uenit ergo symō petrus sequēs eū: ⁊ itroiuit in monumētū. Et vidit lintheamina posita: et sudariū q̄d fuerat sup caput eius/nō cū lintheaminib⁹ positū sed separatī inuolutū in vnū locū Tūc ergo introiuit ⁊ ille discipu-

lus q̄ venerat primꝰ ad monumē tū: ꝛ vidit et credidit. Nondū eñ sciebant scripturas: q̄a opoꝛtebat eū a moꝛtuis resurgere. Credo. Offꝛ. Benedictus q̄ venit in noie dñi benediximꝰ vos de domo dñi: deꝰ dñs et illuxit nobis alleluya alleluya. Secreta

Concede q̄s dñe semper nos per hec mysteria paschalia gratulari: vt cōtinua nostre reparatiōis operatio: perpetue nobis fiat causa letitie. Per dñm. Cōio Omnes q̄ in christo baptizati estis / christū induistis alleluya. Postcōmunio.

Redēptiōis nr̄e munere vegetati q̄s dñe vt hoc ꝑpetue salutis auxilio fides semper vera proficiat. Per dñm. Dñica in octa. pasche. Ad missam. Officiū

Resurrexi ꝛ adhuc tecum sum alla: posuisti sup me manū tuā alleluya: mirabilis facta est scientia tua alla alla. ps. Dñe ꝓbasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā / et resurrectionē meā. Gloꝛia patri. Oratio.

Deus qui hodierna die per vnigenitū tuū eternitatis nobis aditū deuicta moꝛte reserasti: vota nostra que preueniēdo aspiras: etiā adiuuādo pꝛosequere Per eundē. Nulla fiet memoꝛia de dñica. Epistola. Expurgate vetus fermē. Quere supꝛa in die pasche. fo. lxxxix. Loco grad. Alleluya. ℣. Pascha nostrum immolatus est christus. Secundū Alla. ℣. Angelus dñi descendit de celo: ꝛ accedēs reuoluit lapidē et sedebat sup eum. Sequētia.

Laudes saluatori voce modulemus supplici. Et deuo tis melodijs: celesti dño iubilemꝰ messie. Qui seipm exinaniuit / vt nos ꝑditos liberaret hoies. Carne gl'iaz deitatis occultās Pānis tegit̄ in ꝑsepe: miserās ꝑcepti trāsgressoꝛē pulsum patria / paradisi nudulū. Joseph marie / symeoni subdit̄. Circūcidit̄: ꝛ legali hostia mundat̄ vt pctōꝛ: nr̄a q̄ solet relaxare crimina. Seruī subijt manꝰ baptizādus / ꝛ ꝑfert fraudes tentatoꝛis / fugit ꝑsequentiū lapides Famē patit̄ / doꝛmit et tristat̄ / ac lauat discipulis pedes deus homo summꝰ humilis Sed tñ inter hec abiecta coꝛpoꝛis. Eius deitas nequaq̄ quit latere / signis varijs et doctrinis pꝛodita. Aquā nuptijs dat sapoꝛis vinei. Cecos oculos claro lumine vestiuit. Lepꝛā luridā tactu fugat placido. Plures suscitat moꝛtuos mēbraq̄ȝ curat debilia. Fluxū sanguis ꝛstrixit: ꝛ saturauit q̄nq̄ȝ de panibꝰ q̄na milia. Stagnū ꝑagrat fluctuās / ceu siccū littus vētos sedat Linguā reserat cōstrictā: recludit aures pꝛiuatas vocibus / febꝛes depulit. Post hec mira miracula taliaq̄ȝ. Spōte sua cōpꝛehēditur: ꝛ dāna t̄. Et se crucifigi nō despexit Sed sol eius moꝛtem non aspexit. Illuxit dies quā fecit dñs. Hostē deuastans: et victoꝛ suis appens dilectoꝛibꝰ visus. Pꝛimo marie: dehinc aplis / Docēs scripturas coꝛ aperiēs: vt clausa de ipo reseraret Fauēt igit̄ resurgēti xp̄o cūcta gaudijs. Flores / segetes / rediuiuo fructu vernant: ꝛ volucres gelu tristi terso / dulce iubilāt. Lucēt clariꝰ sol ꝛ luna: moꝛte xp̄i turbida Tellus her

bida resurgēti xp̄o plaudit: q̄ tremula eius morte se casurā nūciat Ergo die ista exultemus: qua nobis viam vite resurgēs/ patefecit iesus. Astra/ solū/ mare iocūdent et cūcti gratulent in celis spiritales chori trinitati. Euāg. Maria magdalene. vt supra i die pasche. Offer. Terra tremuit et quieuit dū resurgeret in iudicio deus alla. Secreta

Suscipe q̄sumus dn̄e preces populi tui cū oblationibus hostiarū: vt paschalibus initiate mysterijs: ad eternitatis nob᷑ medelā te operāte proficiāt. Per do. Prefatio. Et te quidē. Infra canonē. Cōicantes. et Hanc igitur. Cōio. Pascha nostrū imolatus est xp̄s alla: itaq̄ epulemur in azimis sinceritatis et veritatis alla alla alla. Postcō.

Spiritū nobis dn̄e tue charitat᷑ infūde vt quos sacramētis paschalibus satiasti: tua facias pietate ɜcordes. per d̄. eiusdē.

¶ Missa dn̄icalis per ebd̄. Offim

Quasi modogeniti infantes alla: rationabiles sine dolo lac cōcupiscite alla alla alleluya. p̄. Exultate deo adiutori nr̄o: iubilate deo iacob. Nō d̄r Gloria in excelsis. in ferijs per totum annum quando de ferijs agitur: nec Ite missa est. Oratio.

Presta q̄s oīps de⁹: vt q̄ paschalia festa peregim⁹: hec te largiēte/ morib⁹ ꝛ vita teneam⁹. Per. In oīb⁹ ferijs pas. ꝛ tpe ꝛ in oībus fes. iij. lect. sine regi. cho. dicūt tres collecte/ sicut i prima dn̄ica aduētus dn̄i prenotatū est. Lectio epl̄e bt̄i iohanis apl̄i. j. io. v.

Charissimi. Omne qd̄ natū est ex deo/ vincit mūdū. Et hec est victoria que vincit mundū fides nostra. Quis est aūt qui vicit mundū: nisi qui credit quoniā iesus est fili⁹ dei: Hic est qui venit per aquā ꝛ sanguinē: iesus christ⁹. Nō in aqua solum/ sed in aqua et sanguine. Et spiritus est qui testificatur: quoniā christ⁹ est veritas Quoniā tres sunt qui testimoniū dant in celo: pater/ verbū/ ꝛ spiritussanctus/ et hi tres vnum sunt. Et tres sunt qui testimoniū dant in terra: spirit⁹/ aqua/ ꝛ sanguis: et hi tres vnū sunt. Si testimonium hominū accipimus: testimonium dei maius est. Quoniā hoc est testimoniū dei quod maius est q̄a testificatus est de filio suo Qui credit i filiū dei: habet testimoniū dei in se. Loco grad. dicatur hoc Alleluya. v̄. Post dies octo ianuis clausis: stetit iesus in medio discipulorum suorum: et dixit/ pax vobis. Alla. v̄. Angelus dn̄i descēdit de celo: ꝛ accedēs reuoluit lapidē ꝛ sedebat sup eū. Ali⁹. v̄. Respondēs angel⁹ dixit mulierib⁹: quē queritis: ille aūt dixerūt: iesum nazarenum. Isti duo versus dicunt per ebdomadā alternis vicibus: ita tamē q̄ versus Respondēs. primo dicitur quādo de feria agitur. Et si nulla feria p hāc ebdomadā ad hoc vacauerit: tūc vltim⁹ v̄sus eo anno omnino ꝑmittat. ¶ Et notatum est/ q̄ omni die p hoc idē tempus dicunt duo Alleluya. ad missaȝ de quocūq̄ fiat seruitiū: exceptis vigilijs pasche/ ascēsiōis ꝛ pēthecostes: ꝛ nisi in missis que in ꝓcessione dicunt. Scd̄m iohannē. xx.



In il. t. Cũ esset sero die illo vna sabbatorũ / & fores essẽt clause vbi erãt discipuli cõgregati / ppter metũ iudeorũ / venit iesus & stetit in medio & dixit eis Pax vobis Et cũ hoc dixisset: ostẽdit eis man⁹ et lat⁹. Gauisi sunt ergo discipuli: viso dño Dixit ergo eis iterũ. Pax vob(Sicut misit me pater: & ego mitto vos Hec cũ dixisset: insufflauit & dixit eis. Accipite spm̃ sctm̃. Quorũ remiseritis pctã: remittũt eis. Et quorũ retinueritis: retẽta sũt. Thomas aũt vn⁹ ex duodecim q̃ dicit didim⁹: nõ erat cũ eis qñ venit ies⁹ Dixerũt ergo ei: alij discipli Vidim⁹ dñz Ille aũt dixit eis Nisi videro in manib⁹ ei⁹ fixurã clauorũ / et mittã digitũ meũ in locũ clauorũ: & mittã manũ meã i lat⁹ eius / nõ credã. Et post dies octo / iterũ erãt discipli ei⁹ int⁹ & thomas cũ eis. Venit iesus ianuis clausis et stetit in medio & dixit eis. Pax vobis. Deide dixit thome. Infer digitũ tuũ huc / & vide manus meas: & affer manũ tuã & mitte in latus meũ / & noli esse incredul⁹ sed fidelis. Rñdit thomas et dixit ei. Dñs me⁹: & de⁹ me⁹ Dixit ei iesus Quia vidisti me thoma credidisti beati qui nõ viderũt & crediderũt Multa quidẽ et alia signa fecit iesus in cõspectu discipulorũ suorũ / q̃ nõ sunt scripta in libro hoc. Hec aũt scripta sunt vt credatis: quia iesus est xps filius dei. Et vt credẽtes vitam habeatis in nomine eius. Offr. Angelus dñi descẽdit de celo et dixit mulierib⁹: quẽ queritis: surrexit sicut dixit alleluya. Secreta.

Suscipe munera quesum⁹ dñe exultãtis ecclesie: & cui causam tanti gaudij cõtulisti: perpetuũ fructũ concede letitie. Per dnm̃. Cõio. Mitte manũ tuam et cognosce loca clauorũ alla: et noli esse incredulus sed fidelis alla alla. Postcõio.

Quesum⁹ dñe de⁹ nr̃: vt sacrosctã mysteria q̃ p reparatiõis nr̃e munimie ɔtulisti: & p̃ns nob(remediũ esse facias & futurũ p do. Fe. iiij. Epl̃a. j. corithio. xv.

Frẽs. Si xps p̃dicat q̃ resurrexit a mortuis quomõ q̃dã in vobis dicũt qm̃ resurrectio mortuorũ nõ est. Si aũt resurrectio mortuorũ nõ est: neq3 xps resurrexit. Si autẽ xps nõ resurrexerit: ianis est p̃dicatio nr̃a: ianis est & fides vr̃a. Inueniemur aũt & falsi testes dei: qm̃ testimoniũ dixim⁹ aduersus deũ / q̃ suscitauerit xpm̃ quẽ non suscitauit si mortui nõ resurgũt. Nã si mortui non resurgunt: neq3 xps resurrexit. Nã si xps nõ resurrexit vana est fides vr̃a. Adhuc enim estis in pctis vestris. Ergo & q̃ dormierũt: in xpo perierũt. Si in hac vita tantũ in christo sperãtes sumus: miserabiliores sum⁹ oibus hoib⁹ Nũc aũt xps resurrexit a mortuis p̃mitie dormiẽtiũ: quoniã q̃dẽ per hoiem mors / & p hoiem resurrectio mortuorũ. Et sicut in adã oẽs moriuntur: ita & in xpo oẽs viuificabunt Vnusquisq3 aũt in suo ordine: per iesum xpz dñm nr̃m. S. mar. xvj

IN illo tpe. Surgens iesus mane prima sabbati: apparuit primo marie magdalene/ de qua eiecerat septē demonia. Illa vadēs nūciauit his qui cū eo fuerāt: lugētibus & flētibus At illi audiētes qa viueret/ & visus esset ab ea: nō crediderūt. Post hec autem duobus ex his ambulātibus: ostēsus est in alia effigie/ eūtibus i villam. Et illi euntes / nunciauerūt ceteris: nec crediderūt illis. ¶ Feria. vj. Epistola. Ad hebreos. xiij

FRatres. Obedite ꝑpositis vr̄is: et subiacete eis. Ipsi enī ꝑuigilāt/ quasi rationē ꝓ aiabus vr̄is reddituri: vt cu3 gaudio hoc faciāt/ & nō gemētes. Hoc enī nō expedit vobis. Orate ꝓ nobis Cōfidim⁹ ei: qa bonā ꝯsciētiā habem⁹ in oībus bene volētes cōuersari. Ampli⁹ autē deꝑco2 vos hoc facere quo celeri⁹ restituar vobis Deus autē pacis/ q̄ eduxit de mortuis pasto2ē magnū ouiū in sanguine testamēti eterni dn̄m nr̄m iesū xp̄m aptet vos in omi ope bono/ vt faciatis volūtatē eius: faciens i vobis quod placeat co2ā se per iesum xp̄m: cui est gl̄ia in secula sclo2ū amē. S. matheū. xxviij.

IN illo tpe. Exierunt mulieres de monumento cum timo2e et gaudio magno: currētes nūciare discipulis eius. Et ecce iesus occurrit illis dicēs. Auete. Ille autē accesserūt/ et tenuerūt pedes eius & ado2auerūt eū Tūc ait illis iesus. Nolite timere. Ite nūciate fratrib⁹ meis vt eāt in galileā ibi me videbūt. Que cū abijssent ecce qdā de custodib⁹ venerūt in ciuitatē & nūciauerūt p2icipib⁹ sacerdotū oīa q̄ facta fuerant. Et ꝯgregati cū senio2ib⁹/ ꝯsilio accepto: pecuniā copiosā dederūt militib⁹ dicētes. Dicite qa discipli eius nocte venerūt & furati sunt eū nobis do2miētibus. Et si hoc auditū fuerit a ꝑside nos suadebimus ei: et securos vos faciem⁹. At illi accepta pecunia: fecerunt sicut erāt edocti Et diuulgatū est v̄bū istud apud iudeos: vsq3 in hodiernū diē

¶ Sciēdū est q̄ in oī festo cū regi. cho. ab oct. pasche vsq3 ad ascēsionē dn̄i. scd̄m Alla. erit vnū de subscript: q̄b⁹ dictis reiciplant illa de ebd̄. pasche: videl3 de tertia/ quarta & q̄nta ferijs per o2dinē: q̄b⁹ dictis/ reiciplant subscripta: & sunt noue in nūero. Alla. v̄. Mane nobiscū dn̄e: qa inclinata est iā dies ad vesperā Alla. v̄. Opo2tebat pati xp̄m & resurgere a mo2tuis: & ita itrare i gl̄iā suā. Alleluya. v̄. Chr̄ist⁹ resurgēs ex mo2tuis iā nō mo2it̄ mo2s illi vltra nō dn̄abit̄. Alleluya. v̄. Surrexit altissimus de sepulch2o: q̄ ꝓ nobis pepēdit i ligno. Alla. v̄. Surrexit xp̄s & illuxit ppl̄o suo: quē redemit ip̄e sanguine suo. Alla. v̄. Xp̄s mo2tu⁹ est ꝓpter delicta nr̄a: & surrexit ꝓpter iustificationē nr̄am. Alla. v̄. Surgēs iesus dn̄s nr̄: stetit in medio discipulo2ū suo2ū: et dixit pax vobis. Alla. v̄. Surrexit dn̄s et occurrēs mulierib⁹ ait/ auete: tūc accesserūt/ et tenuerūt pedes eius Alla. v̄. In die resurrectionis mee dicit dn̄s/ p2ecedā vos in galileam. Si in dn̄ica/ vel in sequētibus fiat seruitium de aliquo festo: cū regi. cho2i tunc ad missam: secundū Alleluya. nō erit de dn̄ica: sed vnū de. ix. p2edictis per o2dinem. ¶ Dn̄ica. ij.

post pascha: hac die et omnib⁹ dominicis diebus vsq₃ ad ascensionem dñi. si a fine cũ regimine cho. vacauerit dicat missa de resur. sicut in die pasche pter gr. et Cõmunicãtes. et Hãc igit. sed nulla fiat mẽo. de dñica ad missam de resurrectiõe. Et semp dr̃ seqñ Victime paschali laudes. Et si festũ alicuius scti cũ regi: cho. i dñica euenerit: tunc de sctõ dr̃ missa et mẽo. de resurrectiõe: sed non de dominica ¶ Notandũ est: q in oĩbus dñicis a pascha vsq₃ ad ascẽsionẽ dñi erit p̄mũ Alla. V. Pascha nr̃m. et secũdũ Alla. de sua dñica: scz/ q plus facit mẽtionẽ de resurrectiõe: qd est vltimũ. Et sp infra p̄dictũ tẽp⁹/ de quocũq₃ dr̃ missa: fiat memoria de resurrectiõe cũ hac oratione. De⁹ q p vnigenitũ. nisi in inuẽtiõe sctẽ cruc. Missa vero dñicalis p ebd. dr̃ cũ p̄fatiõe quotidia. Et si nulla feria p ebdomadã vacauerit a festo: tũc in dñica i capittulo dicitur ¶ Missa dñicalis ebdomade secũ de post pascha. Ad missam. Offi.

Misericordia dñi plena est terra alla: verbo dñi celi firmati sunt alla alla. p̄s. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

De⁹ q i filij tui hũilitate iacẽtẽ mũdũ erexisti: fidelib⁹ tuis p̄petuã concede letitiam: vt quos p̄petue mortis eripuisti casibus: gaudijs facias sempiternis p̄frui. p. e. Lctõ ep̄le btĩ petri. j. ij.

Charissimi. Xp̄s passus est p nobis: vobis relinquẽs exẽplũ/ vt sequamini vestigia eius. Qui petm̃ nõ fecit: nec inuẽt⁹ est dolus i ore ei⁹. Qui cũ malediceretur: nõ maledicebat. Cũ pateret: nõ cõminabat. Tradebat aũt iudicãti se iniuste/ q pctã nr̃a ip̄e ptulit i corpore suo sup lignũ: vt peccatis mortui iustitie viuam⁹/ cuius liuore sanati sum⁹. Erat3 eni sicut oues errãtes: sed conuersi estis nũc ad pastorẽ et episcopũ: aiar vestrar. Alla. V. Ego sum pastor bon⁹ et cognosco oues meas: et cognoscũt me mee. Alla. V. Surrexit pastor bon⁹: q posuit aiam suã p grege suo. S. iohã. x.



In il. tpe. Dixit iesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor aia3 suã dat pro ouibus suis. Mercenarius aũt et qui non est pastor cuius non sunt oues p̄prie: vidit lupũ veniẽtẽ/ et dimittit oues et fugit/ et lupus rapit/ et dispgit oues. Mercenarius autẽ fugit/ q a mercenarius est: et nõ ptinet ad eũ de ouibus Ego sũ pastor bon⁹/ et cognosco oues meas: et cognoscũt me mee. Sicut nouit me pr̃ et ego agnosco patrẽ: et aiam meã pono p ouib⁹ meis. Et alias oues habeo q nõ sunt ex hoc ouili: et illas oportet me adducere et vocẽ meã audiẽt. Et fiet vnum ouile: et vnus pastor. Offr. Deus deus me⁹: ad te de luce vigilo: et in nomine tuo leuabo man⁹ meas alla. Secre.

Benedictionẽ nobis dñe cõferat salutarẽ: sacra semp oblatio vt qd agit mysterio: virtute

pficiat. Per dnm. Cō. Ego sū pastor bonus alla: et cognosco oues meas: et cognoscūt me mee alla alla. Postcō.

Presta nobis q̄s ops ꝛ misericors deus: vt viuificationis tue grām consequētes: in tuo semꝑ munere gloriemur. P. Fer. iiij Lectio epistole btī petri. j. pe. j.

Charissimi: Sciētes q̄ non ex corruptibilib9 argēto vl' auro redēpti estis de vana vr̄a cōuersatione paterne traditiōis sed ꝑcioso sanguine/quasi agni incōtaminati ꝛ immaculati xp̄i/ ꝑcogniti qdē ante mūdi ꝯstitutionē. Manifestati aūt nouissimis tēporib9 ꝑpter vos q̄ ꝑ ip̄m fideles estis in deū. Qui suscitauit eū a mortuis: et dedit ei gloriam: vt fides vestra ꝛ spes esset in deo. Aīas vr̄as castificātes: in obediētia charitatis/ in fraternitatꝭ amore simplici ex corde inuicē diligite attēti9: renati nō ex semīe corruptibili/sed incorruptibili/ꝑ verbū dei viui/ꝛ ꝑmanētis ineternū. Q2 oīs caro fenū: et oīs gl'ia ei9 tāq̄ flos feni Exaruit eni fenū: ꝛ flos ei9 cecidit. Verbū aūt dn̄i manet ietnū. S. lu. xxiiij



In il. tpe. Una sabbati valde diluculo venerūt mulieres ad monumētū: portātes q̄ parauerāt aromata. Et inuenerūt reuolutu lapidē a monumēto: ꝛ igresse/ nō iuenerūt corp9 dn̄i iesu. Et factū est dū mēte cōsternate essēt de isto: ecce duo viri steterūt iuxta illas/in veste fulgēti. Cū timuerūt autē ꝛ declinarēt vultū i terrā: dixerūt ad illas. Quid queritis: viuentē cū mortuis? Nō est hic: sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis: cū adhuc in galilea esset dicens. Quia oportet filiū hominis tradi in man9 hominū pctōꝝ/ꝛ crucifigi: et tertia die resurgere Et rememorate sūt verbor ei9: et regresse a monumēto: nūciauerūt hec oīa illis vndecim et ceteris oīb9. Erat autē maria magdalene/ꝛ iohanna/et maria iacobi: ꝛ cetere q̄ cū eis erāt: q̄ dicebāt ad apl'os hec. Et visa sunt ante illos sicut delirametum verba ista: ꝛ nō credebāt illis. Petr9 autem surgens/cucurrit ad monumētū: ꝛ ꝑcūbēs vidit lintheamina sola posita/ꝛ abijt/secū mirās qd factū fuerat. ¶ Fer. vj. Ad ro. v.

Fratres: Sicut ꝑ vnius delictū/ i oēs hoies in ꝯdēnationē: sic ꝛ ꝑ vni9 iustitiā in oēs hoies/i iustificationē vite. Sicut eni ꝑ iobediētiā vni9 hoīs/ peccatores ꝯstituti sūt multi: ita ꝛ ꝑ vnius obediētiā iusti ꝯstituent multi Lex aūt subintrauit: vt abūdaret delictū. Ubi autē abundauit delictū/ supabūdauit et grā: vt sicut regnauit pctm̄ i mortē/ita et grā regnet per iustitiā in vitā eternā. Per iesū xp̄z dn̄z nr̄z. S. mat. ix.

In illo tpe. Accesserūt ad ieum discipuli iohānis dicentes. Quare nos ꝛ pharisei ieiunemus frequēter: discipuli autē tui nō ieiunāt? Et ait illis iesus. Nūqd possunt filij spōsi lugere: q̄diu cū illis est spōs9? Uenient aūt dies

cũ auferet ab eis spõsus: & tunc ie iunabũt. Nemo aũt immittit cõmis surã pãni rudis: in vestimẽtũ vet⁹. Tollet eñ plenitudinẽ ei⁹ a vesti mẽto: & peior scissura fit. Neq3 mit tunt vinũ nouũ in vtres veteres: alioqn rũpuntur vtres / & vinũ ef fũdet: & vtres peribũt. Sed vinũ nouũ i vtres nouos mittũt: & ãbo seruãt. ¶ Missa dñica. ebd. iij. of.

Iubilate deo oĩs terra alla: psalmũ dicite nomini eius alla: date gloriã laudi ei⁹ alla alla alla. ps. Dicite deo q̃ terribilia sunt opera tua domine: in multitudine virtutis tue. Orõ.

Deus q̃ errãtibus vt in viã possint redire iustitie / veritatis tue lumẽ ostẽdis: da cũctis qui christiana pfessiõe cẽsent: et illa respuere / q̃ huic inimica sũt nomini: & ea q̃ sunt apta sectari. p d. Lcõ epl'e bti petri apli. j. petri. ij.

Charissimi. Obsecro vos tã q̃ aduenas & pegrinos abstinere vos a carnalib⁹ desiderijs q̃ militãt aduersus aĩam. Cõuersationẽ vestrã inter gẽtes habentes bonã: vt in eo qd detractãt de vobis tãq̃ de malefactoribus / ex bonis opibus vos cõsiderãtes / glorificẽt deũ in die visitatiõis. Subiecti igit estote omi humane creature ppter deũ. Siue regi / quasi precellẽti: siue ducibus / tãq̃ ab eo missis ad vindictã malefactorũ: laudẽ vero bonorũ. Qr sic est volũtas dei: vt bñfaciẽtes obmutescere faciat ĩprudẽtiũ hoĩm ignorãtiã. Quasi liberi / & nõ quasi velamẽ habẽtes malitie libertatẽ: sed sicut serui dei oẽs honorate / fraternitatẽ diligite. Deũ timete: regẽ honorificate. Serui subditi estote ĩ oĩ timore dñis: nõ tantũ bonis & modestis / sed etiam discolis. Hec est eñ grã. In xpo iesu: dño nro. Alla. v. Modicũ & non videbitis me dicit dñs: iterũ modicũ et videbitis me q2 vado ad patrẽ. Alla. v. Iterũ autẽ videbo vos & gaudebit cor vrm: & gaudiũ vrm nemo tollet a vobis. Alla. v. Surrexit xps q̃ creauit oĩa: & misert⁹ est hũano generi. In hac ebd. ad missã ĩ dieb⁹ pfestis primũ Alla. scz Modicũ. dr p totã ebd. loco gr. et alia duo dñr altnis vicib⁹ ĩ ferijs & ĩ festis triũ lectio. qd etiã ĩ pria seqnti ebd. obseruãdũ est. S. iohã. xvj.



In il. t. di. ie. di. suis Modicũ & iam nõ videbitis me et iterum modicum & videbitis me / q2 vado ad patrẽ. Dixerũt ergo discipuli ei⁹ adinuicẽ. Quid est hoc qd dicit nobis / modicũ & nõ videbitis me & iterũ modicũ et videbitis me / & q2 vado ad patrẽ? Dicebãt ergo Quid est hoc quod dicit modicũ? Nescimus qd loqtur. Cognouit aũt iesus q2 volebãt eũ interrogare: & dixit eis. De hoc q̃ritis inter vos / q2 dixi modicũ & nõ videbitis me: & iterũ modicũ et videbitis me. Amẽ amẽ dico vobis: q2 plorabitis et flebitis vos / mũdus autem gaudebit. Vos autem cõtristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudiũ. Mulier cum pa-

rit/tristitiã habet: qa venit hora eius. Cũ aũt peperit puerũ: iam nõ meminit pressure pp̄ter gaudiũ qa natus est homo in mundũ Et vos igitur nũc qdẽ tristitiã habetis. Iterũ autẽ videbo vos: et gaudebit cor vestrũ: et gaudiũ vestrũ nemo tollet a vobis. Offr. Lauda aia mea dñm: laudabo dñm i vita mea psallã deo meo qd̄iu ero all'. Sec.

His nobis q̄s dñe mysterijs conferat: quo terrena deside ria mitigãtes/discam⁹ amare celestia. p. Cõ. Modicũ et nõ videbitis me all'a: iterũ modicũ et videbitis me/ qa vado ad patrẽ all'a all'a. Postcõio.

Respice dñe q̄s p̄p̄lm tuũ: et quẽ eternis dignatus es renouare mysterijs: a tp̄alibus culpis dignãter absolue. p̃. ¶ Feria. iiij. Lcõ ep̄le bti iohã. ap̄li j. ij

Charissimi: hec scribo vobis vt nõ peccetis. Sed et si q̄s peccauerit aduocatum habemus apud patrẽ iesum christũ iustũ: et ipse est propitiatio pro pct̄is nr̄is. Nõ pro nostris aũt tãtũ/sed etiã pro toti⁹ mũdi: et in hoc scim⁹ qm̄ cognouimus eũ si mãdata ei⁹ obseruamus. Qui dicit se nosse eũ et mãdata ei⁹ nõ custodit: mendax est/et veritas in eo nõ est. Qui autẽ seruat verbũ eius: vere in hoc charitas dei p̄fecta est. In hoc scimus qm̄ in eo sumus: si in ipso p̄fecti fuerim⁹. Qui dicit se i xp̄o manere: debet sicut et ille ãbulauit/et ipse ãbulare. Charissimi: nõ mãdatũ nouũ scribo vobis: sed mandatũ vet⁹/ qd̄ habuistis ab initio Mãdatũ vet⁹: est verbũ qd̄ audistis. Iterũ mãdatũ nouũ scribo vobis: qd̄ verũ est et in ipso/et in vobis. Qm̄ tenebre trãsierũt: et verũ lumẽ iã lucet. Per iesũ xp̄m dñm nostrũ. Sc̄dm iohannẽ. iij.

In illo tp̄e. Facta est q̄stio ex discipulis iohãnis cũ iudeis de purificatiõe. Et venerũt ad iohãnẽ: et dixerũt ei. Rabbi/q erat tecũ trãs iordanẽ / cui testimoniũ p̄hibuisti: ecce hic baptizat et oẽs veniũt ad eũ. Rñdit iohannes: et dixit. Nõ potest homo accipere quicq̄: nisi illi datũ fuerit de celo. Ipsi vos mihi testimoniũ p̄hibetis qd̄ dixerim: nõ sũ ego christus: sed qa missus sum ante illũ. Qui habet spõsã spõsus est. Amicus aũt spõsi qui stat et audit eũ: gaudio gaudet p̄pter vocẽ sponsi In hoc ergo gaudiũ meũ: impletũ est Illũ oportet crescere: me autẽ minui. Qui de sursũ venit sup oẽs est Qui est de t̄ra/de terra est et de terra loq̄tur. Qui de celo venit: super oẽs est. Et qd̄ vidit et audiuit/hoc testat: et testimoniũ ei⁹ nemo accipit. Qui aũt acceperit ei⁹ testimoniũ/signauit: qa deus verax est. Quẽ eñ misit de⁹: verba dei loq̄tur Nõ eñ ad mẽsurã: dat de⁹ spm̄. Pater diligit filiũ: et oĩa dedit in manu ei⁹. Qui credit in filiũ: habet vitã eternam Qui aũt incredulus est filio: nõ videbit vitã: sed ira dei manet sup eũ. ¶ Fer. vj. Ad thessaloni. j. ca. v.

Fratres. Oẽs eñ vos filij lucis estis: et filij dei. Nõ sumus noctis neq̄ tenebrarum Igit nõ dormiamus sicut et ceteri: sed vigilemus/et sobrij sim⁹. Qui eni dormiunt nocte dormiunt. Et q ebrij

sunt nocte ebrij sunt. Nos autē q̄ diei sum⁹/sobrij sim⁹: induti lori cā fidei et charitatis/ ꝛ galeā/ spē salutis. Qm̄ nō posuit nos de⁹ in irā/ sed in acquisitionē salutis per dn̄m nostrū iesū xp̄m q̄ mortu⁹ est pro nobis: vt siue vigilem⁹ siue dormiamus simul cū illo viuamus. Propter qđ cōsolamini inuicē: et edificate alterutrū. In christo iesu dn̄o nostro. S. io. xij.

IN il. t. di. ie. di. suis Ego lux i mūdū veni: vt oīs q̄ credit in me/ in tenebris nō maneat. Et si q̄s audierit verba mea et nō custodierit ea: ego nō iudico eū. Nō enim veni vt iudicē mūdū: sed vt saluificē mundū Qui spernit me ꝛ nō accipit verba mea: habet qui iudicet eū. Sermo quē locut⁹ sū: ille iudicabit eū in nouissimo die. Qr ego ex meipso nō sum locut⁹: sed q̄ misit me pater: ipse mihi mādatū dedit qđ dicā aut qđ loquar ꝛ scio qꝛ mādatū ei⁹ vita eterna est Que ergo ego loquor sicut dixit mihi pater: sic loquor. ¶ Missa dn̄icaƚ. ebđ. iiij. post pascha. offi.

CAntate dn̄o canticū nouū alleluia: q̄a mirabilia fecit dn̄s alleluia: ante ꝯspectū gentiū reuelauit iustitiā suam alleluia alleluia. Ps. Saluauit sibi dextera eius: ꝛ brachiū sanctū eius. Orō.

DEus qui fidelium mentes vni⁹ efficis volūtatis: da populis tuis/ id amare qđ p̄cipis: id desiderare qđ p̄mittis: vt inter mūdanas varietates/ ibi nr̄a fixa sint corda vbi vera sūt gaudia. Per. Lctō ep̄le btī iacobi ap̄li. j.

CHarissimi. Omne datū optimū/ ꝛ omne donū perfectum desursum est descendēs a patre luminū: apud quē nō est transmutatio/ nec vicissitudinis obūbratio. Uolūtarie eñ genuit nos verbo veritatis: vt simus initiū aliqđ creature ei⁹ Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autē oīs homo velox ad audiēdū: tardus autē ad loquendū/ ꝛ tardus ad irā. Ira ei viri iustitiā dei nō operatur. Propter qđ abijciētes oēm imūditiā/ ꝛ abūdantiā malitie: in mā suetudine suscipite insitū verbū. Qđ potest saluare aīas vestras. Alleluia. V. Uado ad eū qui misit me/ sed quia hec locutus sum vobis: tristitia impleuit cor vestrum. Alleluia. V. Ego veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadā. Alleluia. V⁹. Surrexit dn̄s vere et apparuit petro. Et dr̄ sicut notatur i prima dn̄ica p̄cedēti. S. io. xvj.



IN illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Uado ad eum qui me misit: et nemo ex vobis interrogat me/ quo vadis? Sed quia hec locutus sum vobis: tristitia impleuit cor vestrū Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis/ vt ego vadam. Si eñ nō abiero: paraclytus nō veniet ad vos. Si autem abiero: mittā eū ad vos. Et cū venerit/ ille arguet mundū de pctō: et de iustitia et de iudicio. De pctō quidē q̄a nō crediderūt in me. De iustitia ve-

ro/q̃a ad patrē vado: et iam non videbitis me. De iudicio aūt: q̃a princeps huius mūdi/ iā iudicat⁹ est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed nō potestis portare modo Cū autē venerit ille sp̄us veritatis: docebit vos omnē veritatem Nō enim loq̃tur a semetipso/sed quecunq̧ audiet/ loq̃tur ⁊ q̄ ventura sunt annūciabit vobis. Ille me clarificabit/q̃a de meo accipiet: ⁊ annūciabit vobis. Oia q̄cūq̧ habet pater: mea sunt. Proptea dixi q̃a de meo accipiet: et annunciabit vobis. Offr. Iubilate deo vniuersa terra/iubilate deo vniuersa terra: psalmū dicite nomini eius venite et audite/et narrabo vobis oēs q̄ timetis deū: q̄ta fecit dn̄s aie mee all'a. Sec.

Deus qui resurgens a mortuis: passione cessata potētiorē te tuis discipulis reddidisti/ concede propitius: vt nos quoq̧ maiestati tue hoc paschale sacrificiū conciliet: ⁊ ad gratiā tuā promerendā/in bonis operibus efficiat promptiores. Qui vi. Cōio.

Dū venerit paraclitus spiritus veritatis ille arguet mundū de peccato: ⁊ de iustitia et de iudicio all'a all'a. Postcōio.

Adesto nobis dn̄e deus noster: vt per hec que fideliter sumpsimus: ⁊ purgemur a vicijs/⁊ a periculis oībus eruamur Per dn̄m. ¶Feria.iiij. Lectio epistole beati iacobi apostoli. ij.

Charissimi. Nolite in personarū acceptione: habere fidē dn̄i nostri iesu christi glie. Etenim si introierit vir in conuētum vestrū/ anulū aureū habēs in veste candida: introierit aūt ⁊ pauper in sordido habitu et intēdatis in eū qui indutus est veste p̄clara et dixeritis ei Tu sede hic bene: pauperi aūt dicatis. Tu sta illic/ aut sede sub scabello pedū meorū: nonne iudicatis apud vosmetipsos/⁊ facti estis cogitationū iniquarū iudices. Audite fratres mei dilectissimi. Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo/diuites in fide ⁊ heredes regni: qd̄ repromisit deus diligētibus se. Uos aūt exhonorastis pauperē. Nonne diuites per potētiā opprimūt vos: et ipsi trahūt vos ad iudicia. Nōne ipsi blasphemāt bonū nomē: qd̄ inuocatū est sup vos. Si tamē legē p̄ficitis regalē secūdū scripturas Diliges proximū tuū sicut teipsū/ benefacitis. Si autē p̄sonas accipitis pctm̄ operamini: redarguti a lege quasi transgressores. Quicūq̧ aūt legē totā seruauerit: offēdat aūt in vno/factus est oīm reus. Qui em̄ dixit nō mechaberis dixit ⁊ nō occides. Qd̄ si non mechaberis/occides autē: factus es trāsgressor legis. Sic loquimini et sic facite quasi p legē libertatis incipiētes iudicare Judiciū enim sine mia: illi q̄ nō facit misericordiā. Superexaltat aūt mia: iudiciū. Euāgeliū. Scd̄m iohānem. xvij

In illo tp̄e. Respiciēs iesus in discipulos suos dixit. Pater sancte serua eos in nomie tuo quos dedisti mihi: vt sint vnū sicut et nos Cū essem cū eis ego seruabam eos in noīe tuo. Quos dedisti mihi/ego custodiui: et nemo ex eis perijt/nisi filius perditionis/vt scriptura impleatur Nūc

autem ad te venio / et hec loquor in mundo: vt habeant gaudiũ meũ impletũ in semetipsis. Ego dedi eis sermonẽ tuũ et mũdus eos odio habuit: quia nõ sunt de mundo: sicut et ego nõ sum de mundo. Nõ rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo. ¶ Feria vj. Lectio ep̃le b̃ti iacobi ap̃li. ij.

Charissimi. Videtis qm̃ ex opib⁹ iustificat̃ hõ: et nõ ex fide tãtũ. Simili͞t aũt et raab meretrix: nõne ex operib⁹ iustificata est suscipiẽs nũcios / et alia via eijciẽs? Sicut em̃ corp⁹ sine spũ mortuũ est: ita et fides sine operibus: mortua est. Scd̃m Johãnẽ. xiij.

In illo tp̃e dixit ies⁹ discipulis suis. Filioli adhuc modicũ tp̃s vobiscũ sũ. Queretis me / et sicut dixi iudeis: quo ego vado vos non potestis venire. Et vobis dico modo. Mãdatũ nouũ do vobis vt diligatis inuicẽ sicut dilexi vos: vt et vos iuicẽ diligatis. In hoc cognoscẽt oẽs / q̃a discipuli mei estis: si dilectionẽ habueritis ad inuicẽ. Dixit ei symõ petr⁹. Dñe quo vadis? R̃ndit ies⁹ Quo ego vado / nõ potes me modo sequi: seq̃ris autẽ postea. ¶ Missa dñical̃. ebd̃. quĩte post pasc. Offi.

Voce iocũditat̃ ãnũciate et audiat̃ all'a: nũciate vsq3 ad extremũ terre / liberauit dñs pp̃lm suũ all'a all'a. ℣. Jubilate deo oĩs t̃ra / psalmũ dicite noĩ ei⁹: date glorĩa laudi eius. Orõ.

Deus a quo cũcta bona pcedũt / largire supplicib⁹ tuis: vt cogitem⁹ te inspirãte que recta sĩt / et te gubernãte eadẽ faciam⁹. P d̃. Lcõ ep̃le b̃ti iacobi ap̃li. j.

Charissimi. Estote factores verbi / et nõ auditores tantũ: fallẽtes vosmetipsos. Quia si q̃s est auditor verbi / et nõ factor: hic cõparabit̃ viro cõsiderãti vultũ natiuitatis sue in speculo. Cõsiderauit em̃ se / et abijt: et statim oblit⁹ est qualis fuerit. Qui autẽ perspexerit i legẽ pfecte libertatis et pmãserit in ea nõ auditor oblitiosus factus / sed factor operis: hic beat⁹ in facto suo erit. Si q̃s aũt putat se religiosum esse: nõ refrenãs linguã suã / sed seducẽs cor suũ / hui⁹ vana est religio. Religio mũda et imaculata apud deũ et patrẽ hec est: visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum. Et immaculatũ se custodire: ab hoc sc̃lo. All'a. ℣. Vsq3 modo nõ petist̃ q̃cq̃ in noĩe meo: petite et accipietis. All'a. ℣ Surrexit xp̃s iã nõ morit̃ mors illi vltra nõ dñabit̃. Secundũ iohannẽ. xvj.



In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis: Amen amẽ dico vobis si quid petieritis patrẽ in nomine meo dabit vobis. Vsq3 modo nõ petistis quicq̃: in noĩe meo. Petite / et accipietis: vt gaudiũ vestrũ sit plenũ. Hec in pūerbijs locutus sum vobis. Venit hora / cũ iã nõ in prouerbijs loquar vobis: sed palã de patre meo annũciabo vobis. Jllo die in nomine meo petetis. Et nõ dico vobis q̃a ego ro

gabo patrē de vobis. Ipse enim pr̄ amat vos/ q2 vos me amastis et credidistis / q̄a ego a deo exiui. Exiui a p̄re: ꝛ veni in mūdū Iterꝫ relinquo mūdū: ꝛ vado ad patrē. Dicūt ei discipuli ei9. Ecce nūc pa lā loq̄ris: ꝛ prouerbiū nullū dicis Nūc scim9 q̄a scis oīa: et nō opus est tibi vt q̄s te iterroget. In hoc credimus quia a deo existi. Offer.

Benedicite gētes dn̄m deū nr̄m/ ꝛ ob audite vocē laudis ei9: q̄ posuit aīaꝫ meā ad vitā / ꝛ nō dedit cōmoueri pedes me os/ bn̄dictus dn̄s q̄ nō amouit deprecationē meā: et miam suā a me all'a. Secr.

Suscipe q̄s dn̄e fideliū p̄ces cū oblationibus hostiarū: vt per hec pie deuotionis officia: ad celestē gloriā trāseamus. Per. Cō. Cantate dn̄o all'a: cātate dn̄o ꝛ be nedicite nomē eius / bene nūciate de die in diē salutare eius all'a all'a. Postcōio

Tribue nobis dn̄e q̄s cele stis mēse virtute satiatis ꝛ desiderare q̄ recta sūt: ꝛ desidera ta ꝑcipere. p d. ¶ Fer. ij. i rogatio nibus: si a festo cū regi. cho. vaca uerit dꝫ post sextā ꝓ magna miss. scꝫ Vocē iocūditatis. vts i dn̄ica. Et i ꝓcessiōe dꝫ hec missa. Offiū.

Exaudiuit de tēplo sctō suo vocē meam all'a: ꝛ clamor me9 i cōspectu eius introiuit in aures eius all'a all'a. P̄s. Diligā te dn̄e forti tudo mea: dn̄s firmamētū meū ꝛ refugiū meum / et liberator meus. Oratio.

Presta q̄s o p̄s deus: vt q̄ in afflictiōe nostra: de tua pie tate ꝯfidim9: cōtra aduersa oīa / tua semꝑ protectiōe muniamur. Per. Scd̄a oro de sctō / de quo est ecclesia illa: tertia oro / de oībus sctis Oro. Concede q̄s o p̄s deus.

Lcō epistole bt̄i iacobi apostoli. v

Charissimi. Cōfitemini al terutrū pctā vestra: ꝛ ora te pro inuicē / vt saluemini. Mul tū eni3 valet depcatio iusti: assidua Helias homo erat similis nobis passibilis: ꝛ oratione orauit vt nō plueret super terrā / ꝛ nō pluit an nos tres / ꝛ mēses sex. Et rursum orauit / ꝛ celū dedit pluuiā: ꝛ terra dedit fructū suū Si q̄s aūt ex vo bis errauerit a veritate / ꝛ cōuer terit quis eū: scire debet q2 q̄ con uerti fecerit pctōrē ab errore vie sue / saluabit aīam eius a morte. Et operit: multitudinem peccato rū. All'a. v. Cōfitemini dn̄o q2 bon9 q2 in seculū mia eius. Scd̄ꝫ lucā. xj.

In illo tp̄e. Dixit iesus disci pulis suis. Quis vestrū ha bebit amicū / ꝛ ibit ad illū media nocte: et dicet illi. Amice / cōmo da mihi tres panes: quoniā ami cus meus venit de via ad me / et non habeo q2 ponā ante illū. Et ille deintus respōdēs: dicat. Noli mihi molestus esse / iā ostiū clau sum est et pueri mei mecū sunt in cubili: nō possū surgere et dare ti bi. Et ille si ꝑseuerauerit pulsans dico vobis et si non dabit illi sur gens / eo q2 amicus eius sit: pro pter improbitatē tamen eius sur get / et dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego vobis dico: petite et dabitur vobis. Querite et inuenietis. Pulsate et aperie tur vobis. Omnis enim qui pe tit accipit / ꝛ qui querit inuenit: et pulsanti aperiet. Quis aūt ex vo

bis patrē petit panē: nūquid lapidē dabit illi? Aut piscē: nunqd pro pisce serpentē dabit illi? Aut si petierit ouū: nūqd porriget illi scorpionē? Si ergo vos cū sitis mali: nostis bona data dare filijs vr̄is: quāto magis pater vester de celo dabit spiritū bonum petentibus se. Offr. Cōfitebor dño nimis in ore meo: et in medio multorū laudabo eū qui astitit ad dexterā pauperis vt saluā faceret a psequētib⁹ aiam meā alla. Hic fiat sermo ad ppl̄m si placuerit. Sec.

Hec munera dñe q̄s ꝛ vincula nostre prauitatis absoluāt: ꝛ tue nobis mie dona cōciliēt Per d. Cō. Petite ꝛ accipietis/ querite et inuenietis/ pulsate ꝛ aperiet̄ vobis: ois em̄ q̄ petit accipit/ ꝛ q̄ q̄rit inuenit/ et pulsanti aperietur. alleluya. Postcō.

Uota nostra q̄s dñe pio fauore psequere: vt dū dona tua in tribulatiōe pcepim⁹: de cōsolatiōe nostra in tuo amore crescam⁹. Per d. e. ¶ Fer. iij. d̄r magna missa de scta maria: nisi aliqd festū cū regimīe cho. in eadē cōtigerit. Et missa Sal⁹ ppl̄i. d̄r in pcessiōe vbi fit statio/ ad quā missam vnā tm̄ Alla. d̄r. Et in vigilia ascēsiōis d̄r missa de pace in pcessiōe. tm̄ si fest. alicu⁹ scti cū regi. cho. i scda fer. ꝯtigerit: tūc d̄r missa dñicalis i. iij. fer. vel i vigi. ascēsiōis in pcessiōe vbi fit statio. Si simil̄ qd̄ fes. cū regi. cho. in vigi. ascēsionis euenerit: tunc d̄r missa de vigi. i pcessiōe: ꝛ fiat statio. Et sēp i his p̄dictis trib⁹ dieb⁹ d̄r magna mis. i choro post sextā: ꝛ post illā missā statim d̄r hora nona: et tunc exeat pcessio. ¶ In vigilia ascēsionis dñi. Ad missā. Officiū

Omnes gētes plaudite manib⁹: iubilate deo i voce exultatiōis alla alla. ps. Subiecit ppl̄os nobis: et gētes sub pedib⁹ nostris. Orō.

Presta q̄s ops pater/ vt nostre mētis intētio: quo vnigenitus fili⁹ tu⁹ dn̄s noster vēture solennitatis glosus auctor ingressus est/ semp intēdat: ꝛ quo fide pgit: conuersatione perueniat Per. Mēoria de sctā maria/ et de oibus sctis. Lcō actuū aplor. iiij

In diebus illis. Multitudinis aūt credētium erat cor vnū: ꝛ aia vna. Nec quisq̄ eor q̄ possidebat aliqd suū esse dicebat: sed erāt illis oia cōmunia. Et virtute magna reddebant apl̄i testimoniū resurrectiōis iesu xp̄i dn̄i nostri: et gr̄a magna erat in oib⁹ illis. Neq̄ em̄ quisq̄ egēs erat inter illos. Quotquot em̄ possessores agrorū aut domorū erāt vendentes afferebāt precia eorū que vendebāt: et ponebāt ante pedes aplorū. Diuidebat̄ aūt singulis: prout cuiq̄ op⁹ erat. Alla. v. Oēs gētes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. Scdz. iohā. xvij.

In illo tēpore. Subleuatis iesus oculis in celum: dixit. Pater/ venit hora/ clarifica filium tuum: vt et filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis: vt omne qd̄ dedisti ei: det eis vitā eternā. Hec est aūt vita eterna/ vt cognoscāt te solū verū deū: ꝛ quē misisti iesū christū Ego te clarificaui sup terrā opus cōsummaui quod dedisti mihi vt

faciã Et nũc clarifica me tu pater apud temetipsũ: claritate quã habui priusq̃ mundus esset apud te. Manifestaui nomẽ tuũ hoibus: quos dedisti mihi de mũdo. Tui erãt / ꝛ mihi eos dedisti: ꝛ sermonẽ tuũ seruauerũt. Nũc cognouerũt q̃a oia q̃ dedisti mihi abs te sũt q̃a verba q̃ dedisti mihi / dedi eis. Et ipi acceperũt ꝛ cognouerũt vere q̃ a te exiui: ꝛ crediderũt q̃a tu me misisti. Ego pro eis rogo / nõ pro mũdo rogo: sed pro his quos dedisti mihi: quia tui sunt Et mea oia tua sũt / ꝛ tua mea sũt: ꝛ clarificat⁹ sũ in eis. Et iã nõ sũ in mũdo: ꝛ hi in mundo sunt: ꝛ ego ad te venio. Offer. Uiri galilei q̃d admiramini aspiciẽtes i celũ: hic ies⁹ q̃ assũptus est a vobis i celũ sic veniet: quẽadmodũ vidistis eũ ascẽdẽtẽ in celũ all'a. Secre.

SAcrificiuz dñe pro filij tui supplices venerabili quam preuenimus nũc ascẽsione deferim⁹: presta q̃s: vt ꝛ nos per ipsum his sacrosanctis cõmercijs / ad celestia cõsurgamus. Qui tecũ. ꝛc. Prefatio quotid. Cõ. Pater / cum essem cũ eis: ego seruabã eos quos dedisti mihi alleluya: nũc aũt ad te venio: non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo all'a all'a. Postcõio.

TRibue q̃s dñe / vt p hec sacramẽta q̃ sũpsim⁹ illuc tẽdat nr̃e deuotiõis affect⁹: quo tecũ est nr̃a substãtia / ies⁹ xp̃s dñs nr̃. q̃ te. ¶ In die ascẽsiõis dñi of.



Iri galilei q̃d admiramini aspiciẽtes in celũ all'a: quemadmodũ vidistis eũ ascẽdentẽ i celũ: ita veniet all'a all'a all'a. Ps. Cũq̃ intuerẽtur in celũ euntẽ illũ ecce duo viri astiterũt iuxta illos in vestib⁹ albis: q̃ dixerũt. Kyrie eleyson. Gl'ia in excel. ořo.

COncede q̃s ops de⁹: vt qui hodierna die vnigenitũ tuum redẽptorẽ nostrũ ad celos ascẽdisse credimus: ipsi quoq̃ mẽte in celestibus habitemus. Per eundẽ

Lectio actuum apostolorum .j.

PRimũ quidẽ sermonẽ feci de oibus o theophile / q̃ cepit iesus facere et docere / vsq̃ in diẽ qua p̃cipiẽs ap̃lis p sp̃m sc̄tm quos elegit assumptus est: quib⁹ et p̃buit seipsũ viuũ / post passionẽ suã in multis argumẽtis / per dies quadraginta apparens eis / et loquẽs eis de regno dei. Et conuescẽs p̃cepit eis ab hierosolymis ne discederẽt sed expectarẽt pmissionẽ patris / quã audistis inquit per os meũ. Quia iohãnes quidẽ baptizauit aqua: vos aũt baptizabimini spũ sc̄tõ / non post multos hos dies Igitur q̃ cõuenerãt interrogabãt eũ dicẽtes. Dñe / si in tp̃e hoc restitues regnũ israel: Dixit aũt eis. Nõ est vestrũ nosse tẽpora vel momẽta que pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutẽ superuenientis spũs sc̄ti in vos ꝛ eritis mihi testes in hierusalẽ / ꝛ in omni iudea ꝛ samaria et vsq̃ ad vltimũ terre. Et cũ hec dixisset / vidẽtib⁹ illis eleuatus est et nubes suscepit eũ ab oculis eoꝝ. Cũq̃ intuerẽtur in celũ euntẽ illũ ecce duo viri astiterũt iuxta illos in vestib⁹ albis / q̃ et dixerũt. Uiri galilei: q̃d statis aspiciẽtes i celũ: Hic iesus q̃ assumptus est a vo

bis in celũ: sic veniet quẽadmodũ vidistis eũ euntẽ in celũ. Alla. ℣. Ascẽdit de⁹ i iubilatiõe: ⁊ dñs i voce tube Hac die/ ⁊ i octa. etiã si duplex fes. ibidẽ celebrer: dr Alla. ℣. Ascendẽs xp̃s in altũ: captiuã duxit captiuitatẽ dedit dona hoibus. Quotide p oct. nisi i dñica ⁊ in oct. siue fiat seruitiũ de ascẽ. siue de aliquo festo cum regimie cho. nisi in fes. philippi ⁊ iacobi/ ⁊ in iuẽtiõe sctẽ crucis erit secũdũ Alla. ℣. Dñs i synai in sctõ: ascẽdens in altũ captiuam duxit captiuitatẽ.

Rex oĩps die hodier (Seqñ. na. Mundo triũphali redẽpto potẽtia. Victor ascẽdit celos vnde descẽderat. Nã quadraginta postq̃ surrexerat Dieb⁹ sacris cõfirmãs pectora. Apostolorũ pacis chara relinquẽs oscula Quib⁹ et dedit potestatẽ laxãdi crimina. Et misit eos in mundũ baptizare cũctas aias. In p̃ris ⁊ filij ⁊ sp̃us scti clemẽtia. Et ꝯuescens p̃cepit eis ab hierosolymis. Ne abirent sed expectarẽt promissa munera Nõ post multos ei dies mittã vobis sp̃m paraclytũ in terra Et eritis mihi testes in hirl̃m iudea siue samaria. Et cũ hoc dixisset videntibus illis eleuat⁹ est ⁊ nubes clara. Suscepit eũ ab eoꝝ oculis ituẽtibus illis ethera Ecce stetere amicti duo viri i veste alba. Iuxta dicẽtes qd admiramini celoꝝ alta/ Jes⁹ ei hic q̃ assũpt⁹ est a vob' ad p̃ris dexterã. Ut ascendit ita veniet: q̃rẽs talẽti cõmissi lucra. O de⁹ celi mar' arui hoiem quẽ creasti quẽ fraude subdola. Hostis expulit paradiso ⁊ captiuatũ secum traxit ad tartara. Sanguine proprio: quẽ redemisti de⁹. Illuc ⁊ reuehis: vñ prius corruit padisi gaudia Iudex cũ vener' iudicare scl'a Da nobis petim⁹ sẽpiterna gaudia in sctõꝝ patria. In qua tibi cãtem⁹ oẽs alla. Scd̃m marcũ. xvj



In il. t. Recũbẽtib⁹ vndeci discipulis appuit illis ies⁹ ⁊ exprobrauit incredulitatem illorũ ⁊ duriciã cordis: qa his qui viderãt eũ resurrexisse nõ crediderãt. Et dixit eis. Eũtes in mũdũ vniuersum p̃dicate euãgeliũ oĩ creature Qui crediderit et baptizatus fuerit: salu⁹ erit. Qui vero nõ crediderit: ꝯdẽnabit. Signa aũt eos q̃ crediderint hec sequẽtur. In noie meo demõia eijciẽt: liguis loquẽtur nouis/ serpẽtes tollent. Et si mortiferũ q̃d biberint nõ eis nocebit Sup egros man⁹ iponẽt et bene habebũt. Et dñs q̃dẽ ies⁹ postq̃ locut⁹ est eis assũpt⁹ est i celũ: et sedet a dextris dei. Illi aũt p̃fecti p̃dicauerũt vbiq; dño cooperãte: et sermonẽ ꝯfirmãte/ sequẽtibus signis. Credo. Offr. Ascẽdit de⁹ in iubilatiõe: ⁊ dñs i voce tube alla. Secr.

Suscipe dñe mũera q̃ p filij tui gl'osa ascẽsione deferimus: ⁊ ꝯcede ppiti⁹: vt a p̃ntibus p̃iculis liberemur/ ⁊ ad vitã p̃ueniamus eternã. Per eundẽ. Prefatio. Qui post resurrectionem. ⁊ Cõicãtes. Et dr̃ p totas octa. et etiã in dñica qñ de ascensiõe agit. Cõ. Psallite dño q̃ ascẽdit super celos

celorũ ad orientem alleluya. Postcõio

Presta nobis q̃s oĩps et misericors deus: vt q̃ visibilibus mysterijs sumẽda pceptimus inuisibili cõsequamur effectu. p. Per totas octa. dr eadẽ missa: nisi fes. cũ regi. cho. ĩtercurrat / et nisi in dñica: sed sine seq̃n. et Credo. ¶ Dñica infra octa. ascensiõis. Officiũ.



Exaudi dñe vocẽ meã qua clamaui ad te alleluya: tibi dixit cor meũ q̃siui vultũ tuũ vultũ tuũ dñe req̃rã ne auertas faciem tuã a me alla alla. ps. Dñs illũiatio mea et salus mea quẽ timebo. Deinde dr Kyrie el. de iiij. die ĩfra oc. cũ reg. cho. licz i. vj fer. vel ĩ sabbato p̃cedẽte aliqd fes. cũ regi. cho. celebratũ fuerit. Orõ

Omnĩps sẽpiterne deus: fac nos tibi semper et deuotã gerere voluntatẽ: et maiestati tue sincero corde seruire. p d. Mẽo. fiat de ascẽ. Lc. õ epl'e btĩ petri apl'i. j. p. iiij

Charissimi. Estote prudentes: et vigilate in orõnibus Ante oĩa aũt mutuã in vobismet ipsis charitatẽ cõtinuã habentes quia charitas operit multitudinẽ pctõrũ. Hospitales ĩuicẽ: sine murmuratiõe. Unusq̃sq; sicut accepit grãm ĩ alterutrũ illã administrãtes: sicut boni dispẽsatores multiformis gratie dei. Si quis loq̃tur quasi sermones dei. Si quis ministrat tanq̃ ex virtute quam administrat deus: vt in omnibus honorificetur deus. Per iesum christũ dñm nostrũ. Alla. V. Regnabit dñs sup oẽs gẽtes: deus sedet super sedẽ sctãm suã. Alla. V. Nõ vos reliquã orphanos vado et venio ad vos / et gaudebit cor vrm. Nulla dr sequẽtia. S. iohãnẽ xv.



In il. t. d. ie. di. suis Cũ venerit paraclitus quẽ ego mittam vobis a patre spm̃ veritatis qui a patre procedit: ille testimoniũ perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis: quia ab initio mecũ estis. Hec locutus sum vobis: vt nõ scandalizemini. Absq; synagogis faciẽt vos. Sed venit hora vt omnis qui interficit vos / arbitretur obsequiũ se p̃stare deo. Et hec facient vobis: q̃a nõ nouerũt patrẽ neq; me. Sed hec locutus sum vobis: vt cũ venerit hora eorũ reminiscamini: q̃a hec dixi vobis. Offr.

Lauda aĩa mea dñm: laudabo dñz ĩ vita mea / psallã deo meo q̃diu ero al. Secr

Presta q̃s oĩps deus / vt hãc tibi hostiã ĩ eius corpus et sanguinẽ placabiliter offeramus: quẽ sedentẽ a dextris virtutis tue etiã pro nobis interpellare cõfidimus dñm nostrũ iesum xp̃m filiũ tuũ. Qui tecũ. Cõio. Pr cũ essem cũ eis / ego seruabam eos quos dedisti mihi alleluya: nunc autem ad te venio / non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo alleluya alleluya. Postcõio.

Presta quesumus omnipotẽs deus: vt p hec sacrosctã cõmertia in totius ecclesie cõfidamus corpore faciendũ: quod eius p̃cessit in capite. Per eũ. Si aliqd festũ cũ regi. cho. ĩ hac dñica eue. totũ seruitiũ fiat de festo et missa

de do. in capl'o dr xū cātu sup Kyrie el. Glia in ex. Sctūs. et Agn'. sicut i fest. triū lc. sine regi. cho. cū vno Alla. V. Regnabit. Et tūc ad missam de fes. erit scd'm Alla. V. Nō vos nisi in festo sctē crucis. Et etiā erit scd'm Alla. i crastino oct. ascē. licet de sctā maria fiat plenū seruitiū.

¶ In oc. ascē. do. ad mis. oīa fiāt sicut i die more simplicis festi: nisi dup. fes. ipediat sine seqn. et Credo

¶ Fer. vj. totū fiat seruit. de sctā mar. si a fest. cū regi. cho. vacaue.

¶ In vigi. pēthe. cātata hora nona accedat sacer. ad altare cū dyaco. et subd. et ceteris ministris altaris i solenni apparatu/ sicut in vigi. pasche: cōfessiōe iā nō dicta: sed tm̄ Pr nr. et legāt lctōnes a dignioribus personis i superpellicijs ad gradū chori sine titulis. Lectio .j.

Tentauit deus abrahā: et dixit ad eū. Abrahā abrahā. At ille rn̄dit. Assum. Ait illi. Tolle filiū tuū quē diligis ysaac: et vade in terrā visiōis/ atq3 offeres eū ibi in olocaustū super vnū mōtiū quē mōstrauero tibi Igitur abraham de nocte cōsurgens/ strauit asinū suū ducēs secū duos iuuenes et ysaac filiū suū. Cūq3 cōcidisset ligna in holocaustū: abijt ad locū quē pceperat ei de' Die aūt tertio eleuatis oculis vidit locū procul/ dixitq3 ad pueros suos. Expectate hic cū asino/ ego et puer illuc vsq3 pperātes/ postq̄ adorauerim' reuertemur ad vos. Tulit quoq3 ligna olocausti/ et iposuit sup ysaac filiū suū: ipse vero portabat in manib' suis ignē et gladiū. Cūq3 duo pergerēt simul: dixit ysaac pr̄i suo Pater mi: At ille respōdit. Quid vis fili: Ecce inquit ignis et ligna vbi est victima olocausti: Dixitq3 abrahā. Deus puidebit sibi victimam olocausti fili mi. Pergebāt ergo pariter: venerūt ad locū quē ostēderat ei deus. In quo edificauit altare: et desup ligna cōposuit Cumq3 colligasset ysaac filiū suū posuit eū i altari sup struē lignor Extenditq3 manū/ et arripuit gladiū vt immolaret filiū suū. Et ecce angelus dn̄i de celo clamauit dicens. Abrahā abrahā. Qui rn̄dit Assū. Dixitq3 ei. Ne extēdas manū tuā sup puerū: neq3 facias illi quicq̄ Nūc cognoui q' timeas deū et non pepcisti filio tuo vnigenito propter me. Leuauit abrahā oculos suos: viditq3 post tergū arietē inter vepres herētē cornib'. Quē assumēs obtulit olocaustū pro filio: appellauitq3 nomē loci illius/ dn̄s videt Unde vsq3 hodie dicitur in mōte dn̄s videbit Uocauit aūt angel' dn̄i abrahā scd'o de celo dicēs: p memetipm iuraui dicit dn̄s q'a fecisti rē hāc/ et nō pepcisti filio tuo vnigeito ppter me bn̄dicā tibi et multiplicabo semē tuū sicut stellas celi/ et velut arenā q̄ est in littore maris Possidebit semē tuū portas inimicorū suorū et bn̄dicent in semie tuo oēs gētes terre: q'a obedisti voci mee Reuers' est abrahā ad pueros suos: abieruntq3 bersabee sil'/ et hitauit ibi. Sequat oro sine Dn̄s vo. s3 tm̄ cū Orem' oro

Deus qui in abrae famuli tui opere humano generi obedientie exempla prebuisti: concede nobis et nostre voluntatis

prauitatē frāgere ⁊ tuorū pceptorū rectitudinē in oībus adimplere Per do. Lectio .ij. Scripsit moyses cāticū. Require in vigi. pasche. Tr. Attēde celū. Dēs tr. a choro dūr alternati pter vltimū ⁊ oēs orōnes sint Dūs vo. pter vltimā dūr: sed tn̄ cū Oremus. Oratio.

Deus q̄ es glificatio fideliū ⁊ vita iustor: q̄ p moysē famulū tuū nos quoqȝ modulatione sacri carminis erudisti: vniuersis gētibus mīe tue munus operare/ tribuēdo btitudinē/ auferēdo terrorē: vt quod pnūciatū est ad supplicium/ in remediū trāsferat eternū. Per dām. Lectio .iij. Apphēdēt septē mulieres. Et tr. Vinea facta. quere .s. folio. lxxxv. Oratio.

Deꝰ q̄ nos ad celebrādā hāc psentē festiuitatē vtriusqȝ testamēti paginis istruis: da nob' itelligere mīas tuas: vt ex pceptione pñtiū mūerū firma sit expectatio futuror. Per do. Baruch .iij.

Audi isrl' mādata vite: auribus pcipe vt scias prudētiā. Quid est isrl'/ qȝ in terra inimicorū es? Inueterasti in terra aliena: coinqnatꝰ es cū mortuis. Deputatꝰ es cū descēdētibus in infernū: dereliq̄sti fontē sapiētie Nā si in via dei ambulasses/ habitasses vtiqȝ in pace sup terrā. Disce vbi sit sapiētia/ vbi sit vtꝰ/ vbi sit prudētia/ vbi sit intellecꝰ/ vt scias simul vbi sit lōgiturnitas vite ⁊ virtus/ vbi sit lumē oculorū et pax. Quis inuenit locū eiꝰ: ⁊ q̄s itrouit in thesauros eiꝰ? Ubi sunt principes gentiū: q̄ dn̄antur sup bestias q̄ sunt sup terrā? Qui in auibꝰ celi ludūt: q̄ argētū thesaurizant ⁊ aurū in quo cōfidūt hoīes ⁊ nō est finis acq̄sitiōis eorū. Qui argentū fabricāt ⁊ solliciti sunt nec est inuētio operū illor. Exterminati sunt ⁊ ad inferos descēderūt ⁊ alij loco eor exurrexerūt Iuuenes viderūt lumē: et hītauerūt sup terrā. Viā autē discipline ignorauerūt/ neqȝ itellexerūt semitas eiꝰ: neqȝ susceperūt eā filij eor. A facie eor lōge facta est Nō est audita i terra chanaan: neqȝ visa est in themā. Filij quoqȝ agar q̄ exq̄sierūt prudentiā q̄ de terra est negociatores terre/ et themā/ et fabulatores/ et exq̄sitores prudētie ⁊ intelligētie. Viā aūt sapiētie nescierūt: neqȝ meminerūt semitarū eiꝰ. O isrl'/ q̄ magna est domꝰ dei: ⁊ ingēs locꝰ possessiōis eius Magnus ⁊ nō habet cōsummationē: excelsus ⁊ immēsus. Ibi fuerūt gigātes nominati: illi q̄ ab itio fuerūt staturā magna/ sciētes bellū. Nō hos elegit dūs/ neqȝ viā discipline inuenerūt ppterea perierūt. Et qm̄ non habuerūt sapientiā: interierūt propter suā insipientiā. Quis ascendit in celū ⁊ accepit eā: ⁊ eduxit eā de nubibus. Quis transfretauit mare/ et inuenit eā: et attulit illā sup aurū electū? Nō est qui possit scire vias eius: neqȝ qui exq̄rat semitas eius. Sed qui scit vniuersa nouit eā/ ⁊ adinuenit illā prudētia sua. Qui pparauit terrā in sempiterno tpe et adipleuit eā bipedibꝰ et quadrupedibꝰ. Qui emittit lucē et vadit ⁊ vocauit illā: et obedit illi in tremore. Stelle aūt dederūt lumē in custodijs suis: et le-

tate sunt. Vocate sunt/ et dixerūt Ecce assumus. Et luxerūt ei cū iocūditate: q fecit illas. Hic est deus nr: et nō estimabit alius aduersus eū Hic adinuenit oēm viā disciplie et dedit illā iacob puero suo: et isrl dilecto suo. Post hec i terris visus est: et cū hoibus ɔuersat⁹ est. Orō.

Deus q nobis per pphetaꝝ ora pcepisti tpalia relinquere/ atqz ad eterna festinare: da famulis tuis vt que a te iussa cognouim⁹/ implere celesti inspiratione valeamus. Per dnm. Tract⁹

Sicut ceru⁹ desiderat ad fōtes aquaꝝ: ita desiderat aia mea ad te de⁹. V. Sitiuit aia mea ad deū viuū qn veniā et apparebo añ faciē dei mei. V. Fuerūt mihi lachryme mee panes die ac nocte: dū dicit mihi p singulos dies vbi est de⁹ tu⁹

Deiñ he due orōnes dicūt sub vno Per dnm. et sub vno Oremus. orō.

Concede qs oips deus: vt qui solēnitatē doni scti spūs colimus: celestibus desiderijs accensi: fontē vite sitiamus: dnm nrm iesum xpm filiū tuū. Alia oratio.

Omnips sempiterne de⁹: q paschale sacramētū quīquaginta dierū voluisti mysterio ɔtineri psta qs: vt gentiū facta dispsio diuisiōe linguarū: ad vnā ɔfessionē tui nois celesti munere ɔgregetur Per dn. Deiñ sequant letanie/ et bndictio fontiū sicut in vigi. pasc. eodē videlicet mō et ordine in eundo et redeūdo et in statione. In redeūdo dr Rex sctorū. et postea incipiat mis. Kyrie el. et interim dicat sacer. Cōfiteor. etc. more solito. Sequat Glia in excelsis. Tūc oēs genu flectent exuētes cappas nigras: et pulsentur oēs cāpane. Deinde dr Dñs vobiscū. Oratio.

Presta qs oips deus/ vt claritatis tue super nos splendor effulgeat: et lux tue lucis corda eorū qui per gratiā tuā renati sunt: scti spūs illustratione confirmet. Per dnm. in vnitate eiusdē.

Lectio actuū apostolorum. xix.

In diebus illis. Factū est cū appollo esset corinthi et paul⁹ pagratis supioribus partibus veniret ephesum/ et iueniret quosdā discipulos dixitqz ad eos. Si spiñ sctm accepistis credētes. At illi dixerūt ad eū. Sed neqz/ si spūs sanctus est audiuim⁹. Ille vero ait. In quo ergo baptizati estis Qui dixerūt. In iohānis baptismate. Dixit autē paulus. Johānes baptizauit baptismo penitētie populum: docēs in eū q venturus esset post ipm vt crederēt/ hoc est in iesum. His auditis baptizati sunt/ in noie dñi iesu. Et cū iposuisset illis man⁹ paulus: venit spūs sctūs sup eos/ et loqbant liguis/ et pphetabāt. Erāt aūt oēs viri fere duodeci. Introgressus aūt paul⁹ synagogā/ cū fiducia loquebat per tres menses: disputās et suadēs de regno dei. Lecta epla duo clerici de scda forma in cappis sericis/ in pulpito cantēt hoc Alla. Chor⁹ idē psequat. Clerici V. Confitemini dño qm bonus: qm in seculū mia eius. Chorus finiat cū neuma. Item clerici reincipiāt Alla. sine neuma. Deinde sequat tractus/ qui a duobus de secūda forma in cappis nigris ad gradū chori totus et integer cātet choro interim sedēte. Tract⁹

Laudate dñm oẽs gẽtes: ꝛ collaudate eũ oẽs populi. ℣. Qm̃ cõfirmata est sup nos mia ei⁹: ꝛ ỽitas dñi manet ineternũ. Iterũ ỽo ꝑcedat dyaconus cũ subdya. ꝑ mediũ cho. more solito sine cruce ad legẽdũ euãgeliũ: quẽ ꝑcedãt duo ceroferarij cereis extīct ꝭ: ꝛ legat̃ ĩ pulpito more dñicali euãge. seq̃ns. S. io. xiiij



In il. t. d. ie. di. suis Si diligit ꝭ me: mandata mea seruate. Et ego rogabo patrẽ ꝛ aliũ paraclytũ dabit vobis: vt maneat vobiscum ineternum/spiritum veritatis quem mundus non potest accipere/quia non videt eum/nec scit eum. Uos autẽ cognoscetis eum quia apud vos manebit/et in vobis erit. Non vos relinquam orphanos: veniã ad vos. Adhuc modicũ: et mundus me iam nõ videt Uos autẽ videtis me: quia ego viuo et vos viuetis. In illo die vos cognoscetis quia ego sum ĩ patre meo: et vos in me/ ꝛ ego in vobis Qui habet mãdata mea ꝛ seruat ea: ille est qui diligit me. Qui autem diligit me: diligetur a patre meo. Et ego diligã eum: et manifestabo ei meipsum. Non dicitur Credo. Offer. Emitte spiritũ tuũ et creabũtur: et renouabis faciem terre/ sit gloria domini in secula alla. Secreta.

Hostias populi tui quesum⁹ dñe miseratus intẽde: ꝛ vt tibi reddãtur accepte: consciẽtias nostras scti spũs salutaris emundet aduẽtus. Per d. eiusdẽ. Prefatio quoq̃. Hac die Sctũs. ꝛ Agn⁹. solẽniter dñr. Cõio. Ultimo festiuitatis die dicebat iesus: qui in me credit flumina de vẽtre eius fluẽt aque viue: hoc aũt dixit de spiritu quẽ accepturi erãt credentes in eum alleluya alla. Postcõio.

Presta q̃s o ops deus: vt spũs sctũs aduenienſ maiestatẽ nobis filij tui manifestãdo clarificet. Per eundẽ. in vnitate eiusdẽ.

¶ In die sctõ pẽthecostes. Offiu



Spirit⁹ dñi repleuit orbẽ terrarũ alla/ ꝛ hoc quod continet omnia sciẽtiam habet vocis/ alleluya alleluya alleluya. ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: ꝛ fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

Deus q̃ hodierna die corda fideliũ scti spũs illustratione docuisti: da nobis in eodẽ spiritu recta sapere/ et de eius semper

cõsolatione gaudere. Per. i vni. eiusdẽ. Lctõ actuũ apostolorũ. ij.

pristinā cōuersationē veterē hominē q̄ corrūpit secūdū desideria erroris. Renouamini aūt spiritu mentis vestre: & induite nouū hominē / qui secundū deū creatus est in iustitia & sctitate veritatis In xpo iesu: dño nr̄o. S. matheū. xxj



IN il. tpe. Cū venisset iesus in templū: accesserūt ad eū principes sacerdotū & seniores populi: dicētes In qua potestate hec facis: & quis dedit tibi hāc potestatē Respondēs iesus: dixit eis Interrogabo vos & ego vnū sermonē: quē si dixeritis mihi / & ego vobis dicā i qua potestate hec facio. Baptismus iohānis vnde erat: de celo / an ex hominibus. At illi cogitabant intra se: dicētes. Si dixerimus de celo: dicet nobis. Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus: timemus turbā. Oēs em̄ habebāt iohānē: sicut prophetā. Et respondētes iesu: dixerūt. Nescim⁹. Ait illis & ipse. Neq̄ ego dico vobis: in qua potestate hec facio. ¶ Dominica. iij. post trinitatē. Offīn.



Respice in me & miserere mei dñe quoniam vnicus & pauper sum ego: vide humilitatē meā et laborē meum: et dimitte omnia peccata mea deus meus. ps. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescam. Oratio.

Deprecationē nostrā quesumus dñe benignus exaudi: et quibus supplicādi prestas affectū: tribue defensionis auxiliū. p. d. Lcō eple bti pe. apli. j. ca. v.

Charissimi. Hūiliamini sub potēti manu dei: vt vos exaltet in tpe visitatiōis. Oēm sollicitudinē vestrā proijciētes in eū: qm̄ ipsi cura est de vobis. Sobrij estote & vigilate: q̄a aduersarius vester dyabolus / tāq̄ leo rugiēs: circuit: querēs quē deuoret Cui resistite fortes in fide: sciētes eandē passionē ei q̄ in mūdo est / vr̄e fraternitati fieri. De⁹ aūt oīs grē q̄ vocauit vos in eternā suā gloriā: in xpo iesu modicū passos: ipse pficiet / cōfirmabit / solidabitq̄. Ipsi glīa et iperiū: in scla seculor. Gr.

Iacta cogitatū tuū in dño: & ipse te enutriet. V. Dū clamarē ad dñm exaudiuit vocē meā: ab his qui appropinquāt mihi Alla. V. Diligā te dñe virtus mea: dñs firmamentū meum et refugiū meū & liberator meus. Secundū lucam. xv



IN illo tē. Erāt appropiquātes ad iesū publicani & pctōres vt audirēt illū Et murmurabāt scribe & pharisei dicētes / q̄r hic pctōres recipit: & mādūcat cū illis. Et ait ad illos pabolā istā dicēs Quis ex vob homo q̄ habet cētū oues / & si pdiderit vnā ex illis: nōne dimittit nonagitanouē i deserto / & vadit ad illā q̄ pierat / donec iueniat illā? Et cū inuenerit eā: iponit

in humeros suos gaudẽs Et cũ ve
niẽs domũ cõuocat amicos ⁊ vi=
cinos/dicẽs illis. Congratulami
ni mihi: quia inueni ouẽ meã que
perierat. Dico vobis/ꝙ ita gau=
diũ erit in celo super vno peccato
re penitentiã agẽte: ꝙ supra nona
ginta noue iustis/ qui nõ indigẽt
penitẽtia. Aut que mulier habẽs
dragmas decẽ: et si perdiderit dra
gmã vnã: nonne accendit lucer=
nam/et euertit totã domũ/⁊ que
rit diligẽter donec inueniat eam:
Et cũ iuenerit: cõuocat amicas ⁊
vicinas dicẽs. Congratulamini
mihi: qa inueni dragmã quã per=
diderã. Ita dico vobis: gaudium
erit corã angelis dei sup vno pec=
catore: penitentiã agente. Offer.
Sperẽt in te oẽs qui nouerũt nomẽ tuũ
dñe: quoniã non derelinquis querentes
te: psallite dño qui habitat in syon: quoni
am nõ est oblitus orationẽ pauperũ. Sec.

Munera tibi dñe quesumus
oblata sanctifica vt tui no
bis vnigeniti corpus ⁊ sanguis fi
ant ad medelã. Qui tecum. Cõ.
Ego clamaui qm̃ exaudisti me de⁹: in
clina aurẽ tuã ⁊ exaudi ꝟba mea. Postc.

Sacris dñe muneribus pce
ptis q̃s: vt nos eor virtute
⁊ a vicijs oib⁹ expies: ⁊ donis gra
tie tue iugiter repleas. Per dñm

¶ Lect. iiij. Ad timotheũ. ij. c. iiij

Charissime. Dñs mihi asti=
tit et cõfortauit me: vt per
me predicatio adimpleatur: et au
diãt oẽs gentes et liberatus sum
de ore leonis. Liberauit me domi
nus ab omni opere malo: ⁊ saluũ
faciet in regnum suũ celeste Ipsi
gloria: in scła seculorũ amẽ. Se=
quẽtia scti euãgelij scdz mathe. v



In il.t.d.
ie. di. suis
Esto cõsentiẽs
aduersario tuo
cito/dũ es i via
cũ eo /ne forte
tradat te aduer
sarius iudici: et
iudex tradat te
ministro/⁊ in carcerem mittaris
Amẽ dico tibi: non exies inde: do=
nec reddas nouissimũ quadrãtẽ.
Audistis qr dictũ est antiquis: nõ
mechaberis. Ego aũt dico vobis
qa oĩs q̃ viderit mulierẽ ad cõcu=
piscẽdũ eã /iã mechatus est eam
in corde suo. Qđ si oculus tu⁹ dex
ter scãdalizat te/erue eũ: et pijce
abs te. Expedit eñ tibi vt pereat
vnũ mẽbrorũ tuorũ: ꝙ totũ corpus
tuũ mittat in gehẽnã. Et si dexte
ra manus tua scãdalizat te: absci
de eã ⁊ pijce abs te Expedit ei tibi
vt pereat vnũ mẽbrorũ tuorũ: ꝙ to
tũ corpus tuũ eat in gehennam.

¶ Dñica. iiij. post trinita. Offiu



Dominus illumina
tio mea: ⁊ sal⁹ mea
quẽ timebo: dñs de=
fẽsor vite mee a quo
trepidabo: q̃ tribu=
lãt me inimici mei: ipsi infirmati
sũt ⁊ ceciderũt. ꝟ. Si cõsistãt aduersũ
me castra nõ timebit cor meũ. Oratio.

Protector in te sperãtium
deus sine quo nihil est vali
dum/nihil sanctũ: multiplica su
per nos misericordiam tuam: vt
te rectore/ te duce: sic trãseamus
per bona temporalia: vt nõ amit
tamus eterna. p d. Ad roma. viij

FRatres. Existimo enim / q nō sunt cōdigne passiōes hui⁹ tpis: ad futurā gloriā q̄ reuelabit in nob. Nā expectatio creature: reuelationē filioꝝ dei expectat. Uanitati enim creatura subiecta est / nō volēs: sed propter eum q̄ subiecit eā in spe. Qr ⁊ ipsa creatura liberabit a seruitute corruptionis: in libertatē glie filiorū dei. Scimus enim q̄ois creatura ingemiscit: ⁊ parturit vsq; adhuc. Nō solū aūt illa: sed ⁊ nosipsi primitias spūs habētes / ⁊ ipsi intra nos gemim⁹ adoptionē filioꝝ dei / expectātes redēptionē corporis nr̄i. In xp̄o iesu: dño nr̄o. Gr. Propitius esto dñe pctis nr̄is: nequādo dicāt gētes vbi est de⁹ eoꝝ. V. Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ pp̄ter honorē nois tui dñe libera nos. Alla. V. Dñe in virtute tua letabit rex: ⁊ super salutare tuū exultabit vehemēter. Scdʒ lucā. vj.



IN ill. t. di. ie. di. suis Estote misericordes: sicut et pater vester misericors est. Nolite iudicare: et nō iudicabimini. Nolite cōdēnare: ⁊ nō cōdēnabimini. Dimittite: ⁊ dimittemini. Date ⁊ dabit vobis. Mēsurā bonā ⁊ confertā ⁊ coagitatā ⁊ supefluētē: dabūt i sinū vestrū. Eadē quippe mensura qua mēsi fuerit: remetiet vobis. Dicebat aūt illis: ⁊ similitudinē. Nūqd potest cec⁹ cecū ducere. Nōne ābo i foueā cadūt. Nō est discipul⁹ sup magistrū. Perfect⁹ aūt ois erit: si sit sicut magister eius. Quid aūt vides festucā in oculo fratris tui: trabē aūt q̄ i oculo tuo est / nō ↄsideras. Aut quomō potes dicere fratri tuo: frater sine eijciā festucā de oculo tuo: ip̄e i oculo tuo trabē nō vides. Ypocrita / eijce primū trabē de oculo tuo: ⁊ tūc ↄspicies vt educas festucā: de oculo fr̄is tui. Offr. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiā i morte: neq̄n dicat inimic⁹ me⁹ pualui aduers⁹ eū. Secr.

REspice q̄s dñe munera supplicātis ecclesie: ⁊ saluti credētiū ppetua sctificatiōe sumēda cōcede. Per. Cō. Dñs firmamētū meū et refugiū meū / et liberator meus: deus meus adiutor meus. Postcōio.

SAncta tua nos dñe sūpta viuificēt: et mie sempiterne pparēt expiatos. p. ¶ Fer. iiij. Lcō ep̄le btī iohānis. ap̄li. j. ca. ij.

CHarissimi. In hoc scimus q̄m cognouim⁹ deū: si mādata eius obseruamus. Qui dicit se nosse eū / ⁊ mādata ei⁹ nō custodit: mēdax est / ⁊ in hoc veritas nō est. Nā q̄ custodit verbū ei⁹: vere in hoc charitas dei pfecta est. In hoc scimus: quoniā in ipso sumus. Qui dicit se in christo manere: debet sicut ille ambulauit: ⁊ ipse ambulare. Scdm matheum. xvij.



IN illo tēpore. Interrogauerunt discipuli iesum: dicentes. Quid scribe dicunt: q̄ helyā oporteat primū venire. At ille rñdens:

ait eis. Helyas quidē ve͂turus est: et restituet oīa. Dico aūt vobis: q̄a helyas iā venit/ et nō cognouerunt eū: sed fecerūt in eo quecūq̧ voluerūt. Sic et filius hoīs: passurus est ab eis. Tūc intellexerūt discipuli q̄a de iohāne baptista dixisset eis. Et cū venisset ad turbā accessit ad eū homo genibus prouolut⁹ ante eū dicēs. Dn̄e miserere filio meo q̄a lunaticus est et male patit. Nā sepe cadit in ignē et crebro in aquā: et obtuli eū discipulis tuis/ et nō potuerūt curare eum. Rn̄dēs aūt iesus: ait O gn̄atio incredula et pu̍ersa/ quousq̧ ero vobiscū: vsq̧quo patiar vos? Afferte huc illum ad me. Et increpauit eū iesus: et exijt ab eo demonium et curatus est puer ex illa hora.

Dñica.v.post trinita. Offm̄.

Exaudi dn̄e vocē meā qua clamaui ad te: adiutor me⁹ esto ne derelinquas me/ neq̧ despicias me de⁹ salutaris me⁹. ℣. Dn̄s illuminatio mea et sal⁹ mea quē timebo. Kyrie el. Orō.

Da nobis q̄s dn̄e: vt et mūdi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigat/ et ecclesia tua tranquilla deuotiōe letetur. Per dn̄m

Lcō epl'i beati petri apl'i. j. ca. iij.

Charissimi. Oēs vnanimes in orōne estote cōpatiētes fraternitatis amatores: misericordes/ modesti/ humiles. Non reddētes malū pro malo/ vel maledictū pro maledicto: sed ecōtrario benedicētes. Quia in hoc vocati estis: vt benedictionē hereditate possideatis. Qui enim vult vitā diligere/ et cupit videre dies bonos: coherceat linguā suā a malo/ et labia eius ne loquantur dolum. Declinet aūt a malo/ et faciat bonū: inquirat pacē et sequatur eā. Quia oculi dn̄i sup iustos et aures eius ad preces eorū. Vultus aūt dn̄i: super faciētes mala. Et q̄s est qui vobis noceat: si boni emulatores fueritis/ Sed et si q̄d patiamini propter iustitiā beati. Timorē aūt eorū ne timueritis: vt nō cōturbemini. Dn̄m aūt christū: sanctificate in cordib⁹ vestris. Gr. Protector noster aspice deus: et respice sup seruos tuos. ℣. Dn̄e deus virtutū: exaudi preces seruorū tuorū. Alla. ℣. In te dn̄e speraui nō cōfundar ineternū: in tua iustitia libera me et eripe me inclina ad me aurē tuam/ accelera vt eripias me. Euangeliū. S. lucā. v.



In illo t. Cū turbe irruerēt ad iesū vt audirēt verbū dei: et ipse stabat secus stagnū genazareth Et vidit duas naues stātes secus stagnū: piscatores aūt descenderāt/ et lauabāt retia. Ascēdens aūt in vnā nauim q̄ erat symōis: rogauit eum vt a terra reduceret pusillū. Et sedēs/ docebat de nauicula turbas. Vt cessauit autē loqui: dixit ad symonem. Duc in altum: et laxate retia vestra in capturā. Et respōdēs symon: dixit illi. Preceptor/ p totā noctē laborātes nihil cepimus: in verbo aūt tuo laxabō rete. Et cum hoc fecis-

sent ɔcluserūt pisciū multitudinē copiosam. Rūpebatur autē rete eorū: et annuerūt socijs qui erant in alia naui/ vt venirēt et adiuuarent eos. Et venerūt et impleuerūt ambas nauiculas: ita vt pene mergerētur. Quod cū videret symon petrus: ꝓcidit ad genua iesu dicēs. Exi a me dñe: qꝛ homo peccator sum Stupor enī circūdederat eū: ꝛ oēs qui cū illo erāt in captura pisciū quā ceperāt. Similiter aūt iacobū et iohānē filios zebedei: q̄ erāt socij symonis. Et ait ad symonē iesus. Noli timere: ex hoc iā hoies eris capiēs. Et subductis in terrā nauibus: relictis omnibus/ secuti sunt eū. Offr. Benedicā dñm q̄ mihi tribuit intellectū: prouidebā deū in cōspectu meo semꝑ/ quoniā a dextris est mihi ne cōmouear. Secr.

Ascēdāt q̄s dñe ꝓces humilitatis nostre in cōspectu clemētie tue: ꝛ descēdat sup hec oblata virtus tue diuinitatis: quam nostris quoqꝫ purificādis mentibus largiaris. Per. Cō. Unā peti a dño hāc reqrā: vt inhabitē in domo dñi oibus diebus vite mee. Postcōio.

Misteria nos domine quesumus sancta purificent: et suo munere tueantur. Per dñm.

¶ Fer. iiij. Ad thimotheū. j. ca. ij

Charissime Obsecro primū oim fieri obsecratiões: orationes/ postulatiões/ gratiaꝝ actiones pro oibus hoibus. Pro regibus/ ꝛ oibus qui in sublimitate sunt cōstituti: vt quietā ꝛ trāquillam vitā agamus/ in omni pietate ꝛ castitate. Hoc enī bonū est/ et acceptū corā saluatore nostro deo qui oēs hoies vult saluos fieri/ et ad agnitionem veritatis venire. Unus enim deus/ vnus ꝛ mediator dei ꝛ hominū homo christus iesus: q̄ dedit redēptionē semetipsū pro oibus Cuius testimoniū tēporibus suis confirmatū est: in quo positꝰ sū ego ꝑdicator ꝛ apl's Ueritatē dico nō mētior doctor gētiū in fide ꝛ veritate. Euā. S. lu. viij

In illo tpe. Factū est in vna dierū: ꝛ iesus ascēdit in naviculā ꝛ discipuli eius. Et ait ad illos. Transfretemus trans stagnū. Et ascēderūt. Nauigantibus aūt illis: obdormiuit. Et descēdit procella venti in stagnū: ꝛ cōpellebātur fluctibus/ ꝛ periclitabantur. Accedētes aūt suscitauerunt eū: dicētes. Preceptor/ perimus. At ille surgēs increpauit ventū/ et tempestatē aque: et cessauit/ et facta est tranquillitas. Dixit aūt illis. Ubi est fides vestra? Qui timētes mirati sunt ad inuicē: dicētes. Quis putas hic est? Quia et vētus imperat ꝛ mari: ꝛ obediūt ei. ¶ Dñica. vj. post tri. Offm.



Dominus fortitudo plebis sue ꝛ ꝓtector salutariū xp̄i sui est saluū fac populū tuum dñe ꝛ bñdic hereditati tue: et rege eos vsqꝫ in seculū. ꝑs. Ad te dñe clamabo deus meus ne sileas a me: nequādo taceas a me/ et assimilabor descēdētibus in lacū. Orō.

Deus q̄ diligētibus te bona inuisibilia ꝑparasti: infunde cordibus nostris tui amoris affectū: vt te in omnibꝰ ꝛ super omnia diligētes: promissiones tuas

que omne desideriũ superãt/cõsequamur. Per d. Ad romanos. vj

FRatres. Quicũqꝫ baptizati sum⁹ in xp̃o iesu: in morte ipsius baptizati sum⁹ Cõsepulti eñ sumus cũ illo per baptismũ in mortẽ: vt quomõ xp̃s surrexit a mortuis per gloriã patris/ itaꝫ nos in nouitate vite ambulem⁹. Si eñ cõplãtati facti sum⁹ similitudini mortis eius: simul ꝫ resurrectiõis erimus Hoc sciẽtes q̃a vetus homo noster simul crucifixus est/ vt destruať corpus pctĩ: vt vltra non seruiamus pctõ. Qui eñ mortuus est: iustificatus est a peccato. Si aũt mortui sum⁹ cũ christo: credimus q̃a simul etiã viuemus cũ illo. Sciẽtes q̃ xp̃s resurgẽs ex mortuis iã nõ moriť: mors illi vltra nõ dñabitur. Qđ enim mortuus est pctõ: mortuus est semel. Qđ aũt viuit: viuit deo Ita et vos existimate vos mortuos quidẽ esse pctõ: viuentes aũt deo. In xp̃o iesu: dño nr̃o. Gr. Conuertere dñe aliquãtulũ: ꝫ deprecare sup seruos tuos. ℣. Dñe refugiũ fact⁹ es nobis a gñatiõe ꝫ ꝓgenie. Alla. ℣. Eripe me de inimicis meis de⁹ me⁹ ꝫ ab insurgẽtibus in me libera me. Scdꝫ mathe. v



IN illo tẽpore di. iesus discip. suis. Amen dico vobis: q̃a nisi abũdauerit iustitia vr̃a plusq̃ scribarũ et phariseorũ: nõ itrabitis in regnũ celorꝫ. Audistis quia dictum est antiquis: non occides. Qui autẽ occiderit: reus erit iudicio. Ego aũt dico vobis: q̃a oĩs q̃ irascitur fratri suo/ reus erit iudicio. Qui aũt dixerit fratri suo racha reus erit cõsilio. Qui aũt dixerit fatue: reus erit gehenne ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare/ ꝫ ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare/ ꝫ vade prius recõsiliari fratri tuo. Et tũc veniẽs: offer munus tuũ. Offr. Perfice gressus meos in semitis tuis: vt nõ moueanť vestigia mea: inclina aurẽ tuã/ et exaudi verba mea/ mirifica mias tuas q̃ saluos facis sperãtes in te dñe. Sec.

PRopitiare dñe supplicationib⁹ nostris: ꝫ has oblationes famulorũ tuorũ benignus assume: vt qđ singuli obtulerũt ad honorẽ tui nõis: cũctis ꝓficiat ad salutẽ. p d. Cõ. Circuibo et immolabo in tabernaculo eius: hostiã iubilatiõis cãtabo et psalmũ dicam dño. Postcõ.

QUos dñe celesti dono satiasti: presta q̃s: vt a nostris mũdemur occultis: ꝫ ab hostiũ liberemur insidijs. p d. C Fer. iiij. Lcõ ep̃le bti iohãnis ap̃li j. ca. ij.

CHarissimi. Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem: sed quasi scientibus eam quoniam omne mẽdacium ex veritate nõ est. Quis est mẽdax: nisi is qui credit quoniam iesus non est christus? Hic est antichristus: q̃ negat patrẽ ꝫ filiũ. Oĩs q̃ negat filiũ: nec patrẽ habet Qui aũt ꝯfiteť filiũ: ꝫ patrẽ habet. Uos quod audistis ab initio: i vobis permaneat. Quia si in vobis permãse-

rit quod audistis ab initio: et vos in filio & patre manebitis. Et hec est repromissio: quam ipse pollicitus est nobis vitam eternā. Euāgelium. Secundum marcum. x.



In illo tēpore. Cū egressus esset iesus in via: pcurrēs quidā genu flexo ante eū/interrogabat eū dicēs. Magister bone: quid faciā vt vitā eternā percipiam? Jesus aūt dixit ei. Quid me dicis bonū Nemo bonꝰ nisi solus deus. Precepta nosti? Ille dixit. Que? Ne adulteres: ne occidas/ne fureris ne falsum testimoniū dixeris/ne fraudē feceris: honora patrē tuū & matrē. At ille respōdēs: ait illi. Magister bone/hec oīa custodiui a iuuēte mea. Jesus aūt intuitus eū/dilexit eū: & dixit ei. Unū tibi deest. Uade/& vēde oīa q̄cunq̄ habes et da pauperibus: et habebis thesaurū in celo: & veni seq̄re me.

Dñica.vij.post trinitatē.offi.



Omnes gētes plaudite manibus: iubilate deo i voce exultationis. ps. Subiecit populos nobis: et gentes sub pedibus nostris. Oratio.

Deus virtutū cuiꝰ est totū qđ est optimū: insere pectoribus nostris amorē tui nois: & presta in nobis religionis augmētū: vt que sunt bona nutrias: ac pietatis studio/que sunt nutrita custodias. Per d̄. Ad romanos. vj.

Fratres. Humanū dico propter infirmitatem carnis vestre. Sicut eñ exhibuistis mēbra vestra seruire immūdicie: et iniq̄tati ad iniq̄tatē: ita nūc exhibete mēbra vestra seruire iustitie in sctificationē. Cū eñ serui essetis pctī: liberi fuistis iustitie. Quē ergo fructū habuist' tūc in illis in qbꝰ nūc erubescitis? Nā finis illorū mors est. Nunc vero liberati a pctō: serui aūt facti deo. Habetis fructū vrm̄ i sctificationē: finē vero vitā eternā. Stipendia enim peccati/mors. Gratia aūt dei vita eterna. In christo iesu dño nr̄o. Gr. Uenite filij audite me: timorē dñi docebo vos. V̄. Accedite ad eū & illuminamini: & facies vr̄e nō ɔfundent̄. Alla. V̄. Te decet hymnꝰ deꝰ i syō: & tibi reddet̄ votū i hierl̄m. Euā. S. mar. viij



In illo tē. Cū turba multa esset cū iesu: nec haberēt qđ māducarēt: conuocatis discipulis ait illis. Misereor sup turbā: q̄a ecce iā triduo sustinēt me: nec habēt qđ māducēt. Et si demisero eos ieiunos in domū suā: deficiēt in via Quidā enim ex eis de lōge venerūt. Et respōderūt ei discipuli sui Unī istos poterit q̄s hic saturare panibꝰ in solitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habet'? Qui dixerūt. Septē. Et pcepit turbe: discūbere sup terrā. Et accipiens septem panes gr̄as agēs fregit & dabat discipulis suis/vt appone

rent. Et apposuerūt turbe. Et habebāt pisciculos paucos: et ipsos benedixit/ & iussit apponi. Et mā ducauerūt & saturati sunt. Et sustulerunt qđ superauerat de fragmētis: septē sportas. Erāt aūt q̄ māducauerāt: quasi quatuor milia & dimisit eos. Offr. Sicut i holocaustū arietū & taurorꝝ/ & sicut i milib⁹ agnorū pinguiū/ sic fiat sacrificiū nostrū in ↄspectu tuo hodie vt cōplaceat tibi/ q̄a nō est cōfusio cōfidētib⁹ in te dñe. Sec.

PRopitiare dñe supplicatio nib⁹ nostris: & has oblationes populi tui benignus assume: et vt nullius sit irritū votū/ nullius vacua postulatio: presta q̄sumus: vt qđ fideliter petimus efficacit ↄsequamur. p. Cō. Inclina aurē tuā accelera vt eruas me. Postc.

REpleti dñe munerib⁹ tuis: tribue q̄s: vt et eorꝝ munde mur effectu/ et muniamur auxilio. p d. ¶ Fer. iiij. Ad roma. viij.

FRatres. Nihil nunc damnatiōis est his qui sunt in christo iesu: qui nō secundū carnē ambulāt. Lex eni spūs vite i christo iesu: liberauit me a lege pcti et mortis Nam qđ impossibile erat legi: in quo infirmabatur per carnē deus filiū suū mittēs in similitudinē carnis pcti. Et de pctō dānauit pctm in carne: vt iustificatio legis impleret in nobis. Qui nō secūdū carnē ambulamus: sed secūdū spiritū Qui eni secūdū carnē sūt: q̄ carnis sunt sapiūt. Qui vero secūdū spiritū sūt: q̄ sunt spiritus sentiūt Nā prudētia carnis mors est. Prudentia aūt spiritus vita: et pax. In christo iesu: dño nostro. Euāgeliū Scđꝫ mat. xij.

IN illo tpe. Abijt iesus sabbato per sata/ discipuli aūt eius esuriētes: ceperunt euellere spicas/ & māducare Pharisei aūt vidētes: dixerūt ei. Ecce discipuli tui faciūt qđ nō licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis. Non legistis qđ fecerit dauid quādo esurijt et q̄ cū illo erāt: Quō intrauit in domū dei/ & panes ꝑpositiōis comedit/ quos non licebat ei edere/ neqꝫ his qui cū eo erāt: nisi solis sacerdotibus: Aut nō legistis in lege qr sabbatis sacerdotes in tēplo sabbatū violāt/ & sine crimine sūt Dico aūt vobis: q̄a tēplo maior est hic. Si aūt sciretꝭ qđ est miam volo/ & nō sacrificiū: nūq̄ cōdem nassetis innocētes. ¶ Dñica. viij post trinitatē. Ad missā. Officiū

SUscepimus de⁹ misericordiā tuā in medio tēpli tui: sc̄dm nomen tuū deus: ita et laus tua in fines terre/ iustitia plena est dextera tua. ꝟ. Magnus dñs et laudabilis nimis: in ciuitate dei nr̄i in mōte scō eius. Orō.

DEus cui⁹ prouidētia in sui dispositiōe nō fallit: te supplices exoramus: vt noxia cūcta submoueas: & oīa nobis ꝓfutura cōcedas. Per. Ad romanos. viij.

FRatres. Debitores sum⁹ nō carni: vt secundū carnē viuamus. Si enim secundū carnē vixeritis: moriemini. Si autē spiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis Quicūqꝫ eni spū dei agunt: hi sūt filij dei. Nō eni accepistis spm seruitutꝭ iterū i timore

sed accepistis spiritum adoptiōis filiorū dei in quo clamamus / abba pater. Ipse enī spiritus testimonium reddit spiritui nostro q sumus filij dei. Si autē filij: et heredes. Heredes quidē dei: coheredes autē christi. Gr. Esto mihi in deū protectorē: et in locū refugij vt saluū me facias. ℣. Deus in te speraui dñe: nō cōfundar ieternū. Alla. ℣. Attēdite popule me⁹ i legē meā. S. matheū. vij.



In il. t. d. ie. di. suis Attendite a falsis prophetis q̄ veniunt ad vos in vestimentis ouiū intrisecus aūt sunt lupi rapaces. A fructibus eorū cognoscetis eos. Nūqd colligūt de spinis vuas / aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona / fruct⁹ bonos facit. Mala aūt arbor / fructus malos facit. Non potest arbor bona fruct⁹ malos facere: neq3 arbor mala fructus bonos facere. Ois arbor que nō facit fructū bonū / excidet: ꝛ in ignē mittetur. Igit ex fructib⁹ eorū cognoscetis eos. Nō ois q̄ dicit mihi dñe dñe / itrabit in regnū celorū: sed q̄ facit volūtatē pr̄is mei q̄ in celis est: ipse intrabit in regnū celorū. Offr. Populū humilē saluū facies dñe et oculos superborū humiliabis / quoniā quis deus preter te domine. Secreta.

Deus q̄ legalīū differētias hostiarū vnius sacrificij pfectione sanxisti: accipe sacrificiū a deuotis tibi famulis oblatum: ꝛ pari benedictiōe sicut munera iusti abel sanctifica: vt quod singuli obtulerūt ad maiestatis tue honorem: cūctis pficiat ad salutē. Per dñm. Cōio. Gustate ꝛ videte qm̄ suauis est dñs: btūs vir q̄ spat in eo. Postcō.

Tua nos dñe medicinalis operatio: ꝛ a nostris puersitatibus clemēter expediat: et ad ea que recta sunt pducat. Per dñz nrm. Fer. iiij. Ad romanos. v.

Fratres. Cōmendat deus charitatē suā in nobis quoniā si cū adhuc peccatores essem⁹ secundū tempus: christus p nobis mortuus est. Multo igitur magis iustificati nūc in sanguine ei⁹ / salui erimus ab ira per ipm. Si enī cū inimici essemus: recōciliati sumus deo per mortē filij eius: multo magis recōciliati salui erimus in vita ipsius. Non solū autē: sed et gloriamur in deo. Per dñm nostrū iesum xpm. Euā. S. mar. ix.



In il. t. dixerūt discipuli ad iesum Magister: vidimus quendā in noīe tuo eijcientem demonia / ꝛ prohibuimus eū / qa nō sequitur nos. Jesus autem ait: Nolite prohibere eū. Nemo est enī qui faciat virtutē in noīe meo: ꝛ possit cito male loqui de me. Qui enī non est aduersum vos: pro vobis est. Quisquis enī potū dederit vobis calicē aque frigide i noīe meo / qa xpi estis: amē dico vobis nō pdet mercedē suā. Et quisqs scādalizauerit vnū ex his pusillis credētib⁹

in me: bonũ est ei magis si circum daretur mola asinaria collo eius et in mare mitteretur. Et si scãdalizauerit te manus tua: abscide il lam. Bonũ est tibi debilẽ intrare in regnũ dei: ꝙ duas manus habẽtem ire in gehennã in ignẽ inextinguibilẽ/ vbi vermis eorũ non moritur/ et ignis nõ extinguitur. Et si pes tuus scãdalizat te/ amputa illum Bonũ est tibi claudũ introire in vitã eternã: ꝙ duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis. Ubi vermis eorum nõ moritur: et ignis nõ extinguitur. Quia si oculus tuꝰ scãdalizat te: erue eũ. Bonũ est tibi luscum introire in regnũ dei: ꝙ duos oculos habentẽ mitti in gehennã ignis. Ubi vermis eorũ non moritur: et ignis non extinguitur.

¶ Dñica.ix.post trinita. Offm.

Ecce deꝰ adiuuat me et dominꝰ susceptor est anime mee: auertẽ mala inimicis meis et in veritate tua disperde illos protector meus domine. ps. Deus in nomine tuo saluum me fac: ꝛ in virtute tua libera me. Orõ.

Largire nobis q̃sumus dñe semp spiritũ cogitandi que recta sunt ꝓpitius ꝛ agẽdi: vt qui sine te esse nõ possumꝰ secundũ te viuere valeamꝰ. Per. j. Corin. x.

Fratres. Nõ simus cõcupiscentes malorũ: sicut et illi cõcupierũt. Neqꝫ idolatre efficiamini sicut q̃dã ex ipsis: queadmodũ scriptũ est. Sedit populꝰ mãducare ꝛ bibere et surrexerũt ludere Neqꝫ fornicemur sicut q̃dã ex ipsis fornicati sunt et ceciderũt vna die viginti tria milia. Neqꝫ tentemꝰ xp̄m/ sicut q̃dã eorũ tẽtauerũt/ et a serpẽtibus perierũt. Neqꝫ murmurauerititis/ sicut q̃dã eorũ murmurauerũt: et perierũt ab exterminatore. Hec autẽ om̄ia in figura cõtingebãt illis. Scripta autẽ sunt hec ad correptionẽ nr̃am/ in quos fines seculorum deuenerũt. Itaqꝫ qui se existimat stare: videat ne cadat. Tentatio vos nõ apprehendat/ nisi humana. Fidelis aũt deus est q̃ nõ patietur vos tẽtari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione etiã ꝓuentũ vt possitis sustinere. Gr. Domine dñs nr̄: ꝙ admirabile est nomẽ tuũ in vniuersa terra. ℣. Qm̄ eleuata ẽ magnificẽtia tua sup celos. Alla. ℣. Exultate deo adiutori nr̃o: iubilate deo iacob/ sumite psalmũ iocũdũ cũ cythara. S. lucã. xvj



In il. t. d. ie. di. suis parabolã hanc Homo quidã erat diues qui habebat villicũ: et hic diffamatus est apud illum/ quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illũ: ꝛ ait illi Quid hoc audio de te? Redde rationẽ villicatiõis tue. Jam eñ non poteris villicare. Ait aũt villicus intra se. Quid faciã quia dñs meus aufert a me villicationem? Fodere nõ valeo/ mendicare erubesco. Scio q̃d faciam/ vt cum amotus fuero a villicatione: recipiant me in domos suas. Cõuocatis itaqꝫ singulis debitoribus

dñi sui dicebat primo. Quantū debes dño meo? At ille dixit. Centū cados olei Dixitq; illi. Accipe cautionē tuā: et sede cito scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quātū debes? Qui ait Cētū choros tritici. Ait illi. Accipe literas tuas/ et scribe octoginta. Et laudauit dñs villicū iniqtatis/ q̄a prudenter fecisset: q̄a filij huius seculi prudētiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico Facite vobis amicos de māmona iniquitatis: vt cū defeceritis/ recipiāt vos in eterna tabernacula. Offr. Iusticie dñi recte letificātes corda/ et dulciora super mel et fauū/ nam et seruus tuus custodit ea. Secreta.

SUscipe munera q̄s dñe que tibi de tua largitate deferimus vt hec sacrosancta mysteria gratie tue operāte virtute: et presentis vite nos cōuersatione sanctificent: ⁊ ad gaudia sempiterna perducāt. p. Cō. Primū querite regnū dei: ⁊ oia adijciet̄ vob; dicit dñs Postc.

SIt nobis dñe q̄s reparatio mētis ⁊ corporis celeste mysterium: vt cui⁹ exequimur actionem sentiam⁹ effectū. Per dñm.

¶ Feria. iiij. ad Romanos. vj.

FRatres. Nescitis quoniā cui exhibetis vos seruos ad obediendū: serui estis eius cui obedistis. Siue peccati ad mortē: siue obeditiōis ad iustitiam. Gratias autem deo q̄ fuistis serui peccati: obedistis autē ex corde in eam formam doctrine in qua traditi estis Liberati autem a peccato: serui facti estis iustitie. In christo iesu domino nostro. Scdm Lucā. xvj



IN il. t. d. ie. di. suis Qui fidelis est in minimo: ⁊ in maiori fidelis ē Et qui in modico iniquus est/ ⁊ in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo māmona fideles non fuistis: quod verū est q̄s credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis: quod verū est/ quis dabit vobis? Nemo seruus potest duobus dñis seruire. Aut eñ vnū odiet/ ⁊ alterū diliget: aut vni adherebit ⁊ alterū contemnet. Non potestis deo seruire: ⁊ māmone. Audiebāt autem hec oīa pharisei qui erāt auari: ⁊ deridebāt illū. Et ait illis Vos estis q̄ iustificatis vos corā hoibus: deus autē nouit corda vestra. Quia qđ hoibus altū est abominatio est ante deū. ¶ Dñica. x. post trinitatē. Ad missam. Offm



CUm clamarē ad dñz exaudiuit vocē meā ab his qui approprinquāt mihi/ ⁊ hūiliauit eos q̄ est ante scła ⁊ manet in eternū: iacta cogitatū tuū in dño ⁊ ipse te enutriet. ps Exaudi de⁹ orōnē meā: ⁊ ne despexeris deprecationē meā itē De mihi ⁊ exaudi me. Or.

PAteāt aures mie tue dñe p̄cibus supplicātiū: ⁊ vt petētibus desiderata cōcedas: fac eos q̄ tibi placita sunt postulare. Per dñm nostrum. j. Corinthiorū. xij

FRatres. Scitis q̄m cū gētes essetis/ ad simulachra muta put ducebami eūtes. Ideo

notū vobis facio / q nemo in spiritu dei loquens / dicit anathema iesu. Et nemo potest dicere dñs iesus: nisi in spiritu sancto. Diuisiones vero gratiarū sunt: idem aūt spirit⁹. Et diuisiones ministrationū sunt: idē autē dñs. Et diuisiōes operationū sunt: idē vero de⁹ qui opatur oīa in oībus. Unicuiq3 aūt datur manifestatio spūs: ad vtilitatē. Alijs quidē per spiritū datur sermo sapientie: alijs autē sermo sciētie secundū eundē spm. Alteri fides i eodē spiritu. Alijs gr̃a sanitatū: in vno spiritu. Alijs opatio virtutū: alijs pphetia: alijs discretio spirituū / alijs genera liguarū alijs iterptatio sermonū. Hec aūt oīa opatur vn⁹ atq3 idē spūs diuidēs singulis put vult. Gr. Custodi me dñe vt pupillā oculi: sub vmbra alarum tuarū ptege me. V. De vultu tuo iudiciū meū pdeat: oculi tui videāt equitatē. Alla. V. Dñe de⁹ salutis mee in die clamaui ꝛ nocte corā te. Scdm lucā. xix.



In il. tpe. Cum appropiquasset iesus hierl3 vidēs ciuitatē / fleuit super illā: dicēs Quia si cognouisses ꝛ tu. Et quidē in hac die tua q ad pacē sūt tibi: nūc autē abscōdita sūt ab oculis tuis. Quia ecce venient dies in te / et circūdabunt te inimici tui vallo / et circūdabūt te / et coāgustabūt te vndiq3 / ꝛ ad terram prosternēt te / et filios tuos qui in te sunt. Et nō relinquēt in te lapidem super lapidem: eo q non cognoueris tempus visitationis tue. Et ingressus in templum cepit eijcere vendentes in illo et ementes / dicens illis. Scriptū est: quia domus mea dom⁹ orationis est. Uos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat docēs quotidie in templo. Offr. Ad te domine leuaui animā meam: deus meus in te confido non erubescam / neq3 irrideant me inimici mei / et enī vniuersi qui te expectant non confundentur. Secreta

Concede nobis hec q̃s dñe / digne frequētare mysteria quia quotiens huius hostie cōmemoratio celebratur: opus nostre redēptiōis exercetur. Per. Cōio. Acceptabilis sacrificiū iustitie oblatiōes ꝛ olocausta: sup altare tuū dñe. Postc.

Tui nobis dñe cōmunio sacramenti et purificationē conferat / ꝛ tribuat vnitatē. Per dñm. Fer. iiij. j. corinthior. xv.

Fratres. Non omnis caro eadē caro: sed alia hominū alia pecorū / alia volucrū / alia autem piscium / ꝛ corpora celestia / ꝛ corpora terrestria. Sed alia quidē celestiū gloria: alia aūt terrestriū. Alia claritas solis / alia claritas lune: ꝛ alia claritas stellarū. Stella aūt a stella differt i claritate sic ꝛ resurrectio mortuorū. Seminatur in corruptione: surget in incorruptionē. Seminatur in ignobilitate: surget in gloria. Seminat in infirmitate: surget in virtute. Seminatur corpus animale: surget corpus spirituale. Si est corp⁹ animale: est ꝛ spirituale: sicut scriptū est. Fact⁹ est primus homo adā in animā viuentē: nouissim⁹ adam

in spũ viuificātẽ. Sed nõ prius qđ spiritale est: sed quod aiale deinde quod spiritale. In christo iesu dño nño. Euangeliũ. S. Lucam.xxj.



In il.t.d. ie.di.suis Attẽdite vobis ne forte grauentur corda vr̃a in crapula et ebrietate/ et curis huius vite: et supueniat i vos repẽtina dies illa. Tanq̃ laqueus eñ supueniet in oẽs: q̃ sedẽt sup faciẽ ois terre. Uigilate itaq3 orãtes oi tpe: vt digni habeami fugere ista oia q̃ futura sunt: et stare ante filiũ hois. ¶Dñica.xj.post trini. Offi

Deus in loco sancto suo deus q̃ inhabitare facit vnanimes i domo: ipse dabit virtutẽ et fortitudinem plebi sue. ps. Exurgat deus et dissipẽtur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

Deus q̃ oipotẽtiã tuã parcẽdo maxime et miserãdo manifestas: multiplica sup nos gratiã tuã vt ad tua pmissa currẽtes celestiũ bonorũ facias esse consortes. Per dñm. j. Corinthiorũ.xv.

Fratres. Notũ vob3 facio euãgelium quod predicaui vobis/ quod et accepistis: in quo et statis/ per qđ et saluamini. Qua ratione predicaueri vobis si tenetis: nisi frustra credidistis. Tradidi eñ vobis inprimis qđ et accepi: qm̃ xp̃s iesus mortuus est pro pctis nr̃is scđm scripturas: et q̃a sepultus est/ et quia resurrexit tertia die secũdum scripturas. Et quia visus est cephe: et post hec vndecim. Deinde visus est plusq̃ quingẽtis fratribus simul/ ex q̃bus multi manẽt vsq3 ad huc: quidã autẽ dormierũt Deide visus est iacobo: deide apostolis oibus. Nouissime aũt oim tanq̃ abortiuo visus est et mihi. Ego eñ sum minimus apstolorũ q̃ nõ sum dignus vocari apostolus qm̃ psecutus sum ecclãm dei. Gr̃a aũt dei sum/ id qđ sum: et gr̃a eius in me vacua nõ fuit. Gr. In deo sperauit cor meũ et adiutus sum: et refloruit caro mea: et ex volũtate mea cõfitebor illi ℣. Ad te dñe clamabo: deus meus ne sileas ne discedas a me. Alla. ℣. Dñe refugiũ factus es nob3 a gñatiõe et pgenie. S. lu.xviij.



In il.t.dixit iesus ad quosdã qui in se cõfidebãt tanq̃ iusti: et aspernabant ceteros parabolã istaz dicens Duo homines ascenderũt in templũ vt orarẽt: vnus phariseus/ et alter publicanus. Phariseus aũt stãs hec apud se orabat. Deus gr̃as ago tibi: q̃a nõ sum sicut ceteri hoim raptores/ iniusti/ adulteri/ velut etiã hic publicanus Ieiuno bis in sabbato: decimas do oim que possideo. Et publicanus a longe stans: nolebat nec ad celum oculos leuare/ sed pcutiebat pectus suum dicẽs. Deus ppitius esto mihi peccatori Amẽ dico vobis descẽdit hic iustificatus in domũ suam ab illo. Quia ois qui se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat exal

tabit. Offer. Exaltabo te dñe qm̃ suscepisti me nec delectasti inimicos meos sup me: dñe clamaui ad te ꝫ sanasti me. Secr.

Tibi domine sacrificia dicata reddãtur: que sic ad honorẽ nois tui deferẽda tribuisti vt eadẽ remedia nostra fieri prestares. Per dñm. Cõio. Honora dñm de tua substãtia ꝫ de primitijs frugũ tuarũ: vt impleãtur horrea tua saturitate/ ꝫ vino torcularia redundabũt. Postcõio.

Quesumus dñe deus noster: vt quos diuinis reparare nõ desinis sacramẽtis: tuis non desti tuas benignus auxilijs. Per dñm.

¶ Feria.iiij. j. Corinthiorum. vj

Fratres. Nescitis qm̃ corpora vr̃a mẽbra sunt xp̃i. Tollens ergo mẽbra xp̃i: faciã mẽbra meretricis? Absit An nescitis qm̃ qui adheret meretrici: vnũ corpus efficitur? Erũt eñ inq̃t duo in carne vna. Qui aũt adheret deo: vnus spiritus est. Fugite fornicationẽ. Omne eñ pct̃m quodcũq; fecerit homo/ extra corpus est. Qui autẽ fornicat: in corpus suũ peccat. An nescitis qm̃ mẽbra vestra templũ sunt sp̃ussc̃ti/ q̃ in vobis est: quẽ habetis a deo/ ꝫ nõ estis vr̃i? Empti eñ estis p̃cio magno: glorificate ꝫ portate deũ in corpe vr̃o. S. lu. xviij



In il. tpe. Dicebat iesus discipulis suis parabolã hãc. Qm̃ oportet semp orare/ et nõ deficere dicens. Judex quidam erat i quadam ciuitate/ q̃ deũ nõ timebat: ꝫ hoiem nõ reuerebat. Vidua autẽ q̃dã erat i ciuitate illa: ꝫ veniebat ad eũ dicẽs Vindica me de aduersario meo. Et nolebat p multũ tps Post hec autẽ dixit intra se. Et si deũ nõ timeo/ nec hoiez reuereor: tamen q̃a molesta est mihi hec vidua/ vĩdicabo illã ne in nouissimo veniẽs/ suggillet me. Ait aũt dñs Audite q̃d iudex iniquitatis dicit. Deus aũt nõ faciet vindictã electorum suorum clamãtiũ ad se die ac nocte: ꝫ patiẽtiã habebit i illis? Dico aũt vobis: q̃a cito faciet vĩdictã illorum. ¶ Dñica.xij. post trini. offi.



Deus i adiutoriũ meũ intẽde/ dñe ad adiuuãdũ me festina: cõfundant ꝫ reuereantur inimici mei q̃ querũt aiam meã. ps. Auertant retrorsum ꝫ erubescãt: q̃ volũt mihi mala. Orõ.

Omnipotẽs sempiterne deus: qui abũdãtia pietatis tue et merita supplicũ excedis ꝫ vota: effũde super nos misericordiã tuã: vt dimittas que cõscientia metuit: ꝫ adijcias quod oratio non p̃sumit. Per dñm. Ad corinthios .ij. ca. iij.

Fratres. Fiduciã talẽ habemus per xp̃m ad deũ: nõ q; sufficiẽtes simus cogitare aliq̃d a nobis/ quasi ex nobis: sed sufficiẽtia nr̃a ex deo est. Qui et idoneos nos fecit ministros noui testamẽti: nõ litera/ sed sp̃u. Litera enim occidit: sp̃us aũt viuificat. Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria/ ita vt non possent intendere filij israel in faciẽ moysi/ propter gloriam vultus eius que euacuatur:

quomodo nõ magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio dãnationis in gloria est multo magis abundat ministeriũ iustitie i gloria. Gr. Bñdicã dñm in omni tpe: semp laus ei9 in ore meo. ℣. In dño laudabit aĩa mea audiãt mãsueti ⁊ letẽtur. Alla. ℣. Uenite exultemus dño: iubilem9 deo salutari nr̃o. Ali9 ℣. Preoccupem9 faciẽ ei9 in ↄfessiõe: ⁊ i psalmis iubilemus ei. Isti duo ℣. dñr per ebd. altnis vicib9 / qñ de fer. agit: ita tñ q ℣. Preoccupem9. pri9 dr: qñ missa dñicalis p ebd. dr. Et si nulla fer. p hanc ebd. ad hoc vacauerit: tũc vltim9 ℣. eo anno oĩno ptermittat. Secundũ Lucam. vij



In illo tẽpore. Exiensiesus de finibus tyri venit p sydonẽ ad mare galilee inter mediosfines decapoleos Et adducunt ei surdũ et mutũ: et deprecabãtur eum / vt imponat illi manũ. Et apprehendens eum de turba seorsum: misit digitos suos in auriculas eius / et expuẽs / tetigit linguam eius. Et suspiciens in celũ: ingemuit / ⁊ ait illi. Effeta: quod est adaperire Et statim aperte sunt aures ei9: ⁊ solutum est vinculũ lingue ei9 / ⁊ loquebatur recte. Et pcepit illis / ne cui dicerent. Quãto autẽ eis precipiebat: tanto magis plus predicabant / ⁊ eo amplius admirabãtur dicẽtes. Bene oĩa fecit: surdos fecit audire: et mutos loqui. Offr. Precatus est moyses in cõspectu dñi dei sui et dixit: precatus est moyses in conspectu dñi dei sui ⁊ dixit: quare dñe irasceris in populo tuo: parce ire anime tue: memẽto abrahã / ysaac / et iacob / quibus iurasti dare terrã fluentem lac et mel: ⁊ placatus fact9 est dñs / de malignitate quã dixit facere populo suo. Secre.

Respice q̃s dñe nr̃am ppiti9 seruitutẽ vt quod offerim9 sit tibi mun9 acceptũ: sitq3 nr̃e fragilitati subsidiũ. Per. Cõio. De fructu operũ tuorũ dñe satiabitur terra: vt educas panẽ de terra: et vinũ letificet cor hominis vt exhilaret faciẽ in oleo: et panis cor hominis ↄfirmet. Postcõio.

Sentiam9 dñe q̃s tui perceptione sacramẽti subsidiũ mẽtis ⁊ corporis: vt in vtroq3 saluati celestis remedij plenitudie gl'iemur. p. Fer. iiij. ij. Corin. iiij.

Fratres. Nõ nosmetipsos pdicamus: sed dñm nostrũ iesum xp̃m. Nos autẽ seruos vestros per iesum. Qm̃ deus qui dixit de tenebris lucẽ splẽdescere: illuxit in cordibus nostris ad illuminationẽ sciẽtie claritatis dei: in faciẽ christi iesu. Habemus autẽ thesaurũ istũ in vasis fictilib9: vt sublimitas sit virtutis dei: non ex nobis. In oĩbus tribulationẽ patimur: sed non angustiamur. Aporiamur: sed nõ destituimur. Persecutionẽ patimur: sed nõ derelinquimur. Humiliamur: sed nõ confundimur. Deijcimur: sed nõ perimus. Semp mortificationẽ iesu xp̃i in corpore nostro circũferẽtes vt et vita iesu in corporibus nr̃is manifestetur. Scd'm mathéũ. xj.

In illo tẽpore Cepit iesus exprobrare ciuitatib9 in q̃bus

facte sunt plurime virtutes eius: qa nõ egissent penitẽtiã. Ve tibi corozaim: ve tibi bethsaida. Qr si in tyro et sydone facte essent virtutes que facte sũt in vobis: olim in cinere et cilicio penitentiã egissent. Verũtamẽ dico vobis: tyro et syndoni remissius erit in die iudicij/ ꝙ vobis. Et tu capharnaũ/ nunquid vsqꝫ in celũ exaltaberis/ vsqꝫ in infernũ descẽdes? Quia si in sodomis facte fuissent virtutes que facte sunt in te: forte mansissent vsqꝫ in hunc diem. Veruntamẽ dico vobis: qa terre sodomorũ remissius erit in die iudicij/ ꝙ tibi.

¶ Dñica.xiij.post trinita. Offm

Respice dñe in testamẽtum tuũ: et aĩas pauperũ tuorũ ne derelinquas in finẽ: exurge dñe iudica causã tuã: et ne obliuiscaris voces querẽtiũ te. Ps. Ut qd de⁹ repulisti in finẽ: irat⁹ est furor tu⁹ sup oues pascue tue. Or.

Omñs et misericors deus: de cui⁹ munere venit: vt tibi a fidelib⁹ tuis digne et laudabiliter seruiatur: tribue nobis q̃s/ vt ad promissiones tuas sine offensiõe curramus. Per. Ad galathas.iij.

Fratres Abrahe dicte sunt ꝑmissiones: et semini eius Nõ dicit et seminib⁹/ quasi in multis/ sed quasi in vno/ et semini tuo qui est xp̃s. Hoc aũt dico testamẽtum ꝯfirmatũ a deo: que post quadringẽtos et triginta annos facta est lex/ nõ irritũ facit ad euacuandam ꝑmissionẽ. Nã si ex lege esset hereditas: iã nõ ex repromissione. Abrahe autẽ ꝑ repromissionẽ donauit de⁹. Quid igit lex? Propter transgressores posita est: donec veniret semẽ: cui promiserat ordinata per angelos ĩ manu mediatoris. Mediator aũt vnius nõ est: deus autẽ vnus est. Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si eñ data esset lex que posset viuificare: vere ex lege esset iustitia. Sꝫ cõclusit scriptura oĩa sub pctõ/ vt ꝑmissio ex fide iesu xp̃i: daret credẽtib⁹. Gr. Respice dñe in testamẽtũ tuũ: et aĩas pauperũ tuorũ ne obliuiscaris in finẽ. V. Exurge dñe et iudica causã tuã: mẽor esto opprobrij seruorũ tuorũ. Alla. V. Qm deus magn⁹ dñs: et rex magnus super omnẽ terrã. Scd̃m Lucam.x.



In illo. tpe Dixit iesus discipulis suis. Beati oculi qui vident: que vos videtis Dico eñ vobis: ꝙ multi prophete et reges voluerunt videre que vos videtis et nõ viderunt/ et audire que auditis et non audierũt. Et ecce quidã legisperitus: surrexit tentans illum et dicens. Magister quid faciẽdo vitam eternã possidebo? At ille dixit ad eũ In lege quid scriptũ est? Quomodo legis? Ille autem respondens dixit. Diliges dñm deum tuũ ex toto corde tuo/ et ex tota anima tua/ et ex oĩbus viribus tuis/ et ex oĩni mẽte tua: et ꝓximũ tuum sicut teipsum. Dixitqꝫ illi. Recte respõdisti. Hoc fac et viues Ille autem volens iustificare seipsum: dixit ad iesum. Et quis est

meus proximus? Suscipiēs autē iesus: dixit. Homo quidā descēdebat ab hierusalē in hierico: & incidit in latrones. Qui etiā dispoliauerunt eū: & plagis impositis abierūt semiuiuo relicto. Accidit autem vt sacerdos quidā descenderet eadem via: et viso illo pterijt. Similiter et leuita cū esset secus locū & videret eū: pertransijt. Samaritanus aūt quidā iter faciens venit secus eum: & videns eū/ misericordia mot⁹ est. Et appropinquās alligauit vulnera ei⁹: infundens oleum & vinū. Et imponens illum in iumētum suum/ duxit in stabulū: & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios: & dedit stabulario/ et ait. Curā illius habe/ & quodcūqꝫ supererogaueris: ego cū rediero reddam tibi. Quis horū triū videtur tibi proximus fuisse illi: qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiā in illum. Et ait illi iesus. Uade: & tu fac similit. Offr. In te speraui domine: dixi tu es deus meus in manibus tuis tēpora mea. Secreta

Hostias quesumus dñe propitius intēde/ quas sacris altaribus exhibemus vt nobis indulgentiā largiendo/ tuo nomini dēt honorē. Per. Cō. Panē de celo dedisti nobis dñe: habētē omne delectamētū: & omnē saporē suauitatis. Postc.

Uiuificet nos q̄s dñe huius participatio sctā mysterij et parit nobis expiationē tribuat et munimē. p. Fer. iiij. j. thessa. ij.

Fratres: Memores estote laborū nostrorū et fatigationum nocte & die operantes: ne quē vestrū grauaremus. Predicauimus enim in vobis: euangeliū dei. Uos enim testes estis & deus: q̄ sancte & iuste & sine querela vobis qui credidistis affuimus sicut scitis: qualiter vnūquēqꝫ vestrū/ tanq̄ pater filios suos deprecantes vos et consolantes testificati sumus: vt ambularetis digne deo qui vocauit vos in regnum suum et gloriam. Ideo et nos gratias agimus deo sine intermissione/ qm̄ cū accepissetis a nobis verbū auditus dei: accepistis illud nō vt verbū hominū/ sed sicut est vere verbū dei/ qui operatur in vobis. qui credidistis. Secūdū mat. xij



In illo tēpore: Abeuntes pharisei consilium faciebāt aduersus iesum: quomodo eum perderent. Jesus autē sciens: recessit inde. Et secuti sunt eū multi/ & curauit eos oīes: & precepit eis ne manifestū eum facerent: vt adimpleretur quod dictū est/ per esayam prophetā dicētē. Ecce puer meus quem elegi dilectus meus: in quo bene cōplacuit aīe mee. Ponā spiritū meū sup eū: & iudiciū gētibus nunciabit. Nō contendet neqꝫ clamabit: neqꝫ audiet aliquis in plateis vocē eius. Arundinē quassatam nō confringet/ & lignū fumigās nō extiguet/ donec eijciat ad victoriā iudiciū: & in nomine eius gentes sperabūt. ¶ Dñica. xiiij. post trinitatē. Ad missam. Offi.


Rotector noster aspice de⁹ et respice in faciẽ xpi tui: q̃a melior est dies vna i atrijs tuis sup milia. ℣ Q̃uã dilecta tabernacula tua dñe virtutũ: ɔcupiscit ⁊ deficit aia mea i atria dñi.

Omnipotens sempiterne de⁹ (Oro da nobis fidei spei ⁊ charitatis augmẽtũ: ⁊ vt mereamur asseq̃ quod pmittis: fac nos amare qđ pcipis. Per dñm. Ad gala. v.

Fratres: Spũ ambulate: et desideria carnis nõ pficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritũ: spiritus aũt aduersus carnẽ. Hec enim sibi inuicẽ aduersant: vt nõ quecũq₃ vultis: illa faciatis. Quod si spiritu ducimini: non estis sub lege. Manifesta autẽ sunt opera carnis: que sunt / fornicatio / inmunditia / auaritia / inpudicitia / luxuria / idolorum seruitus / beneficia / inimicitie / contentiones / emulationes / ire / rixe / dissensiones / secte / inuidie / homicidia / ebrietates / comessationes / ⁊ his similia. Que predico vobis sicut predixi: quoniam qui talia agunt / regnum dei non consequentur. Fructus autem spiritus est: charitas / gaudium / pax / patientia / longanimitas / bonitas benignitas / mansuetudo / fides / modestia / continentia / castitas. Aduersus huiuscemodi: non est lex. Qui autem sunt christi: carnem suam crucifixerunt: cum vicijs ⁊ concupiscẽtijs. Gr. Bonum est confiteri dño: et psallere nomini tuo altissime. ℣. Ad annũciandum mane misericordiam tuã: ⁊ veritatẽ tuã p noctẽ. Alla. ℣. Confitemini dño ⁊ inuocate nomẽ eius: annunciate inter gentes opera eius. Secundum lucam. xvij


In il. tpe. Cum iret iesus in hierusalem: transibat per mediam samariã et galileam. Et cum ingrederet quoddam castellũ occurrerũt ei decẽ viri leprosi. Qui steterũt a lõge: et leuauerũt vocẽ dicentes. Jesu preceptor: miserere nři. Quos vt vidit / dixit. Ite ostendite vos sacerdotibus. Et factũ est dũ irent: mũdati sunt. Un⁹ autẽ ex illis vt vidit / quia mũdatus est: regressus est cum magna voce: magnificans deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius: gratias agens. Et hic erat samaritanus. Respõdens autẽ iesus: dixit Nonne decẽ mũdati sunt: et noue vbi sunt? Nõ est inuentus qui rediret et daret gloriã deo: nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge et vade: quia fides tua te saluũ fecit. Offer. Immittit angel⁹ dñi i circuitu timẽtiũ eum ⁊ eripiet eos: gustate et videte: quoniam suauis est dñs. Secre.

Propitiare dñe ppło tuo: ppitiare muneribus: vt hac oblatione placatus: ⁊ indulgentiam nobis tribuas / ⁊ postulata cõcedas. p. Cõ. Panis quẽ ego dedero caro mea est pro seculi vita. Postcõio.

Sumptis dñe celestibus sacramẽtis: ad redẽptiõis eterne q₃ pficiamus augmẽtum. p d. Feria. iiij. Ad corinthi. ij. vj.

FRatres: Nolite iugū ducere cū infidelibus: sed cum fidelib⁹. Que enim participatio iustitie cū iniqtate: aut que societas luci ad tenebras? Que autem conuentio xp̄i ad belial? Aut que pars fideli cū infideli? Quis autē consensus templo dei cum idolis? Uos autē estis templū dei viui: sicut dicit deus. Quoniam inhabitabo in illis: ⁊ inambulabo inter eos/ ⁊ ero illorum de⁹/ ⁊ ipsi erūt mihi populus. Propter quod exite de medio eorū: et separamini dicit dominus. Uos qui portatis vasa domini: et immundum ne tetigeritis. Et ego recipiam vos/ ⁊ ero vobis in patrem: et vos eritis mihi in filios ⁊ filias/ dicit dominus omnipotens. Has igitur promissiones habentes charissimi: mūdemus nos ab omni inquinamento carnis ⁊ spiritus perficientes sanctificationē: in timore dei. Euangeliū. Secundū lucam. xij.



IN il. tpe. Ait ad iesum quidam de turba. Magister dic frī meo: vt diuidat mecū hereditatem At ille dixit ei. Homo/ quis cōstituit me iudicē aut diuisorem super vos? Dixitq̄ ad illos. Uidete et cauete ab omni auaritia/ quia non in abundātia cuiusq̄ vita ei⁹ est: ex his que possidet. Dixit autē similitudinem: ad illos dicens. Hominis cuiusdā diuitis vberes fructus ager attulit: ⁊ cogitabat intra se dicens. Quid faciam q̄r non habeo: quo congregē fructus meos? Et dixit. Hoc faciam. Destruam horrea mea/ et maiora faciā: et illuc cōgregabo omnia que nata sunt mihi: et bona mea et dicā anime mee. Anima habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce/ comede/ bibe/ et epulare. Dixit autem illi deus. Stulte/ hac nocte animam tuam repetēt a te: que autē parasti/ cuius erūt? Sic est qui sibi thesaurizat: ⁊ non est in deum diues. Dixitq̄ ad discipulos suos. Ideo dico vobis. Nolite solliciti esse anime vestre quid manducetis: neq̄ corpori vestro/ q̄d induamini. Anima plus est q̄ esca/ ⁊ corpus plus q̄ vestimētū. Considerate coruos: q̄a nec semināt/ neq̄ metūt Quib⁹ nō est cellarium/ neq̄ horreum: et deus pascit illos. ¶ Dñica. xv. post trinitatem. Ad missam. Officium.



INclina domine aurem tuam ad me et exaudi me: saluū fac seruum tuū deus meus sperantē in te miserere mihi domine/ quoniam ad te clamaui tota die. ℣. Letifica animam serui tui: quoniam ad te domine: animam meam leuaui. Oratio.

CUstodi quesumus domine ecclesiam tuam ppitiatione ppetua: et quia sine te labitur humana mortalitas tuis semper auxilijs et abstrahatur a noxijs/ et ad salutaria dirigatur. Per dominum nostrū. Ad galathas. vj.

FRatres: Si spiritu viuimus: spiritu et ambulem⁹

Non efficiamur inanis glorie cupidi: inuicẽ prouocãtes / inuicẽ inuidentes. Fratres: & si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos q̃ spirituales estis huiuscemodi instruite i spiritu lenitatis. Cõsiderãs teipsum: ne et tu tenteris. Alter alteri⁹ onera portate: et sic adimplebitis legẽ xp̃i. Nã si q̃s existimat se aliquid esse cũ nihil sit: ipse se seducit. Opus aũt suũ probet vnusq̃sq3: & sic in semetipso tãtũ gloriã habebit / & nõ in altero. Vnusquisq3 enim: onus suũ portabit. Cõmunicet autẽ is q̃ catechizatur verbo: ei q̃ se catechizat in omnib⁹ bonis. Nolite errare: deus non irridetur. Que enim seminauerit homo: hec & metet. Quoniam qui seminat in carne sua: de carne et metet corruptionẽ. Qui autẽ seminat in spiritu: de spiritu et metet vitam eternã. Bonũ autẽ facientes non deficiamus: tempore eni suo metemus nõ deficientes. Ergo dũ tẽpus habem⁹ / operemur bonũ ad omnes: maxime aũt ad domesticos fidei. Gr. Bonũ est cõfidere in dño: q̃ cõfidere in hoie. ℣. Bonũ est sperare in dño: q̃ sperare in principib⁹. Alla. ℣. Paratũ cor meum deus paratũ cor meũ: cantabo & psallam tibi in gloria mea. Scdm mathe. vj.



In il. t. d. ie. di. suis Nemo põt duobus dñis seruire. Aut eni vnũ odio habebit: et alteruz diliget: aut vnũ sustinebit: & alterũ cõtẽnet. Non potestis deo seruire et mammone. Ideo dico vobis: ne solliciti sitis anime vr̃e: q̃d manducetis neq3 corpori vestro q̃d induamini. Nõne aĩa plus est q̃ esca: & corpus plus q̃ vestimentum. Respicite volatilia celi: que nõ serunt neq3 metunt / neq3 cõgregãt in horrea: et pr̃ vr̃ celestis pascit illa. Nõne vos mag᷑ pluris estis illis? Quis aũt vr̃m cogitãs / potest adijcere ad staturã suã cubitũ vnũ? Et de vestimẽtis: q̃d solliciti estis? Considerate lilia agri: quomodo crescũt. Nõ laborant neq3 nent. Dico autẽ vobis: q̃m nec salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnũ ex istis. Si autẽ fenũ agri q̃d hodie est: & cras in clibanũ mittit᷑ / deus sic vestit: q̃to magis vos minime fidei? Nolite ergo solliciti esse dicẽtes: q̃d manducabimus aut q̃d bibemus / aut quo operiemur. Hec eni oĩa: gẽtes inq̃rũt. Scit eni pr̃ vester: q̃a his oĩbus indigetis. Querite ergo primũ regnũ dei & iustitiã eius: & hec omnia adijcientur vobis. Offr. Expectans expectaui dominum & respexit me: & exaudiuit deprecationẽ meam et immisit in os meum: canticum nouum hymnum deo nostro. Secreta.

Concede nobis domine quesumus vt hec oblatio salutaris: & nostrorũ fiat purgatio peccatorũ / & tue propitiatio pietatis. Per. Cõ. Qui manducat carnem meam: et bibit sanguinem meum: in me manet et ego in eo dicit dñs. Postcõio.

Purificẽt semp et muniant tua sacramẽta nos deus: et ad ppetue ducãt saluationis effe-

ctū.p. Feria.iiij. Ad timothe.j.j.

Charissime: Scimus autē qḋ bona est lex: si quis ea legittime vtat. Sciēs hoc: qḋ iusto non est lex posita: sed iniustis ⁊ nō subditꝫ/ impijs/ ⁊ peccatoꝛibꝰ/ sceleratis/ et cōtaminatis/ patricidis/ ⁊ matricidis/ homicidis/ foꝛnicarijs/ masculoꝝ concubitoꝛibus/ plagiarijs/ mendacibus/ et periuris Et si qḋ aliud sane doctrine aduersatur: que est secūdū euāgeliū gloꝛie beati dei/ quod creditū est mihi. Gratias ago ei/ q̄ me cōfoꝛtauit in chꝛisto iesu domino nostro: quia fidelem me existimauit ponēs in ministerio/ qui pꝛius fui blasphemus/ et persecutoꝛ/ et contumeliosus. Sed misericoꝛdiam dei consecutus sum: quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit autem gratia domini nostri cum fide et dilectione: que est in chꝛisto iesu domino nostro. Euangeliū. Secundum lucā.xx.



In il.tpe. Factum est in vna dierū docēte iesu populū in tēplo/ ⁊ euāgelizāte: cōuenerūt pꝛincipes sacerdotū ⁊ scribe cū senioribus/ ⁊ aiūt dicentes ad illū. Dic nobis i qua potestate hec facꝫ: aut q̄s est qui dedit tibi hāc potestatē. Respōdēs aūt iesus: dixit ad illos Interrogabo vos ⁊ ego vnū sermonē: r̄ndete mihi. Baptismꝰ iohānis vnde erat de celo: an ex hoībus. At illi cogitabāt intra se dicētes Quia si dixerimꝰ de celo: dicet nobis Quare ergo nō credidistꝫ illi. Si autē dixerimꝰ ex hominibꝰ plebs vniuersa lapidabit nos Certi sunt eñi iohānē ꝓphetā esse. Et r̄nderūt se nescire vnde esset: ⁊ iesus ait illis. Neq3 ego dico vobis: in qua potestate hec facio. Dñica xvj. post trinitatem. Officium.

Miserere mihi dñe quoniam ad te clamaui tota die: qḋ tu dñe suauis ac mitis es: ⁊ copiosus in misericoꝛdia/ omnibus inuocātibus te. ℣. Inclina dñe aurē tuā: et exaudi me: qm̄ inops ⁊ paup sum ego. Oꝛo

Ecclesiā tuā q̄s dñe: miseratio cōtinuata mūdet ⁊ muniat: ⁊ qꝛ sine te nō potest salua cōsistere/ tuo semp munere gubernetur. Per dñm. Ad ephesios.iij.

Fratres: Obsecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis pꝛo vobis: que est gloꝛia vestra. Huiꝰ rei gr̄a flecto genua mea ad patrē domini nr̄i iesu chꝛisti: ex quo omnis paternitas in celis ⁊ in terra nominatur. Ut det vobis secundum diuitias gloꝛie sue virtutem coꝛroboꝛari per spiritū eiꝰ in interioꝛi homine xp̄m habitare per fidē in coꝛdibus vr̄is In charitate radicati ⁊ fundati: vt possitis compꝛehendere cū omnibus sanctis que sit latitudo/ lōgitudo/ ⁊ sublimitas/ ⁊ pꝛofundū Scire etiam supereminētem sciētie charitatē chꝛisti: vt impleamini in omnē plenitudinē dei. Ei autē q̄ potēs est omnia facere supabundāter q̄ petimus/ aut intelligimus: secūdū virtutē que operat i

nobis. Ipsi gl̃ia in eccl̃ia/et i xp̃o iesu: in oẽs gñatiões: seculi scl̃oꝝ amẽ. Gr. Timebũt gẽtes nomẽ tuũ dñe: ⁊ oẽs reges terre gloriã tuam. V. Qm̃ edificauit dñs syon ⁊ videbit in maiestate sua. Alla. V. Qui timent dñm sperẽt in eũ: adiutor ⁊ protector eorũ est. Euangeliũ secundum lucam. vij.



In il. tpe. Ibat iesus in ciuitatẽ q̃ vocat naim: et ibãt cũ eo discipuli ei⁹ ⁊ turba copiosa. Cũ autẽ appropiquaret porte ciuitatis: ecce defunct⁹ efferebat filius vnic⁹ m̃ris sue. Et hec vidua erat et turba ciuitatis multa cum illa. Quã cũ vidisset dñs mia motus sup eã/dixit illi. Noli flere. Et accessit: ⁊ tetigit loculũ. Hi autẽ qui portabãt: steterũt. Et ait. Adolescẽs: tibi dico surge. Et resedit qui erat mortu⁹/⁊ cepit loq̃. Et dedit illũ matri sue. Accepit aũt oẽs timor: ⁊ magnificabãt deũ dicẽtes. Quia ppheta magn⁹ surrexit in nobis: ⁊ q̃a deus visitauit plebem suã. Off. Dñe in auxiliũ meũ respice: cõfundãtur ⁊ reuereant q̃ querunt animam meã: vt auferant eam. Secreta.

Tua nos dñe quesumus sacramẽta custodiant: ⁊ contra dyabolicos tueant semp incursus. Per do. Cõ. Dñe memorabor iustitie tue solius: deus docuisti me a iuuentute mea: et vsq; in senectam ⁊ seniũ deus ne derelinquas me. Postcõio.

Mentes nr̃as ⁊ corpora possideat q̃s dñe doni celestis operatio: vt non noster sensus in nobis: sed iugiter eius preueniat effect⁹. Per dominum. ¶ Feria quarta. Ad Collossenses. ij.

Fratres: Uidete ne q̃s vos decipiat p philosophiam ⁊ inanẽ fallaciã: secundũ traditionẽ hominũ: secũdũ elemẽta mũdi/et non secũdũ christũ. Quia in ipso inhabitat ois plenitudo diuinitatis corporaliter: ⁊ estis i illo repleti/q̃ est caput ois pricipat⁹ ⁊ potestatis. In quo ⁊ circũcisi estis circuncisione nõ manu facta/in expoliatiõe corporis carnis: sed i circũcisiõe xp̃i Cõsepulti ei in baptismo: in quo ⁊ resurrexistis per fidẽ operationis dei: qui suscitauit illũ a mortuis. Et vos cũ essetis mortui in delictis ⁊ preputio carnis vestre: conuiuificauit cũ illo donans vobis omnia delicta. Per iesum christũ: dñm nr̃m. Se. mar. viij.



In il. tpe. Uenit iesus bethsaidam et adducũt ei cecũ: et rogabant eum vt illũ tangeret. Et apprehẽsa manu ceci: eduxit eũ extra vicũ. Et expuẽs in oculos ei⁹ ipositis manibus suis: interrogauit eũ si quid videret. Et aspiciens ait. Uideo homines: velut arbores ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius/ et cepit videre: et restitutus est ita vt videret clare omnia. Et misit illum in domum suam: dicẽs. Uade in domum tuam: ⁊ si in vicũ in

troieris. nemini dixeris. ¶ Dñica. xvii. post trinitatem. Officiũ

Iustus es domine/ & rectum iudiciũ tuũ: fac cũ seruo tuo secũ dum misericordiam tuam. ps. Beati immaculati in via: q ambulãt in lege dñi. Orõ.

Tua nos domine quesum9 gratia semper preueniat et sequat: ac bonis operibus iugiter prestet esse intẽtos. Per dominum nostrum. Ad ephesios. iiij.

Fratres: Obsecro vos ego vinct9 i dño: vt digne ambuletis i vocatiõe qua vocati estis Cũ omni humilitate & mansuetudine/ cum patientia supportãtes inuicem in charitate: solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Unũ corpus & vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocatiõis vestre. Un9 dñs/ vna fides: vnũ baptisma. Unus deus et pater omniũ: qui est super omnes/ & per omnia/ et in oĩbus nobis. Qui est benedictus: in scła seculorũ amẽ. Gr. Beata gens cuius est dñs de9 eorũ: populus quẽ elegit dñs in hereditatẽ sibi. ỳ. Uerbo dñi celi firmati sunt: & spũ oris ei9 oĩs virtus eorũ. Alla. ỳ. Dextera dñi fecit virtutẽ: dextera domini exaltauit me. S. lu. xiiij.



In il. tpe. Cũ intraret iesus in domuz cuiusdam principis phariseorũ sabbato manducare panem: & ipsi obseruabãt eum. Et ecce hõ qdã hidropic9: erat ante illũ. Et rñdẽs iesus: dixit ad legisperitos & phariseos: dicẽs. Si licet sabbato curare? At illi tacuerũt. Ipse vero apprehẽsum sanauit eũ: ac dimisit. Et rñdens ad illos: dixit. Cui9 vestrũ asinus aut bos in puteũ cadet/ & non cõtinuo extrahet illũ die sabbati? Et non poterant ad hec respõdere illi. Dicebat aũt ad inuitatos parabolã: intendens quomodo primos accubitus eligerent/ dicens ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias non discũbas in primo loco: ne forte honoratior te sit inuitat9 ab illo/ et veniens is qui te & illũ vocauit/ dicat tibi. Da huic locũ. Et tunc incipies cum rubore: nouissimũ locum tenere. Sed cum vocatus fueris/ vade recũbe in nouissimo loco: vt cũ venerit qui te inuitauit dicat tibi. Amice/ ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbẽtibus. Quia omnis qui se exaltat humiliabit: et q se humiliat: exaltabit. Offr.

Oraui deum meum ego daniel dicens: exaudi domine preces serui tui: illumina faciem tuam super sanctuarium tuum: & propitius intende populum istum super quẽ inuocatũ est nomẽ tuũ deus. Sec.

Munda nos q̃sumus domine sacrificij presentis effectu/ & perfice miseratus in nobis: vt ei9 mereamur esse participes. Per. Cõ. Uouete & reddite dño deo vestro oẽs q in circuitu eius affertis munera: terribili et ei q aufert spm principũ terribili apud oẽs reges terre. Postc.

Purifica dñe q̃sumus mentes nr̃as benignus/ & reno

na celestibus sacramentis: vt consequenter & corporũ presens pariter & futurũ capiamus auxilium. Per dominum. ¶ Feria quarta. Epistola. Si enim vnius. & euangelium Cum venisset iesus et discipuli ei⁹. Require in quarta feria post dominicã. xxiij. ¶ Dñica xviij. post trinitatem. Officium.



Da pacẽ dñe sustinẽtibus te: vt pphete tui fideles inueniant: exaudi pces serui tui/ & plebis tue israel. ps. Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domum domini ibimus. Oratio.

Da q̃s dñe populo tuo dyabolica vitare contagia: et te solũ deũ pura mente sectari. p. Lectõ epl'e bti pauli apli ad cori. j. j

Fratres: Gratias ago deo meo semp p vobis in gratia dei: que data est vobis in christo iesu. Quia in omnib⁹ diuites facti estis in illo: in omni verbo & in omni scientia/ sicut testimoniũ christi confirmatum est in vobis ita vt nihil vobis desit i vlla gratia: expectantibus reuelationem domini nostri iesu christi. Qui et confirmabit vos vsq; in finem sine crimine: in die aduentus domini nostri iesu christi. Gr. Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domum domini ibimus. ℣⁹. Fiat pax in virtute tua: et abũdãtia in turribus tuis. Alla ℣. Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domum domini ibimus. ℣. Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis hierusalem. Isti duo ℣. dicr per ebdo. alternis vicibus: ita tamen q ℣⁹. Stantes. primo dr̃ q̃n de feria agitur. Et si nulla fer. p hãc ebdo. ad hoc vacauerit: tũc vltimus ℣⁹. eo anno oĩno ptermittat. Sequentia scti euãgelij: secũdũ mat. xxij.



In il. tpe. Accesserũt ad iesũ pharisei. Et interrogauit eũ vn⁹ ex eis legis doctor tentãs eũ. Magister / quod est mandatum magnum in lege? Ait illi iesus. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo et in tota aĩa tua: & in tota mente tua Hoc est maximũ: & primũ mãdatum. Secũdum autem: simile est huic. Diliges proximũ tuũ: sicut teipsum. In his duobus mandatis: vniuersa lex pendet et prophete. Congregatis autẽ phariseis: interrogauit eos iesus dicẽs. Quid vobis videt de christo: cui⁹ filius est? Dicunt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo ergo dauid in spiritu vocat eum dominũ dicẽs? Dixit dominus domino meo / sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellũ pedũ tuorũ. Si ergo dauid vocat eũ dominũ: quomodo filius eius est? Et nemo poterat respõdere ei verbũ: neq; ausus fuit quisq; ex illa die: eũ amplius interrogare. Offr. Sanctificauit moyses altare dño offerens sup illud olocausta: & immolans victimã fecit sacrificiũ vespertinũ in odorem suauitatis dño deo in cõspectu filiorũ israel. Sec.

Maiestatem tuam dñe suppliciter deprecamur: vt hec sancta que gerim⁹: et a preteritis

delictis nos exuāt & futur℥.p. Cō. Tollite hostias & introite in atria eius: adorate dñm in aula sctā eius. Postcō. SAnctificatiōibus tuis que sumus omnipotēs deus: et vicia nostra curentur / & remedia nobis eterna proueniant. Per dominū. ¶ Feria.iiij. Ad roma.xv FRatres: Obsecro vos per dñm iesum christum et per charitatē sancti spiritus: vt adiuuetis me in orōnibus vr̄is pro me ad deū / vt liberer ab infidelibus q̄ sunt in iudea / & obsequij mei oblatio fiat accepta i hierosolyma sanctis / vt veniam ad vos in gaudio p voluntatē dei / vt refrigerer vobiscū. Deus aūt pacis: sit cū oib⁹ vobis amen. Scdm matheū.xiij



IN il.t.di. ie.di. suis parabolā hanc. Simile factum est regnū celorū grano sinapis: qd accipiēs homo seminauit i agro suo / qd minimū est omnibus seminib⁹. Cū aūt creuerit: maius est oibus olerib⁹. Et fit arbor ita vt volucres celi veniant: & habitent in ramis eius. Aliā parabolā locut⁹ est eis Simile est regnū celorū fermento: qd acceptū mulier abscōdit in farine satis trib⁹ / donec fermentatū est totū. Hec omnia locutus est iesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebat eis vt adimpleretur qd dictū est per prophetā dicentē. Aperiā in parabolis os meū: eructabo absconsa a constitutione mundi. ¶ Dñica xix. post trinitatem. Officium.



SAlus populi ego sū dicit dñs: de quacunq tribulatione clamauerint ad me exaudiā eos: & ero illorum dñs in perpetuum. ps. Attēdite popule meus legem meam: inclinate aurē vestram in verba oris mei. Orō. DIrigat corda nr̄a q̄s domine tue miserationis operatio: quia tibi sine te placere nō possumus. Per. Ad ephesios.iiij. FRatres. Renouamini spiritu mētis vr̄e: induite nouū hominē qui secūdū deū creat⁹ est in iustitia / & sctitate veritatis Propter qd deponētes mēdaciū: loquimini veritatē vnusq̄sq cum proximo suo / qm̄ sum⁹ inuicē mēbra. Irascimini: & nolite peccare Sol nō occidat: sup iracundiā vestrā. Nolite locum dare dyabolo. Qui furabat: iam nō furet. Magis aūt laboret operādo manib⁹ suis qd bonū est: vt habeat vnde tribuat necessitatē patienti. Gr. DIrigat orō mea sicut incēsum in cōspectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuū mearū: sacrificiū vesptinū. Alla. ℣. Qui cōfidūt in dño sicut mōs syon: nō cōmouebit in eternū q̄ habitat i hierlm. S. mat.ix



IN il.tpe. Ascēdens iesus in nauiculā trāsfretauit: & venit i ciuitatē suā. Et ecce offerebāt ei paraliticū: iacētē in lecto. Videns an

130

tem iesus fidem illorū: dixit paralitico. Confide fili: remittūtur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis: dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cū vidisset iesus cogitationes eorū: dixit. Ut qd cogitatis mala in cordib⁹ vr̄is: Quid est facilius dicere / remittunẽ tibi peccata tua: an dicere: surge ⁊ ambula: Ut autē sciatis qa filius hominis habet potestatē in terra dimittendi pctā: tūc ait paralitico. Surge / tolle lectū tuū: et vade in domū tuaz. Et surrexit: ⁊ abijt in domū suā. Uidētes autē turbe: timuerunt: ⁊ glorificauerunt deū: q̄ dedit potestatē talē hominib⁹.

Offr̄. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me dñe: ⁊ sup irā inimicorū meoꝝ extendes manū tuam: ⁊ saluum me fecit dextera tua. Secreta.

Deus q̄ nos per huius sacrificij veneranda cōmercia vnius summeq; diuinitatis participes efficis: presta q̄s: vt sicut tuā cognoscimus veritatē: sic eam dignis mentibus et moribus assequamur. Per. Cōio. Tu mandasti mādata tua custodiri nimis vtinam dirigantur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Postcommunio

Gratias tibi referimus domine sacro munere vegetati / tuam misericordiam deprecantes: vt dignos nos eius participatione perficias. Per. ¶ Fer. quarta. Ad thessalonicēses. ij. ij.

Fratres: State / et tenete traditiōes quas didicistis: siue per sermonem siue per epistolam nostram. Ipse aūt dominus noster iesus xp̄s ⁊ deus ⁊ pater noster q̄ dilexit nos: ⁊ dedit nobis cōsolationē eternā / ⁊ spem bonā in gratia cōsolet corda vestra / ⁊ confirmet in om̄i opere ⁊ sermone bono. De cetero fratres orate ꝑ nobis: vt sermo dei currat ⁊ clarificetur vbiq; sicut ⁊ apud vos / ⁊ vt liberemur ab importunis et malis hominibus. Nō enim omniū est fides. Fidelis autē deus est: qui cōfirmabit vos et custodiet a malo. Confidimus autē de vobis in domino: qm̄ que precepimus ⁊ facitis et facietis. Dn̄s autē dirigat corda et corpora vestra in charitate dei: et patiētia xp̄i. S. mat. xiij



In il. tpe. Accesserūt ad iesum discipuli eius: dicētes. Edissere nobis parabolā zizaniorum agri. Qui respondens: ait. Qui seminat bonū semen: est filius hominis. Ager aūt est mūdus Bonū vero semen hi sunt filij regni. zizania autem filij sunt neq̄. Inimicus aūt qui sup seminauit ea: est dyabolus. Messis vero / cōsūmatio seculi est. Messores aūt: angeli dei sunt. Sicut ergo colliguntur zizania ⁊ igni comburuntur: sic erit in cōsummatione seculi. Mittet ergo filius hominis angelos suos / et colligent de regno eius omnia scādala: ⁊ eos qui faciunt iniquitatē. Et mittent eos in caminū ignis: ibi erit fletus ⁊ stridor dentium. Tūc iusti fulgebūt sicut sol: in regno patris eorum.

Qui habet aures audiendi: audiat. ¶ Dñica.xx.post trinita.offi.

Omnia que fecisti nobis domine i vero iudicio fecisti: quia peccauimus tibi/ & mandatis tuis non obediuimus: sed da gloriã nomini tuo/ et fac nobiscum secundũ multitudinem misericordie tue. ps. Magnus dominus & laudabilis nimis: in ciuitate dei nr̃i in mõte sancto eius. Orõ

Omnipotẽs & misericors deus: vniuersa nobis aduersantia propiciatus exclude: vt mẽte et corpore pariter expediti: que tua sunt liberis mentibus exequamur. Per dominum nostrum iesum christum. Ad ephesios.v.

Fratres: Uidete itaq; quomodo caute ambuletis: nõ quasi insipientes: sed quasi sapiẽtes. Redimentes tempus: quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligẽtes que sit voluntas dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria: sed implemini spiritu sancto/ loquentes vobismetipsis in psalmis/ hymnis/ & canticis spiritalibus/ cantantes & psallẽtes in cordibus vestris dñõ. Gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri iesu christi: deo & patri. Subiecti inuicem: in timore christi. Gr. Oculi omniũ in te sperant domine: & tu das illis escam in tempore oportuno. ℣. Aperis tu manum tuam: et imples omne animal benedictione. Alla. ℣. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam Euangelium secundũ mat. xxij.



In il. tpe. Loq̃bat iesus cũ discipulis suis in parabolis: dicẽs. Simile factum est regnũ celorum homini regi: q̃ fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: et nolebãt venire. Iterũ misit alios seruos dicẽs. Dicite inuitatis. Ecce prandiũ meũ paraui: tauri mei et altilia occisa sunt/ & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerũt. Et abierunt/ alius in villã suã: ali⁹ vero ad negociationẽ suã. Reliqui vero tenuerũt seruos eius: & cõtumeliis affectos occiderũt. Rex autẽ cũ audisset/ iratus est: et missis exercitibus suis/ pdidit homicidas illos/ & ciuitatẽ illorũ succẽdit. Tũc ait seruis suis. Nuptie quidẽ parate sunt: sed qui inuitati erãt nõ fuerũt digni. Ite ergo ad exitus viarũ: & quoscũq; inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui ei⁹ in vias cõgregauerũt oẽs quos inuenerunt bonos & malos/ & iplete sunt nuptie discũbẽtiũ. Intrauit autẽ rex vt videret discũbentes: & vidit ibi hominẽ nõ vestitũ veste nuptiali et ait illi. Amice/ quomõ huc intrasti nõ habẽs vestẽ nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. Ligatis manibus & pedib⁹ eius: mittite eũ in tenebras exteriores. Ibi erit flet⁹ & stridor dẽtiũ. Multi eni sunt vocati: pauci vero electi. Offr. Super flumi-

131

na babylonis illic sedimus et fleuimus: dum recordaremur tui syon. Secre.
Hec munera q̄s dñe q̄ oculis tue maiestatis offerimus: salutaria nobis esse cōcede. Per.
Cō. Memento verbi tui seruo tuo domine in quo mihi spem dedisti: hec me cōsolata est in humilitate mea. Postcōio.
Tua nos dñe medicinalis operatio / ⁊ a nr̄is peruersitatibus clemēter expediat: et tuis semper faciat inherere mandatis. P. Fer. iiij. Ad timotheū. ij. ij.
Charissime: Confortare in gratia q̄ data est tibi in christo iesu: ⁊ que audisti p me et multos testes: hec commenda fidelib⁹ hominibus: qui idonei erunt ⁊ alios docere. Labora sicut bon⁹ miles christi iesu Nemo militās deo implicat se negocijs secularibus: vt ei placeat / cui se probauit. Nā et qui certat in agone non coronabit: nisi legitime certauerit. Laborantem agricolam: oportet primum de fructibus percipere. Intellige que dico: dabit eni tibi dominus in omnibus intellectum.
Euangelium. Secūdū lucā. xiiij.



In il. tpe. Dicebat iesus cuidā principi phariseorū Cū facis prandium / aut cenam noli vocare amicos tuos: neq̄ fratres tuos neq̄ cognatos / neq̄ vicinos / neq̄ diuites / ne forte ⁊ ipsi te reinuitent / ⁊ fiat tibi retributio. Sed cū facis cōuiuiū: voca pauperes / debiles / claudos / ⁊ cecos: ⁊ btūs eris: quia nō habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi: in resurrectione iustorū. Hec cum audisset q̄dā de simul discūbentib⁹: dixit illi. Btūs q̄ manducabit panē in regno dei.
Dñica. xxj. post trinita. Officiū.



In volūtate tua dñe vniuersa posita sunt et non est q̄ possit resistere volūtati tue: tu eni fecisti oīa: celū / ⁊ terrā / ⁊ vniuersa q̄ celi ambitu continentur / dominus vniuersorum tu es. ps. Beati immaculati in via: qui ambulāt in lege dñi. Oro.
Largire q̄s dñe fidelibus tuis indulgētiā placat⁹ et pacē: vt pariter ab omnibus mundētur offensis: ⁊ secura tibi mēte deseruiant. Per d. Ad ephesios. vj.
Fratres Confortamini in dño: et in potētia virtutis eius. Induite vos armaturā dei vt possitis stare aduers⁹ insidias dyaboli. Qm̄ non est nobis colluctatio aduersus carnē ⁊ sanguinē sed aduersus principes ⁊ ptātes / aduersus mūdi rectores tenebrarū harū / cōtra spūales neqcias in celestib⁹. Propterea accipite armaturā dei: vt possitis resistere i die malo: ⁊ in oībus pfecti stare. State ergo succincti lūbos vr̄os in veritate: ⁊ induti loricā iustitie ⁊ calciati pedes in pparationē euangelij pacis. In oībus sumentes scutū fidei: in quo possitis oīa tela nequissimi ignea extinguere. Et galeā salutis assumite: ⁊ gladiū spiritus: qd̄ est verbū dei. Gr. Dñe refugiū factus es nobis: a generatiōe ⁊ pro

gente. ℣ Priusq̄ mōtes fierent aut for=maret terra ⁊ orbis: a seculo et in seculū tu es de⁹. Alla. ℣ Lauda aia mea do=mini: laudabo dn̄m in vita mea: psallam deo meo q̄diu ero. Scd̄m iohan. iiij



In il. tpe. Erat q̄dā regulus: cui⁹ fi=li⁹ infirmabat capharnaū Hic cū audisset quia iesus adueniret a iudea i galileā abijt ad eū ⁊ ro=gauit eū vt descēderet ⁊ sanaret fi=liū eius. Incipiebat eni mori. Di=xit ergo iesus ad eū. Nisi signa et prodigia videritis: non creditis. Dixit ad eū regulus. Dn̄e / descen=de priusq̄ moriat filius meus. Di=xit ei iesus. Uade filius tu⁹ viuit. Credidit homo sermoni quē dixe=rat ei iesus: ⁊ ibat. Iā autē eo de=scendente / serui occurrerunt ei: et nunciauerūt dicētes: q̄a filius ei⁹ viueret. Interrogabat ergo ho=ram ab eis: in qua melius habue=rat. Et dixerunt ei. Quia heri ho=ra septima: reliquit eū febris. Co=gnouit ergo pr̄ q̄a illa hora erat i qua dixit ei iesus: filius tuus viuit Et credidit ipse: ⁊ dom⁹ eius tota. Offr̄. Uir erat in terra noie iob: sim=plex ⁊ rectus ac timēs deū: quē sathā pe=tijt vt tentaret: ⁊ data est ei potestas a do=mino in facultate ⁊ in carne eius: pdidit=q̄ oēm subst̄atiā ipsius ⁊ filios: carnem quoq̄ ei⁹ graui vlcere vulnerauit. Sec̄.

Celestē nobis prebeant hec mysteria q̄sumus dn̄e medi=cinā: et vicia cordis nostri expur=gēt. Per dn̄m. Cō. In salutari tuo anima mea: ⁊ in verbū tuum superspera=ui / quando facies de persequentibus me iudicium / iniqui persecuti sunt me / adiu=ua me dn̄e deus me⁹. Postcōmunio.

Ut sacris dn̄e reddamur di=gni muneribꝰ: fac nos que sumus tuis semper obedire man=datis. Per dominum. ¶ Feria. iiij. Epistola. Ad thessalonicē. j.

Fratres: Sciētes dilecti a deo electionē vestram: q̄a euāgeliū nostrū nō fuit apud vos in sermone tātū / sed et in virtute et in spiritu sancto / et in plenitudi=ne multa / sicut scitis quales fueri=mus in vobis pp̄ter vos. Et vos imitatores mei facti estis et dn̄i: excipiētes verbū / in tribulatione multa cū gaudio sp̄ūsscti. Ita vt facti sitis forma oīb⁹ credētib⁹: in macedonia ⁊ in achaya. A vobis eni diffamat⁹ est sermo dn̄i: nō so=lū in macedonia et in achaya: sed et in om̄i loco fides vr̄a que est ad deū p̄fecta est / ita vt nō sit nobis necesse quicq̄ loq̄. Ipsi eni de no=bis annūciāt qualē introitum ha=buerimus ad vos: ⁊ quomō cōuer=si estis ad dn̄m a simulachris ser=uire deo viuo ⁊ vero / et expectare filiū eius de celis. Quem suscita=uit ex mortuis: iesum christum do=minū nostrum. Scd̄m lucam vj.



In il. tpe. Factū est vt intraret ies⁹ in synagogā: et doceret Et erat ibi homo / ⁊ ma=nus eius dexte=ra erat arida. Obseruabant

aūt scribe & pharisei si in sabbato curaret: vt inuenirēt vnde accusarēt illū. Ipse vero sciebat cogitationes eorū: & ait homini q̄ habebat manū aridā. Surge: et sta in medio. Et surgēs: stetit. Ait autē ad illos iesus. Interrogo vos/si licet sabbatis benefacere an male animā saluam facere an perdere Et circūspectis om̄ibus dixit homini: extende manū tuā. Et extēdit. Et restituta est manus eius. Ipsi aūt repleti sunt insipientia: et colloquebant adinuicē: quidnā facerēt de iesu ¶ Dñica.xxij.post trinitatē. Ad missam. Officium



S I iniqtates obseruaueris dñe: dñe qs sustinebit: qa apd te ppitiatio est deus israel. ℣. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Kyrieeleyson. Oratio.

F Amiliā tuā qs dñe ɔtinua pietate custodi: vt a cūctis aduersitatibus te ptegēte sit libera: & in bonis actib⁹ tuo noi sit deuota. Per dñm. Ad philippēses.j.

F Ratres: Cōfidim⁹ in dño iesu: qa qui cepit in vobis opus bonū: perficiet vsqꝫ in diē xpi iesu. Sicut eni est mihi iustū hoc sentire pro om̄ib⁹ vobis: eo q̄ habeā vos in corde & in vinculis meis/& in defensione & cōfirmatione euangelij/socios gaudij mei vos omnes esse. Testis enim mihi est deus: quomodo cupiā vos omnes esse in visceribus iesu xpi. Et hoc oro: vt charitas vr̄a magis ac magis abūdet in om̄i sciētia & in om̄i sensu. Ut probetis potiora: vt sitis sinceri et sine offensa in diem xpi/repleti fructu iustitie. Per iesum xpm: i gloriā & laudē dei. Gr. Ecce q̄ bonū & q̄ iocūdū: habitare fratres in vnū. ℣. Sicut vnguētū in capite: qd descēdit in barbā barbā aaron. All'a ℣. Mādauit dominus benedictionem: & vitā vsqꝫ in seculū. Isti duo ℣. dñr alternis vicib⁹ p ebdo. quotiens de feria agit. Et si nulla feria p hāc ebdō. ad hoc vacauerit: tunc secundus ℣. omnino ptermittat. Alia ℣. Qui sanat contritos corde: et alligat contritiones eorum. ¶ Sequentia sancti euāgelij: secūdū mat. xviij.



I N il. tpe. d. ie. dis. s. parabolā hanc. Simile est regnū celorū homini regi: qui voluit rationē ponere cuz seruis suis. Et cū cepisset rationē ponere: oblatus est ei vnus q̄ debebat ei decē milia talēta. Cū autē nō haberet vnde redderet: iussit eū dominus eius venundari/& vxorē eius/& filios/et omnia que habebat: & reddi. Procidēs autē seruus ille: rogabat eū dicens. Patientiā habe in me: et oia reddā tibi. Misertus autē dñs serui illius/dimisit eū: & debitū dimisit ei Egressus aūt seru⁹ ille: inuenit vnū de conseruis suis qui debebat ei centū denarios/et tenēs suffocabat eū dicēs. Redde quod debes. Et procidēs cōseruus eius rogabat eū dicēs Patientiā habe in me: & omnia reddam tibi. Ille autē noluit: sed abijt/& misit eum

in carcerem: donec redderet debitum. Videtes autẽ conservi eius que fiebant / cõtristati sunt valde & venerũt / & narrauerũt domino suo omnia que facta fuerãt. Tũc vocauit illum dñs suus: & ait illi. Serue neq̃ / omne debitũ dimisi tibi: quoniã rogasti me. Nõne ergo opoꝛtuit & te misereri conservi tui: sicut et ego tui misertus sum? Et iratus dñs eius: tradidit eum toꝛtoꝛib⁹: quoadusq̃ redderet vniuersum debitũ. Sic & pater meus celestis faciet vobis: si non remiseritis vnusquisq̃ fratri suo: de coꝛdibus vr̃is. Offer. Recoꝛdare mei dñe omnipotentatui dominans: da sermonẽ rectũ & benesonantẽ i os meũ vt placeãt verba mea in cõspectu pꝛicipũ. sc c̃.

SUscipe dñe pꝛopitius hostias quibus & te placari voluisti: & nobis salutem potenti pietate restitue. Per dñm. Cõ. Dico vobis gaudium est angelis dei sup vno peccatoꝛe penitentiam agente. Postc.

IMmoꝛtalitatis alimoniã cõsecuti / quesumus dñe: vt qd oꝛe pceptm⁹: puramente sectemur. p d. Feria. iiij. Ad roma. iij.

FRatres: Scimus quoniã quecunq̃ lex loquitur: his qui in lege sunt loquit: vt om̃e os obstruatur / et subditus fiat omnis mundus deo / quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coꝛã illo. Per legẽ enim: cognitio peccati. Nũc autẽ sine lege iusticia dei manifestata est: testificata a lege & pꝛophetis. Justitia autẽ dei per fidẽ iesu chꝛisti in omnes et sup omnes qui credunt in eum. Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt: & egent gloꝛia dei: iustificati gratis per gratiam ipsius / per redẽptionem que est in chꝛisto iesu: quẽ pꝛoposuit deus ꝓpitiatoꝛẽ per fidem in sanguine ipsius / ad ostensionẽ iustitie sue pꝛopter remissionẽ pꝛecedentium delictoꝛum in sustentatione dei / ad ostensionẽ iustitie ei⁹ in hoc tẽpoꝛe. Ut sit ipse iustus & iustificãs eũ qui ex fide est iesu xpi. S. mar. xj.



IN il. tpe. Dixit iesus discipulis suis. Amẽ dico vobis: quia si quis dixerit huic mõti tollere / & mittere in mare / et non hesitauerit in coꝛde suo: sed crediderit: qa qdcunq̃ dixerit fiat / fiet ei. Pꝛopterea dico vobis. Omnia quecunq̃ oꝛantes petitis / credite quia accipietis: & euenient vobis. Et cũ stabitis ad oꝛandũ: dimittite si qd habetis aduersus aliquẽ / vt et pater vester qui in celis est: dimittat vobis peccata vr̃a. Quod si vos nõ dimiseritis: nec pater vester q̃ in celis est: dimittet vobis pctã vr̃a. Dñica. xxiij. post trini. Officiũ.



DIcit dñs / ego cogito cogitatiões pac et nõ afflictiõis: inuocabitis me: & ego exaudiã vos: & reducã captiuitatẽ vestrã de cũctis locis. ps. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem iacob. Oratio.

DEus refugium nostrum et virtus: adesto pijs ecclesie

133

tue p̄cibus auctor ipse pietatis: et
p̄sta vt qđ fideliter petim⁹: effica
citer cōsequamur. P. Ad philip. iij

FRatres: Imitatores mei
estote: & obseruate eos qui
ita ambulāt/ sicut habetis formā
vestram. Multi enim ambulant
quos sepe dicebā vobis: nūc autē
et flens dico inimicos crucis xp̄i.
Quorū finis interitus: quorū de=
us venter est/ & gloria in confusio
ne eorum qui terrena sapiūt. No
stra autē conuersatio: in celis est.
Unde etiā saluatorē expectamus
dominū nostrū iesum christum: q̄
reformabit corp⁹ humilitatis no
stre configuratum corpori clarita
tis sue secundū operationem qua
possit etiam subijcere sibi omnia.
In christo iesu domino nr̄o. Gr.
Liberasti nos domine ex affligentibus
nos: et eos q̄ nos oderūt cōfudisti. ℣. In
deo laudabimur tota die: et nomini tuo
cōfitebimur in secula. Alla. ℣. Qui
posuit fines tuos pacem: et adipe frumē
ti satiat te. ℂ Sequētia sancti euā=
gelij: Secūdum matheum. xxij.



IN illo tē
pore: Ab
euntes pharisei
cōsiliū inierūt
vt caperent ie=
sum in sermo=
ne. Et mittunt
ei discipulos su
os: cū herodia=
nis dicentes. Magister scimus q̄a
verax es: et viam dei in veritate
doces/ & nō est tibi cura de aliquo
Non enim respicis personam ho
minum. Dic ergo nobis quid tibi
videtur: Licet cēsum dari cesari/
an non? Cognita autem iesus ne
quitia eorū/ ait. Quid me tētatis
hypocrite? Ostendite mihi num=
misma census. At illi obtulerunt
ei denarium. Et ait illi iesus. Cu
ius ymago hec/ et superscriptio? Di
cunt ei. Cesaris. Tunc ait illis ie
sus. Reddite ergo que sūt cesaris
cesari: & q̄ sunt dei deo. Offr. De
profundis clamaui ad te domine domi
ne exaudi orationem meam. Secreta.

SAcris nos domine quesu=
mus seruitijs fac intentos
et vt sine vlla tibi offensionis ma
cula famulemur: quales esse p̄e=
cipis ipse nos perfice. Per domi=
num. Cōio. Amen dico vobis: quic
quid orātes petitis credite: quia accipie
tis et fiet vobis. Postcommunio.

SUmpsimus dñe sacri do=
na mysterij humiliter de=
precantes: vt que in tui cōmemo=
ratiōe nos facere precepisti: in no
stre proficiant infirmitatis auxi
liū. Per do. Feria. iiij. Ad rom. v

FRatres: Si enim vni⁹ de
licto mors regnauit p̄ vnū
multo magis abundantiam gra
tie & donationis & iustitie/ accipiē
tes in vita regnabunt per vnū ie
sum christū. Igitur sicut per vni
us delictum in om̄es homines in
cōdēnationē mortis: sic & per vni
us iustitiam in omnes homines
in iustificationē vite. Sicut enim
per inobedientiam vnius homi=
nis peccatores cōstituti sunt mul=
ti: ita et per vnius obedientiā iu=
sti cōstituuntur multi. Lex enim
subintrauit: vt abūdaret delictū
Ubi aūt abūdauit delictū: supab
undauit & gratia. Ut sicut regna

uit peccatum in mortẽ: ita ꝛ gratia regnet per iustitiam in vitam eternam. Per iesum christum dominũ nostrũ. Secũdũ mat.xvij.

IN illo tẽpore: Cum venisset iesus et discipuli eius capharnaum: accesserunt qui didragmam accipiebant ad petrum/ ꝛ dixerunt ei. Magister vester non soluit didragmam. Ait. Etiam. Et cum intrasset domũ: preuenit eum iesus dicens. Quid tibi videtur symon? Reges terre a quibꝰ accipiunt tributum vel censum: a filijs suis/ an ab alienis? Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illi iesus. Ergo liberi sunt filij. Ut autem non scandalizemus eos vade ad mare/ ꝛ mitte hamũ: ꝛ eum piscẽ qui primus ascenderit/ tolle. Et aperto ore eius: inuenies staterẽ. Illum sumẽs da eis: pro me et te.

Dñica.xxiiij.post trini. Offi.

DIcit dñs/ ego cogito cogitationes pacis ꝛ non afflictiõis inuocabitis me ꝛ ego exaudiam vos: ꝛ reducam captiuitatem vestram de cunctis locis. ℣. Bñdixisti dñe terrã tuã auertisti captiuitatem iacob. Oro.

ABsolue quesumus domine tuorum delicta populorum: ꝛ a peccatorũ nostrorũ nexibus/ que ꝑ nostra fragilitate cõtraximus tua benignitate misericorditer liberemur. Per dñm nostrũ iesum christũ filiũ tuũ. Qui tecum viuit et regnat. ¶ Lectio epistole bti pauli apli ad colosen. j

FRatres: Nõ cessamus pro vobis orantes et postulantes: vt impleamini agnitione voluntatis dei in omni sapientia et intellectu spirituali vt ambuletis digni deo per omnia placentes. In omni opere bono fructificantes: et crescentes in scientia dei. In omni virtute confortati: secũdum potentiam claritatis eius. In omni patientia: ꝛ lõganimitate cum gaudio. In christo iesu domino nostro. Gr. Liberasti nos domine ex affligentibus nos: et eos qui nos oderunt confudisti. ℣. In deo laudabimur tota die: et nomini tuo confitebimur in secula. Alla. ℣. Domine deus meus in te speraui saluum me fac: ex omnibus persequentibus me libera me. Sequentia sancti euangelij. Secundum matheum. ix.



IN illo tẽpore. Loquente iesu ad turbas: ecce princeps vnꝰ accessit/ et adorauit eũ dicens modo Dñe filia mea defuncta est: sed veni/ impone manum tuam super eam ꝛ viuet. Et surgẽs iesus sequebatur eum: ꝛ discipuli eius. Et ecce mulier que sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis accessit retro et tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se. Si tetigero tantum vestimentum eius: salua ero. At iesus conuersus et videns eam dixit Confide filia: fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier: ex illa hora. Offr. De profũdis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocẽ meã. Secr.

134

Purificet nos dñe quesumus muneris presentis oblatio et dignos sacra participatiōe perficiat. Per. Cō. Amen dico vobis: quicquid orantes petitis credite: quia accipietis et fiet vobis. Postcōmunio.

Sumentes domine dona celestia quesumus: vt nō nobis prouenire ad iudicium patiaris: quod fidelibus tuis ad remedium prouidisti. Per dominū nr̄m.

¶ Feria. iiij. Ad. j. corinthios. x.

Fratres: Nolo vos fieri socios demoniorum. Quia non potestis calicem domini bibere: ꝛ calicem demoniorum. Non potestis mēse domini participes esse: ꝛ mense demoniorū. An emulamur dominum? Nūquid fortiores illo sumus? Oīa mihi licēt: sed non omnia expediunt. Oīa mihi licēt: sed non omnia edificāt Nemo quod suum est/ querat: sed quod alterius. Oē quod in macello venit: manducate: nihil interrogantes: propter conscientiā Domini est terra: ꝛ plenitudo eius Si qs vocat vos īfideliū ad cenā et vultis ire: oē quod vobis apponitur/ manducate/ nihil interrogantes propter conscientiam. Si quis aūt dixerit/ hoc immolatitium est idoli: nolite manducare propter illum qui manducauit/ et propter conscientiam. Conscientiam autē dico/ non tuam: sed alterius. Ut quid enim libertas mea iudicatur: ab aliena conscientia? Si enim ego cum gratia participo: quid blasphemor/ pro eo quod gratias ago? Siue ergo manducatis siue bibitis: vel aliud quid facitis: omnia in gloriā dei facite. Euangelium. Secūdū mat. xxj.



In il. tpe. Dixit iesus turbis iudeorū. Homo qdā habebat duos filios: ꝛ accedens ad primū dixit. Fili: Uade hodie operari i vineā meā. Ille aūt rn̄des ait. Nolo. Postea autē penitētia motus: abijt. Accedens autē ad alterū: dixit similiter. At ille rn̄dēs ait. Eo dñe: ꝛ nō iuit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Et dicunt ei. Primus. Dixit illis iesus. Amē dico vobis: qa publicani et meretrices precedent vos in regno dei. Uenit enim ad vos iohannes in via iustitie: ꝛ non credidistis ei. Publicani autē ꝛ meretrices crediderūt ei. Uos autē vidētes: nec penitētiā habuistis postea vt crederetis ei. Qui habet aures audiēdi: audiat. ¶ Dominica proxima ante aduentū. Ad missam. Offi.



Dicit dñs/ ego cogito cogitatiōes pacis et nō afflictiōis/ inuocabitis me et ego exaudiā vos: ꝛ reducam captiuitatem vestrā de cunctis locis. ps. Benedixisti domine terrā tuā: auertisti captiuitatē iacob. Orō

Excita quesumus dñe tuorū fidelium voluntates: vt diuini operis fructū propēsius exequentes: pietatis tue remedia maiora percipiant. Per dominum.

Lectio hieremie prophete. xxiij.

Ecce dies veniũt dicit dñs/ et suscitabo dauid germen iustũ: ⁊ regnabit rex et sapiẽs erit et faciet iudiciũ ⁊ iustitiã in terra In diebus illis saluabitur iuda: ⁊ israel habitabit cõfidẽter. Et hoc est nomẽ quod vocabũt eũ: dominus iustus nr̃. Propter hoc ecce dies veniũt: dicit dñs/ et non dicent vltra viuit dñs / qui eduxit filios israel de terra egypti: sed viuit dominus qui eduxit ⁊ adduxit semen domus israel: de terra aq̃lonis/ ⁊ de cunctis terris ad quas eiecerã eos illuc. Et habitabunt in terra sua. Dicit dominus omnipotens Gr. Liberasti nos dñe ex affligẽtibus nos: et eos q̃ nos oderunt cõfudisti. ℣. In deo laudabimur tota die: ⁊ i nomine tuo confitebimur in secula. Alla. ℣. Timebunt gentes nomen tuũ domine: ⁊ omẽs reges terre gloriam tuam. Per ebdo. qñ de fer. agitur dr̃ istud. Alla. ℣. In exitu israel de egypto: domus iacob de populo barbaro. vel. Alla. ℣. Confitebor tibi domine in toto corde meo: et in conspectu angelorum psallam coram te. Euãg. Secũdum iohannẽ. vj.



In il. tpe. Cum sublevasset oculos iesus et vidisset quia multitudo maxima venit ad eum dixit ad philippũ. Unde emenus panes: vt mãducent hi? Hoc aũtẽ dicebat: tẽtans eũ. Ipse enim sciebat: quid esset facturus. R̃ndit ei philippus. Ducentorũ denariorũ panes non sufficiũt eis: vt vnusquisq; modicũ q̃d accipiat. Dixit ei vn⁹ ex discipulis ei⁹ andreas frater symonis petri. Est puer vnus hic: qui habet quinq; panes ordeaceos/ ⁊ duos pisces. Sed hec quid inter tãtos? Dixit ergo iesus. Facite homines discũbere. Erat aũt fenũ multũ in loco. Discubuerũt ergo viri: numero quasi q̃nq; milia. Accepit ergo iesus panes: ⁊ cũ gratias egisset/ distribuit discumbentibus. Similiter et ex piscib⁹ q̃tũ volebat. Ut autẽ impleti sũt dixit discipulis suis Colligite que superauerunt fragmenta: ne pereant Collegerunt ergo ⁊ impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum/ ex quinq; panibus ordeaceis et duobus piscibus: que superauerũt his qui mãducauerãt. Illi ergo homines cũ vidissent q̃ fecerat signũ: dicebant. Quia hic est vere propheta: qui vẽturus est in mũdũ Offr. De pfundis clamaui ad te dñe dñe exaudi vocẽ meã. Sec.

Sacrificiũ tibi dñe celebrandum placatus intende: q̃d et nos a vicijs nostre conditionis emundet: et tuo nomini reddat acceptos. Per dñm. Cõ. Amen dico vobis quicquid orantes petitis credite: quia accipietis: et fiet vobis. Postcõio

Anime nostre quesumus omnipotens deus: diuino munere satiate: hoc pascantur desiderio: et a tuo spiritu inflammẽtur/ vt ante conspectum venientis christi filij tui velut clara luminaria/ fulgeamus. Per eundem. in vnitate eiusdẽ. Cũ prolixũ fuerit tempus inter inceptionẽ hystorie. Deus omniũ. ⁊ aduentũ dñi:

officiū. Dicit dñs. per tres dies dominicas cātetur vt supra notatū est. Cū vero breue fuerit tempꝰ: semp prima dñica ante aduentum qñ de dñica agit / cātet Dicit dñs cū orōne. Excita q̄s dñe. Epl'a. Ecce dies veniūt. Euange. Cū suble nasset. Si vero dñica non vacauerit: tūc in ferijs primo loco per ebdo. cantet. Cetere vero dñice q̄ remāserint in ferialibꝰ diebꝰ cātent.

Feria. iiij. quattuor tēpor mēsis septēbris. Ad missam. Officiū

Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob sumite psalmum iocūdum cum cithara: canite initiū mēsis tuba / quia pceptū in israel est: ꝛ iudicium deo iacob. ps. Testimoniū in ioseph posuit illud: cū exiret de terra egypti. Non dicitur vlterius. Orō sine Dñs vobiscum. sed tantum cum Oremus. Orō.

Misericordie tue remedijs q̄s dñe fragilitas nr̄a subsistat: vt que sua cōditione atterit tua clemētia reparetur. Per dominū. Lctō Amos prophete. ix.

Hec dicit dñs: Ecce dies veniunt: et comprehendet arator messorem: ꝛ calcator vue mittētem semen. Et stillabunt montes dulcedinē: ꝛ omnes colles culti erunt. Et conuertam captiuitatē populi mei israel: ꝛ edificabunt ciuitates desertas: ꝛ habitabūt in eis. Et plantabūt vineas: ꝛ bibēt vinū earū. Et facient ortos: ꝛ comedent fructus eorū. Et plātabo eos super humū suā: et non euellā eos vltra de terra sua: quam dedi eis. Dicit dominus omnipotens.

Gr. Uenite filij audite me: timorem domini docebo vos. ℣. Accedite ad eum et illuminamini: et facies vestre non cōfundentur. Non repetatur gradale. Hic dr̄ Dñs vo. et Oremus. Orō

Presta quesumus domine familie tue supplicanti: vt dum a cibis corporalibus se abstinent: a vicijs quoq mente ieiunēt Per dominum. Hic dicuntur memorie cōsuete. Lctō libri Esdre ij

In diebus illis: Congregatus est omnis populus: quasi vir vnus ad plateam que est ante portā aquarum. Et dixerunt esdre scribe vt afferret librum legis moysi quā precepit dñs israeli. Attulit autem esdras sacerdos librū coram multitudine virorū ac mulierum / cunctisq qui poterant intelligere: in die prima mensis septimi. Et legit in eo aperte in platea / que erat ante portam aquarū / a mane vsq ad mediam diem in conspectu virorum ac mulierū et sapientium. Et aures omnis populi: erāt erecte ad librū. Stetit aūt esdras scriba / sup gradum ligneū quē fecerat ad loquendū: ꝛ steterūt iuxta eum. Et aperuit esdras librū corā omni populo. Sup vniuersum quippe populū eminebat. Et cū aperuisset eū stetit ois populus: ꝛ bñdixit esdras dño deo voce magna. Et rñdit omnis populus amē. Eleuātes aūt omnes populi manus suas incurnati sūt et adorauerūt deū proni in terrā. Porro leuite silētiū faciebāt in populo ad audiendam legem. Populus aūt stabat in gradu suo. Et legerūt in libro legis dei distincte et

aperte ad intelligendū: et intellexerunt cum legeretur. Dixit autē neemias & esdras sacerdos et scriba/ & leuite: interpretātes vniuerso populo. Dies sanctificatus est domino deo nostro: nolite lugere: et nolite flere. Flebat enim omnis popul⁹: cum audiret verba legis. Et dixit eis. Ite & comedite pinguia/ & bibite mulsum: et mittite partes eis qui non preparauerūt sibi/ quia sanctus dies domini est: et nolite contristari. Gaudium etenim domini est: fortitudo vestra. Gr. Quis sicut dominus deus noster qui in altis habitat: et humilia respicit in celo & in terra. V. Suscitās a terra inopē et de stercore erigens pauperem. Repetatur gradale. Scdm mar. ix.



In il. tpe. Respondens vn⁹ de turba: dixit ad iesū. Magister/ attuli filium meū ad te/ habētem spiritum mutū qui vbicūq; eū apprehenderit/ allidit eum & spumat/ & stridet dentibus et arescit. Et dixi discipulis tuis vt eijcerent illum: & non potuerūt. Qui respōdens eis: dixit. O generatio incredula/ q̄diu apd vos ero: q̄diu vos patiar? Afferte illū ad me. Et attulerunt eum. Et cum vidisset eū statim spiritus conturbauit eum. Et elisus in terram volutabatur spumans. Et interrogauit patrē eius. Quantum temporis est/ ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab infantia. Et frequēter eū in ignē et in aquam misit: vt eum perderet. Sed si quid potes: adiuua nos misertus nostri. Jesus autem ait illi. Si potes credere: omnia possibilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri: cū lachrymis aiebat. Credo domine: adiuua incredulitatem meā. Et cū videret iesus concurrētē turbā: comminatus est spiritui inmundo dicens illi. Surde/ et mute spiritus ego tibi precipio exi ab eo/ et amplius ne introeas in eum. Et clamans/ & multum discerpens eum exijt ab eo. Et factus est sicut mortuus: ita vt multi dicerent/ quia mortuus est. Jesus autem tenēs manum eius: eleuauit eū/ et surrexit. Et cum introijsset in domū discipuli eius secreto interrogabant eum. Quare nos non potuimus eijcere eum? Et dixit illis. Hoc genus in nullo potest exire: nisi in oratiōe et ieiunio. Offr. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. Secreta.

Deus qui de his terre fructibus tua sacramenta cōstare voluisti: presta quesumus: vt per hec opē nobis et presentis vite cōferas/ & eterne. Per. Cō. Comedite pinguia et bibite mulsum: & mittite partes eis qui non parauerunt sibi: sanctus enim dies domini est/ nolite contristari: gaudium etenim domini est fortitudo vestra. Postcommunio.

Sumentes domine dona celestia suppliciter deprecamur: vt que sedula seruitute donāte te gerimus: dignis sensib⁹/ tuo munere capiamus. Per dominū

¶Feria. vj. quat. tēpo. Officiū.
Letetur cor querētiū do
minū querite dominū
et confirmamini: que-
rite faciē eius semper.
p. Cōfitemini dño et inuocate nomē ei⁹:
annūciate inter gētes opera eius. Oro.
Presta quesumus omnipo-
tēs deus: vt obseruationes
sacras annua deuotione recolen-
tes: et corpore tibi placeam⁹ et mē-
te. Per. Lctō osee prophete. xiiij.
Hec dicit dominus. Conuer
tere israel ad dominū deū
tuum: quoniam corruisti in iniq-
tate tua. Tollite vobiscum ver-
ba: et conuertimini ad dñm / et di-
cite ei. Omnē aufer iniquitatem
et accipe bonū: et reddamus vitu-
los labiorū nostrorum. Assur nō
saluabit nos. Super equū non as
cendemus / neqꝫ dicemus vltra dij
nostri opera manuū nostrarum /
qa eius q̄ in te est misereberis po-
puli. Sanabo cōtritiones eorum
diligā eos spontanee: quia auer-
sus est furor meus ab eis Ero qua
si ros: et israel germinabit sicut li
lium. Et erūpet radix eius: vt li-
bani ibūt rami ei⁹ Et erit quasi oli
ua glīa eius et odor eiu⁹ vt libani.
Cōuertētur sedētes in vmbra ei⁹:
viuēt tritico / et germinabūt qua
si vinea. Memoriale eius: sicut vi
num libani. Ego exaudiam et diri
gam eum: ego vt abietem viren-
tem / ex me fructus tuus inuē-
tus est. Quis sapiēs / et intelliget
ista: intelligēs / et sciet hec? Quia
recte vie domini: et iusti ambula-
bunt in eis. Gr. Conuertere domine
aliquantulum: et deprecare super seruos
tuos. V. Domine refugium fact⁹ es no-
bis: a generatione et progenie. Repeta
tur gradale. Secundū lucā. vij.



In il. t. Ro
gabat ie-
sum quidā pha
riseus: vt man-
ducaret cū illo.
Et ingressus do-
mum pharisei:
discubuit. Et ec
ce mulier que e-
rat in ciuitate peccatrix vt cogno
uit q̄ iesus accubuit in domo pha
risei / attulit alabastrum vnguen
ti. Et stans retro secus pedes do-
mini / lachrymis cepit rigare pe-
des eius: et capillis capitis sui ter-
gebat. Et osculabatur pedes eius
et vnguento vngebat. Videns au-
tem phariseus qui vocauerat eū:
ait intra se dicens. Hic si esset pro-
pheta: sciret vtiqꝫ que et qualis est
mulier que tangit eū / quia pecca
trix est. Et respondēs iesus: dixit
ad illū. Symon / habeo tibi aliqd
dicere. At ille ait. Magister dic.
Et respondit ei iesus. Duo debito
res erant cuidam feneratori: vn⁹
debebat denarios quingētos / et
alius quinquaginta. Non haben
tibus illis vnde redderent: dona-
uit vtrisqꝫ. Quis ergo eum plus
diligit? Respondens autē symon
dixit. Existimo quia is cui pl⁹ do-
nauit. At ille dixit ei. Recte iudi-
casti. Et cōuersus ad mulierē: di-
xit symoni. Vides hanc mulierē?
Intraui in domum tuam: aquam
pedibus meis non dedisti. Hec au-
tem lachrymis rigauit pedes me-
os et capillis suis tersit. Osculum

mihi nō dedisti: hec autē ex quo intraui/ non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti: hec autē vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi Remittunt ei peccata multa: quoniā dilexit multum. Cui autē minus dimittitur: minus diligit. Dixit autē ad illā dñs. Remittūtur tibi peccata tua. Et ceperunt q̄ simul discumbebāt: dicere intra se. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autē ad mulierem. Fides tua te saluam fecit: vade in pace. Offr. Benedic anima mea dño et noli obliuisci omnes retributiones ei⁹ et renouabit sicut aq̄le iuuēt⁹ tua. Sec.

ACcepta tibi sint dñe quesumus nostri dona ieiunij q̄ nos et expiādo tua gratia dignos efficiant: et ad sempiterna p̄missa pducāt. Per. Cō. Aufer a me opprobriū et contemptū: quia mandata tua exquisiui domine: nā et testimonia tua meditatio mea est. Postcommunio.

QUesumus omnipotens deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibētes: beneficia potiora sumamus. Per. ¶ Sabbato quattuor tēporū. Officium

VEnite adoremus deū et procidamus ante dñm ploremus ante eū qui fecit nos: quia ipse est dominus deus noster. ℣. Venite exultemus dño: iubilemus deo salutari nostro. Oēs orationes p̄ter vltimā dñr. sine Dñs vo. sed tm̄ cū Ore.

OMps sempiterne de⁹ (Oēo qui per continentiā salutarem/ et corporibus mederis et mētib⁹: maiestatē tuā suppliciter exoramus: vt pia ieiunātiū deprecatione placatus: et p̄sentia nobis subsidia p̄beas/ et futura. p. Oēs lectiones cū suis titulis legantur. Discurrāt lectiones et grad: hinc inde vrs: in quattuor temporibus aduētus dñi. Lctō libri leui. xxiij.

IN diebus illis: Locutus est dñs ad moysen/ dicēs. Decimo die mēsis hui⁹ septimi: dies expiationum erit celeberrimus/ et vocabitur sanctus. Affligetisq̄ animas vestras in eo: et offeretis holocaustū domino. Omne opus seruile nō facietis in tempore diei huius: q̄a dies expiationis est/ vt propitiet vobis dñs deus vr. Omnis aīa que afflicta non fuerit die hoc peribit de populis suis Et que operis quippiā fecerit: delebo eam de populo suo. Nihil ergo operis: facietis in eo. Legitimū sempiternū erit vobis: in cunctis generationibus et habitationibus vestris. Sabbatū requietiōis est: affligetisq̄ animas vr̄as. Die nono mēsis huius a vespere vsq̄ ad vesperum celebrabitis sabbata vestra. Dicit dñs ops. Offr. Propitius esto dñe peccatis nostris: nequādo dicāt gētes vbi est deus eorū. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter honorē nominis tui domine libera nos. ¶ Nō repetatur gr. Oratio.

DA nobis quesumus omnipotens deus: vt ieiunando tua gratia satiemur: et abstinendo cunctis efficiamur hostib⁹ fortiores. Per dominum nostrum iesum christum. Lctō lib. leui. xxiij

IN diebus illis: Locutus est dominus ad moysen dicēs.

Quintodecimo die mēnsis septimi: quando congregaueritis oēs fructus terre vestre/ celebrabitis ferias dñi septē diebus. Die prio et die octauo erit sabbatū: id est requies. Sumetisq3 vobis die prio fructus arboris pulcherrime/ spatulasq3 palmarum/ & ramos ligni densarum frondium/ et salices de torrente/ & letabimini coram domino deo vestro: celebrabitisq3 solennitatem eius septem diebus p annum. Legitimū sempiternum erit vobis: in cunctis generationibus vestris. Mense septimo festa celebrabitis: et habitabitis in vmbraculis septem diebus. Omnis qui de genere israel est/ manebit in tabernaculis: vt discant posteri vestri q in tabernaculis habitare fecerim filios israel/ cū educerem eos de terra egypti Ego dominus deus vester. Gr. Protector noster aspice de9: & respice super seruos tuos. V9. Domine deus virtutum: exaudi preces seruorum tuorum. Oratio.

DA quesumus domine fidelibus tuis beneficijs gratulari/ suppliciter implorātis: & qui ieiunijs te venerantur exhibitis bonorū tuorum copijs impleant. Per. Lectio michee pphete. vij.

DOmine deus noster pasce populum tuū in virga tua gregem hereditatis tue habitantes solos terram in saltu iuxta dies antiquos. Videbunt gentes et confundentur super omni fortitudine sua. Quoniam quis deus similis tui: qui aufers iniquitatem et transfers peccatum reliquiarū hereditatis tue. Nō immittet vltra furorē suū: qm̄ volens misericordiā est. Reuertetur & miserebitur nostri. Deponet oēs iniquitates nostras et pijciet in profundū maris oīa peccata nostra. Dabis veritatē iacob: misericordiam abrahā que iurasti patribus nr̄is a dieb9 antiquis: dñe deus noster. Gr. Dirigat oro mea sicut incensum in cōspectu tuo dñe. V. Eleuatio manuū mearū: sacrificiū vespertinū. Ore. oro.

PResta q̄s dñe sic nos ab epulis abstinere carnalib9: vt a vicijs irruētib9 pariter ieiunemus. p. Lctō zacharie pphe. viij.

IN dieb9 illis: Factū est verbū domini ad me dicēs. Hec dicit dñs deus exercituum. Sicut cogitaui vt affligerem vos cū ad iracūdiā prouocassent me patres vestri & non sum misertus/ sic cōuersus cogitaui in diebus istis: vt benefaciā hierusalē & domui iuda Nolite timere. Hec sunt enim verba que facietis. Loquimini veritatem vnusquisq3 cū proximo suo veritatem & iudiciū pacis iudicate in portis vestris: et vnusquisq3 malū contra amicum suū ne cogitetis in cordibus vestris/ et iuramentū mendax ne diligatis. Oia enim hec sunt que odi: dicit dominus. Et factū est verbū dñi exercituū ad me dicens. Hec dicit dñs deus exercituū. Jeiuniū primi/ ieiuniū quarti/ ieiunium quinti/ et ieiuniū septimi/ & ieiunium decimi: erit domui iude/ in gaudiū & letitiam/ & in solennitates preclaras. Veritatē tantū & pacem diligite: ait dñs exercituū. Gr. Saluū fac populum tuum domine: & benedic here-

ditati tue. ℣. Ad te clamaui deus meus ne sileas a me: ꝛ ero similis descendentibus in lacum. Oremus. Oratio.

Ut nobis dn̄e tribuis solenne tibi deferre ieiuniū: sic nobis quesumus indulgentie prestasubsidiū. Per d. Lectio. v. Angelus dn̄i. tota legat / sicut in sab ba. iiij. tēporū in ebdo. pēthe. Duo clerici de secūda forma in suppellicijs ad gradū cho. sil' cātāt tr. Tr.

Omnipotentē semper adorant. Et benedicunt omne per euū. Chorus idē repetat. Clerici. ℣. Astra polorū cūcta hominū gens solqꝫ sororqꝫ lumina celi. Chorus. Omnipotentē semper. Clerici. ℣. Sic quoqꝫ limphe queqꝫ superne ros pluuieqꝫ spiritus omnis. Chorus. Et benedicunt. Clerici. ℣. Ignis ꝛ estus cauma geluqꝫ frigus et ardor atqꝫ pruina. Chorus. Omnipotētē Cler. ℣. Nix glacies noxqꝫ diesqꝫ lux tenebreqꝫ fulgura nubes. Chorus. Et bn̄dicūt. Clerici. ℣. Arida montes germina colles flumina fontes ponthus ꝛ vnde Cho. Omnipotentē. Clerici. ℣. Quia viua q̄ vehit equorꝫ q̄ vegetat aer terraqꝫ nutrit. Cho. Et benedicūt. Clerici. ℣. Cuncta hominū gens israel ipse christicole seruuli quiqꝫ. Cho. Omnipotentē. Clerici. ℣. Sancti humilesqꝫ corde benigno: tresqꝫ pulli exuperātes. Cho. Et bn̄dicunt. Clerici. ℣. Rite camini ignei flammas iussa tyranni tēnere prompti. Chorus. Omnipotentē. Clerici ℣ Sit genitori laus genitoqꝫ: lausqꝫ beato flamini sacro. Chorus. Et benedicūt Clerici reincipiāt tr. Oīpotētē. Et percantetur a choro. Sequat Dominus vobiscū. et Oremus. Orō

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas igniū: concede propitiꝰ: vt nos famulos tuos nō exurat flāma viciorꝫ. p. Hic dn̄r mēorie cōsuete. Ad hebre. ix.

Fratres: Tabernaculū factū est primū: in quo erant candelabra / ꝛ mēsa / et propositio panū / qđ dicitur sancta. Post velamentū autē / secūdū tabernaculū qđ dicitur sancta sanctorū: habēs aureū thuribulū / et archā testamēti circūtectā ex omni parte auro. In qua erat vrna aurea habens manna / et virga aaron que fronduerat: ꝛ tabule testamenti / super que erāt cherubin glorie obumbrantia propitiatoriū / de quibus non est modo dicendū per singula. His vero ita ꝯpositis: in priori qđē tabernaculo / semp introibāt sacerdotes sacrificiorꝫ officia cōsummātes. In secūdo autē: semel in anno solus pōtifex nō sine sanguine / quē offerret ꝓ sua ꝛ populi ignorātia. Hoc significāte spiritu sctō nōdū propalatā esse sanctorū viā: adhuc priori tabernaculo habente statū. Que parabola est tēporis instātis: iuxta quā munera ꝛ hostie offeruntur que non possunt iuxta cōsciētiā / perfectū facere seruientē. Solūmodo in cibis ꝛ in potibus / et varijs baptismatibus et iustitijs carnis / vsqꝫ ad tempus correctiōis impositis. Christus autē assistens pontifex futurorū bonorū: peramplius ꝛ ꝑfectius tabernaculum non manu factum: id est non huius creationis neqꝫ per sanguinē hyrcorum / aut vitulorum / sed per proprium sanguinem: introiuit semel in sancta eterna redemptione inuenta.

Duo clerici de scda forma in capis suis nigris ad gradum chori simul dicāt totū et integrū tractū.

Laudate dnm omnes gentes: et collaudate eū omnes populi. V. Quoniā cōfirmata est sup nos misericordia eius: & veritas domini manet ineternum. ¶ Secundum lucam. xiii.




In il. tpe. Dicebat iesus turbis similitudinē hāc. Arborē fici habebat quidā plātatam in vinea sua: & venit querens fructū in illa & nō inuenit. Dicit autē ad cultorē vinee. Ecce anni tres sunt ex quo venio querēs fructū in ficulnea hac: & nō iuenio Succide ergo illā. Ut qd etiā terrā occupat? At ille rñdēs ait illi. Dñe/dimitte illā & hoc anno: vsq; dū fodiā circa illā/et mittā stercora. Et siquidē fecerit fructū: sin autē/in futurū succides eam. Erat autē docēs: in synagoga eorū sabbatis. Et ecce mulier que habebat spiritū infirmitatis annis decē & octo/et erat inclinata: nec poterat omnino sursum respicere. Quā cū videret iesus: vocauit eā ad se: & ait illi. Mulier: dimissa es ab infirmitate tua Et imposuit illi manus: & cōfestim erecta est: & glorificabat deū. Respondēs autē archisynagogus: indignās qa sabbato curasset iesus dicebat turbe. Sex dies sunt/in qbus oportet operari. In his ergo venite & curamini: & nō in die sabbati. Rñdit autē ad illū dñs: et dixit. Hypocrite: vnusquisq; vestrū sabbato nō soluit bouē suū aut asinū a presepio/ & ducit adaquare? Hāc autē filiā abrahe quā alligauit sathanas/ecce decē & octo annis: non oportuit solui a vinculo isto die sabbati? Et cū hec diceret erubescebant oēs aduersarij eius Et oīs populus gaudebat in vniuersis que gloriose fiebant ab eo. Offer. Domine deus salutis mee: in die clamaui et nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo dñe. Secreta

Quesumus dñe nostris placare muneribus & ieiunijs qm̄ tu eadē tribuis vt placeris. p. Cō. Mense septimo festa celebrabitis cū in tabernaculis habitare fecerim filios israel cum eduxerim eos de terra egypti ego dominus deus vester. Postcō.

Perficiant in nobis dñe quesumus tua sacramenta qd continent: vt que nunc specie gerimus/certa rerum veritate capiamus. Per dominum nrm. ¶ In die dedicationis ecclesie. Officiū.





Terribilis est loc⁹ iste hic domus dei est et porta celi: et vocabitur aula dei. In tēpore pascali alla. ps. Dominus regnauit decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem et precinxit se. Oratio.

Deus qui nobis p singulos annos hui⁹ sancti templi tui cōsecrationis reparas diē: & sacris semp mysterijs representas incolumes: exaudi pces populi tui et presta: vt quisquis hoc templū beneficia petiturus ingredit/cum

cta se impetrasse letetur. Per Lectio libri apoca. bti iohã. apłi. xxj

In dieb⁹ illis: Ego iohãnes vidi ciuitatẽ sanctã hierusalem nouã: descẽdentẽ de celo a deo paratã: sicut sponsam ornatã viro suo. Et audiui vocẽ magnã de throno dicentẽ. Ecce tabernaculum dei cum hominibus: ꝛ habitabit cũ eis. Et ipsi popul⁹ eius erũt et ipse deus cum eis erit eorum deus. Et absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorũ et mors vltra nõ erit: neqꝫ luctus / neqꝫ clamor / neqꝫ dolor erit vltra / que prima abierũt. Et dixit qui sedebat in throno: ecce noua facio omnia.

Gr. Locus iste a deo factus est inestimabile sacramentũ: irreprehensibilis est. ℣. Deus cui astat angelorũ chorus: exaudi preces seruorũ tuorum. Alla. ℣. Adorabo ad templũ sanctum tuũ: ꝛ confitebor nomini tuo. Hec duo Alla. sequentia dñr alternis vicibus per octa. nisi in dñica / ꝛ in octa. die. Alla. ℣. O ꝙ metuendus ꝛ venerandus est locus iste: vere non est hic aliud nisi domus dei et porta celi. Alla. ℣. Fundata est domus domini super verticẽ montiũ: et exaltata est super omnes colles. Licet in. xl. hoc fe. eue. dicit ista sequẽtia

Hierusalem ꝛ syon filie / cetus oĩs fidei curie / melos pangat iugis letitie alla. Christ⁹ enim desponsat hodie matrẽ nostram norma iustitie / quã de lacu traxit miserie ecclesiam. In spiritus sancti clementia sponsa spõsi letatur gratia / a reginis laudis cum gloria felix dicta. Dos vt datur crescit letitia / que dos cantat triplex potentia tangens celũ terras ꝛ stigia / iustitia. Mira loquor sed sana credere federatã tã largo munere de proprio pduxit latere deus homo. Formaretur / vt sic ecclesia figurauit i pari gloria / ade costis formata femina / hostis eua. Eua fuit nouerca posteris hec est mater electi generis vite portus asylũ miseris et tutela. Pulchra potens partu mirabilis / vt luna / sol fulget spectabilis / plus acie multo terribilis ordinata. Multiplex est singularis / vna generalis ꝛ indiuidua / oĩs eui sexus simul vna parit turmas Hec signata iordanis fluctibus / hec que venit e terre finibus / scientiam audire cominus salomonis. Sic tipicis descripta sensibus / nuptiarũ induta vestibus / celi preest hodie ciuibus christo iuncta. O solennis festũ letitie / quo vnit christus ecclesie / in qua nostre salutis nuptie celebrant. Cetus felix dulce conuiuium / lapsis ibi datur solatium / desperatis offertur spacium respirandi. Iustis inde soluũtur premia / angelorum nouãtur gaudia / lata nimis qđ facit gratia charitatis. Ab eterno fõs sapientie intuitu soli⁹ gratie / sic preuidit in rerũ serie hec futura Christus ergo nos suis nuptijs recreatos veris delicijs interesse faciat socijs electorũ. Infra septuagesimam vsqꝫ ad caput ieiunij in oct. tãtũ hui⁹ festi dicit seques. Trac.

Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit ꝛ defecit anima mea in atria domini. ℣. Cor meum et caro mea: exultauerunt in deũ viuum. ℣. Etenim passer inuenit sibi do-

mum: et turtur nidū sibi vbi reponat pullos suos. ℣. Altaria tua domine virtutū rex meus et deus meus. ℣. Beati qui habitant in domo tua domine: in eternū laudabunt te dñe. In tpe pas. erit scdz Alla de resurre. quotidie p oct. et in oct. et etiā in pria die. Se. lu. xix.



In illo. t. Egressus iesus: perambulabat hierico. Et ecce vir noie zacheus / et hic erat princeps publicanorū: et ipse diues. Et querebat videre iesū qs esset Et nō poterat pre turba: qa statura pusillus erat. Et precurrens ascendit in arborē sichomorū: vt videret eū: quia inde erat trāsiturus. Et cum venisset ad locū: suspiciēs iesus vidit illū / et dixit ad eū. zachee festinās descēde qa hodie in tua domo oportet me manere. Et festinans descendit: et excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes murmurabāt dicētes / q ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autē zacheus: dixit ad dominum. Ecce dimidiū bonorum meorum domine do pauperibus: et si quid aliquem defraudaui / reddo quadruplum. Ait iesus ad eum. Quia hodie salus huic domui facta est: eo q et ipse filius sit abrahe. Venit enim filius hominis querere et saluū facere: quod perierat. Offer. Domine deus meus in simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa: et populum tuum qui repertus est vidi cum ingēti gaudio: deus israel custodi hanc voluntatē. In tempore paschali. Alla. Secreta.

Annue quesumus domine precibus nostris: vt quicūqz intra templi huius cuius anniuersariū dedicationis diē celebramus: ambitu cōtinemur: plena tibi atqz pfecta corporis et anime deuotione placeamus: vt dū hec presentia vota reddimus: ad eterna premia te adiuuāte peruenire mereamur. Per d. Prefa. quotidia. Cō. Domus mea domus orationis vocabitur dicit dominus: in ea omnis qui petit accipit / et q querit inuenit / et pulsanti aperietur. In tempore paschali. alleluya alleluya. Postcommunio.

Deus qui ecclesiam tuā sponsam vocare dignatus es: vt que habebat gratiam per fidei deuotionem: haberet etiam ex nomine dignitatē: da vt omnis hec plebs tuo nomini seruiens: huius vocabuli consortio digna inueniatur. Qui viuis et regnas cū deo patre. Si hoc festū a. lxx. vsqz ad pascha cōtigerit: dr in fine misse. Benedicamus dño. Si autē alio tpe anni: finiatr cū Ite missa est. Per totas oct. dr eadē missa dedicatione qñcūqz hoc festū / scz ab oct. epyphanie vsqz ad lxx. et ab octa. pasc. vsqz ad ascēsionē dñi. vel a festo sancte trinitatis: vsqz ad aduentū dñi contigerit: nisi festū nouē lc. itercurrat: sed sine sequētia et Credo. tñ in dñica dicitr ista seqñ.

Letabundus exultet fidelis chorus celi curie. Cum iocundus ornatur regine thorus regi glorie. In tali connubio nubit lappa lilio / soli stella. Cum miro consortio anime fit vnio dei cella

Celebratur hodie christi et ecclesie caste nuptie. Sicut iungit spiritū homo deo subditus iugo grē. In hoc matrimonio caro dei filio nupsit nobili. Ipse vero filius summus et eximius cessit humili. Ima summus petijt et spōsam expetijt quā de nigra gestijt cādidare. Fecit quod disposuit qā fedā potuit quādo sibi placuit emundare. Ancilla ppera. Ut fias libera. Cū virgo regnās sceptrigera. Spōsum cōsidera. Quē velat littera Ipsum reuelat fides vera. Scdz lucā. vj.



In il. tpe. Dixit iesus discipulis suis. Ois qui venit ad me / et audit sermones meos et facit eos: ostēdā vobis cui similis sit. Similis est homini edificanti domū qui fodit in altū: et posuit fundamētū supra petrā. Inundatione autē facta: illisum est flumen domui illi / et nō potuit eā mouere. Fundata eni erat: supra firmā petrā. Credo. ¶ In octa. dedica. eccłie oīa fiant in prima die cum hac Seqn̄.

Quam dilecta tabernacula domini virtutum et atria Quā dilecti architecti tuta edificia. Que nō monēt immo fouēt ventus / flumē / pluuia. Quā decora fundamēta pconcinna sacramēta vmbre precurrētia. Latus ade dormiētis euā fudit immanētis copule primordia. Archam ligno fabricatā noe seruat gubernatā per mundi diluuiū. Prolē sera tandē feta / anus sara ridet leta nostrū lactans gaudiū. In biuio tegens nuda / geminos parit ex iuda / thamar diu vidua. Sic moyses a puella dū se lauit in fiscella reperit scirpea Hic mas agnus inmolatur quo israel satiatur eius tinctus sanguine. Hinc venit austri regina salomonis qua diuina cōdit sapiētia Hec est nigra sed formosa myrrha et thure fumosa virga pigmentaria. Sic futura que figura obūbrauit reserauit nobis dies gratie. Jam in lecto cū dilecto quiescamus et psallamus assūt enim nuptie. Quarū tonat initium in tubis epulātiū et finis p psalterium. Sponsum millena milia vna laudāt melodia sine fine dicētia. all'a. all'a. Secūdū iohānē. x.

In il. t. Facta sunt encenia in hierosolymis: et hyems erat. Et ambulabat iesus in templo: in porticu salomonis. Circūdederūt ergo eum iudei: et dicebāt ei Quousqz animā nostrā tollis Si tu es christus: dic nobis palā. Respondit eis iesus. Loquor vobis: et non creditis. Opera que ego facio in nomine patris mei: hec testimonū perhibent de me. Sed vos non creditis: quia nō estis ex ouibus meis. Oues mee vocē meam audiunt et ego cognosco eas: et sequūtur me. Et ego vitā eternā do eis: et non peribunt ineternum / et nō rapiet eas quisq̄ de manu mea Pater meus quod dedit mihi maius omnibus est: et nemo potest rapere de manu patris mei. Ego et pater: vnum sumus. Non dicitur Credo. nisi dn̄ica fuerit. Si hoc fe

stum a capite ieiunij vsq ad cenā dñi cōtigerit: nihil fiat de festo nisi tātū in prima die preter memoriā infra octa. et in octauis. ¶ In consecratione ecclesie. Officium



Terribilis est locus iste: hic domus dei est et porta celi / et vocabitur aula dei. In tpe pasc. Alla. ps. Dominus regnauit decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinē et precinxit se. Gloria patri. Oratio.

Deus q̄ sacrandorū tibi auctor es munerū: effunde super hāc orationis domū bñdictionē tuā: vt ab omnibus inuocantibus nomē tuū: defensionis tue auxiliū sentiat. Per. Epla. Ego iohānes vidi ciuitatē. vts. in die dedicatiōis. Gr. Locus iste a deo fact9 est inestimabile sacramentū: irreprehensibilis est. ℣ Deus cui astat angelorum chorus: exaudi preces seruorū tuorū. Alla ℣. Adorabo ad templū sanctū tuū: et confitebor nomini tuo. Sequētia. Quā dilecta. vts. in oct. dedica. Euāgelium Egressus iesus perambulabat. vts. in die dedi. Offr. Dñe deus in simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa: et populū tuū qui repertus est vidi cum ingenti gaudio: deus israel custodi hanc voluntatem. In tempore paschali. Alleluya. Secreta.

Deus qui in omni loco dominationis tue totus assistis et totus operaris: accepta sacrificium nomini tuo benignus oblatum: et huius domus cuius es fundator: esto protector: vt in virtute spūssancti fiat hic semper seruitiū etiā tibi deuota libertas. Per. in vni. eiusdē. Cō. Domus mea dom9 orationis vocabitur dicit dominus: in ea omnis qui petit accipit: et qui querit inuenit / et pulsanti aperietur. In tempore paschali. alleluya alleluya. Postcōio.

Sacramētis dñe refectis salutaribus gratias tibi referimus / reple quesumus hoc templum tue gloria maiestatis: vt in honore nois tui / fiat populo tuo domus orationis. p. ¶ In reconciliatiōe eccl'ie. Ad missam. Offi.



Dum sanctificatus fuero in vobis congregabo vos de vniuersis terris: et effundā sup vos aquā mundā: et mundabimini ab omnibus inquinamētis vestris / et dabo vobis spiritum nouum. In tempore paschali alla. ps. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Oratio.

Deus qui dixisti dom9 mea domus orationis vocabitur domum istam gentium spurcitijs contaminatā mundare et sanctificare digneris: vt omniū preces et vota in loco hoc ad te clamātium clementer exaudias / et benigne pficias. Qui viuis et regnas cū deo patre. Epistola. Ego iohānes. sicut in die dedica. Gr. Tollite hostias et introite in atria eius: adorate dñm in aula sancta eius. ℣. Reuelauit domin9 condensa: et in templo eius omnes dicēt gloriā. Alla ℣. Confitemini dño et inuocate nomē eius: annunciate inter gentes opera eius. Secundū lucam. vj.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Nō est arbor bona que facit fructus malos: neq arbor mala faciēs fructum bonū. Unaqueq enim arbor: de fructu

suo cognoscit. Neq3 enī de spinis ficus colligūt: neq3 de rubo vindemiāt uuā. Bonus hō de bono thesauro cordis sui pfert bonū: ⁊ malus hō de malo thesauro pfert malū. Ex abūdantia enī cordis os loquit. Quid enī vocatis me dñe: et nō facitis que dico vobis? Omnis qui venit ad me ⁊ audit sermones meos ⁊ facit eos: ostendam vobis cui similis sit. Similis est homini edificāti domū qui fodit in altū et posuit fundamētū supra petrā. Inundatione autē facta: illisum est flumē domui illi/ ⁊ non potuit eā mouere. Fundata enī erat: supra firmā petrā. Offr. Oraui deū meū ego daniel dicens: exaudi dñe pces serui tui: illumina faciem tuam super sanctuarium tuum: et propitius intende populum istum super quē inuocatū est nomen tuum deus. Et finiatur in tractu pceden. cum alla alla. Secreta

Hec hostia qs dñe et locum istū ab immūdicijs iniquorū vel patrate offensionis expurget et supplicatiōes nr̄as hic ⁊ vbiq3 tibi reddat acceptas. p. d. Cō. Acceptabis sacrificiū iustitie oblationes et olocausta: sup altare tuū dñe. In tempore paschali. alla alla. Postcōio.

Percipientes dñe munera salutis eterne: te supplices exoramus: vt templū hoc/ vel cimiterium a barbaro⁊ vel iniquorum inquinamentis emundatū: tua benedictiōe maneat sanctificatū: ⁊ pectora nr̄a ab omni sorde viciorū aliena/ tibi semper assistāt deuota. Per dñm nr̄m iesum. ⁊c.

Finit temporale.

Sequuntur informationes et cautele obseruāde presbytero volente diuina celebrare.



Pria cautela est: vt sacerdos missam celebraturus conscientiā suā per purā confessionē optime preparet/ sacramentū vehementer desideret/ ⁊ confiteri intēdat. Notulā de modo agendi officium memoriter ⁊ bene sciat. Gestus valde compositos ac deuotos habeat Cum enim quilibet teneatur deū diligere ex toto corde/ ex tota anima/ ⁊ ex totis viribus suis. Hic deum diligere non probatur: qui in mensa altaris vbi rex regū et dominus omnium tractatur ⁊ sumitur: irreligiosus/ indeuotus/ impudicus/ distract⁹/ vagus aut desidiosus apparuerit. Attendat igitur vnusquisq3 q ad mensam magnā sedeat. Cogitet qualiter eū preparari oporteat. Sit cautus ⁊ circunspectus. Stet erectus: nō iacens in altari. Cubitos iungat lateribus. Manus exaltet: vt extremitates digitorū modicum super humeros videantur. Intellectum signis ⁊ verbis coaptet: quoniā magna latent in signis/ maiora in verbis/ maxima in intentione. Tres digitos iungat quibus signa faciat/ reliquos duos in manu componat. Signa faciat directe non oblique/ alte satis ne calicē euertat. Non circulos pro crucibus. Cum vero inclinandū erit: nō obliq3: sed directe ante altare toto curuat⁹ corpe se inclinet. Secunda est: vt non putet: sed cer

to sciat se debitas materias habere: hoc est panē triticeum: et vinū cū aqua modica. De vino et aqua poterit sic certificari Exigat a ministro/ vt gustet tā vinū q̄ aquā. Ipse autem presbyter gustare nō debet. Guttam fundat in manū: digito terat et odoret: sic erit certior. Non credat ampulle signate: nō colori qui sepius fallunt. Videat calicē ne sit fractus. Cōsideret vinum: si est acetosum nullo modo celebret: si est acetosū dissimulet. Si nimis aquosum abstineat: nisi sciat vinum aque preualere. Et in omni casu si contingat dubitari vel propter acedinē/ vel propter mixturam vel illimpiditatē vtrū possit confici: consulimus abstinere: quia in hoc sacramento nihil sub dubio est agendū: vbi certissime est dicendū. Hoc est enim corpus meum et Hic est calix sanguinis mei. Itē oblatas conuenientes eligat/ et vinum cōpetenter infundat: quia hoc sacramētū debet sensibus deseruire ad videndū/ tāgendū/ et gustandū/ vt sensus reficiatur ex specie: et intellectus ex re contenta foueatur. Aqua etiaz in paruissima q̄titate infundatur vt a vino absorbeatur: et saporem vini recipiat. Nō est eni periculū q̄tumcunq̄ modicuz apponat de aqua: est autem periculum si multum. Apponitur etiam aqua solū ad signandū populū: sed vna gutta tantum significat: q̄tū mille. Ideo caueat sacerdos ne cū impetu infundat: ne nimis cadat.

Tertia est: vt canonem morosius legat: q̄ cetera. Et precipue ab illo loco. Qui pridie q̄ pateretur accepit. Tunc enim respirans attēdere debet et se totum colligere si prius non potuit/ singulis verbis intendens. Et dū dixerit. Accipite et manducate ex hoc om̄es respiret et vno spiritu tractim dicat Hoc est enim corpus meum sic nō immiscet se alia cogitatio. Non enim videtur esse rationabile discōtinuare formā tam breuem/ tā arduam/ tam efficacem/ cuius tota virtus dependet ab vltimo verbo scilicet (meū) quod in persona xp̄i dicit. Unde non debet cuilibet verbo pūctus imponi. Cū id nulla ratione valeat vt dicatur. Hoc est. enim. corpus meū. Sed totū simul pferat. Pari modo hoc idē in forma consecrationis sanguinis obseruetur. Itē proferendo verba consecrationis circa quam libet materiā: sacerdos semper intendat conficere: id quod christus instituit: et ecclesia facit.

Quarta est: vt si plures hostias habet consecrare: debet harū vnā eleuare quā sibi deputauerat a principio ad missam/ et teneat illā penes alias: ita q̄ visum et intentionem ad omnes simul dirigat et signādo et dicēdo. Hoc est enim corpus meū. omnes cogitet quas demōstrat. Cōsulimus quoq̄ vt canonē p̄sbyter memoriter sciat: q̄a deuoti⁹ dr̄: semp tn̄ liber habeat: vt ad ipsum memoriter recurrat.

Quinta est: vt dum sumat nunq̄ vno haustu calicem sumat: ne propter impetum tussis inopinate occurrat: sed bis vel ter caute sumat vt impedimentum non habeat.

Si vero plures hostias debet sumere vt quando hostia est renouanda: primo sumat eam quam confecit et sanguinem. Post hec alias que superfuerunt suam prius sumat quam alias: quia de suis credit et scit: de alijs credit et nescit. Demum desuper ablutiones: et non prius.

Sexta est: vt paucorum nominibus se astringat in canone: nec perpetuo: sed quamdiu velit faciat: quando velit omittat: quia canon de multitudine nominum plicatur: et per hoc cogitatio distrahitur. Dignum tamen est vt pater / mater / frater / soror ibi nominentur. Et si qui pro tempore commendantur: et specialiter pro quibus missa celebratur. Non tamen ibi fiat vocalis expressio sed mentalis

Septima est: vt ante missam nos os vel dentes lauet / sed tantum labia exterius ore clauso si indiget: secundum aliquos: ne forte aque gustum: cum saliua immittat. Post missam etiam caueat excreationes quantum potest donec comederit et biberit: ne forte aliquid inter dentes remanserit: aut in faucibus: quod excreando eijceret. Quamuis autem missa deuotissime sit celebranda contemplationis causa: est tamen modus habendus: ne protractione nimia vel acceleratione fiat homo notabilis. Nam acceleratio: signum est incurie. Protractio est occasio detractionis. Sed medio tutissimus ibit. Eo autem affectu est quelibet missa habenda et dicenda a quocunque sacerdote: quasi prima dicatur et nunquam amplius sit dicenda tam magnum enim donum est debet esse nouum

Habeat itaque sacerdos diligentiam ad conficiendum. Reuerentiam ad tangendum. Et deuotionem ad sumendum. Sic sentiendo et agendo digne tractabitur sacramentum rite peragetur officium / atque pericula et scandala euitabuntur.

Item in collectis dicendis semper impar numerus obseruetur. Una propter vnitatem deitatis. Tres propter trinitatem personarum. Quinque propter quinque partitam passionem christi. Septem propter septiformem gratiam spiritussancti. Septenarium numerum excedere non licet

Item quandocunque oratio dirigitur solum ad patrem: in fine dicatur Per dominum nostrum iesum christum. Si vero dirigitur ad patrem et mentio fit filij in ipsa: in fine dicatur Per eundem dominum nostrum iesum christum. Si autem oratio dirigitur solum ad filium: in fine dicatur Qui cum eodem patre et spiritusancto Et si mentio spiritussancti in quacunque oratione fiat in fine dicatur / eiusdem spiritussancti deus: per omnia secula seculorum: amen.

Incipiunt cautele seruande quid agendum sit circa defectus vel casus qui oriri possunt in missa: et presertim circa consecrationem eucharistie Primo quid sit agendum cum sacerdos deficit

Si sacerdos deficiat siue moriatur ante canonem: non est necesse vt alius missam compleat. Si tamen alius vult celebrare: debet ab initio missam reincipere / et totum rite peragere.

Si autem in canone deficiat factis iam aliquibus signis: tamen ante transsubstantiationem et consecrationem sacramenti / tunc alius sacerdos ab illo loco vbi ille dimi-

numero de impari

sit: debet reincipere/ et tantum illud supplere quod omissum est.

¶ Si autem sacerdos in actu consecrationis deficiat verbis aliquibus iã in parte prolatis/sed in toto non completis secundum Innocentium/alius sacerdos debet incipere ab illo loco. Qui pridie.

¶ Si tamen sacerdos deficiat cõsecrato corpore/sed non sanguine alius sacerdos compleat consecrationem sanguinis/incipiens ab illo loco. Simili modo. Si cõsecrato corpore percipiat vinũ non esse in calice: debet hostia munde reponi in corporali: ⁊ calice rite ꝑparato icipiat ab illo loco. Simili modo.

¶ Si ante cõsecrationẽ sanguinis ꝑcipiat aquã non esse in calice: debet statim apponere et conficere.

¶ Si autem post consecrationẽ sanguinis percipiat ꝙ aqua desit in calice: debet nihilominus procedere: nec debet miscere aquam cũ sanguine: quia pro parte sequeretur corruptio sacramenti/ debet tamen sacerdos dolere et puniri.

¶ Si post consecrationem sanguinis percipiat ꝙ vinum nõ fuerit positũ: sed aqua tantum in calice: siquidem hoc ꝑcipit ante sumptionem corporis: debet aquam deponere ⁊ imponere vinũ cũ aqua et resumere cõsecrationẽ sanguinis ab illo loco. Simili modo.

¶ Si percipiat hoc post sumptionem corporis: debet apponere de nouo aliam hostiã iterũ cum sanguine consecrandũ secũdũ doctores in sacra pagina. debet autem resumere verba cõsecrationis ab illo loco. Qui pridie. in fine autem iterum debet sumere hostiam illã vltimo consecratam/ non obstante si prius sumpsit aquã et etiã illum sanguinem Innocentius tamen dicit: ꝙ si ex prolongatiõe sacerdos timet scandalũ: ꝙ sufficit ut tantũ illa verba per que consecratur sanguis: scilicet Simili modo. et sic sumere sanguinem.

¶ Quid autem faciet cum aquã sumpto corpore iam habet in ore: et iã primo sentit ꝙ sit aqua: vtrũ debeat eam deglutire vel emittere. Require in summa hostiensis in titulo de celebratio. misse. Tutius tamẽ est eã deglutire ꝙ̃ emittere: ⁊ hoc ideo ne aliqua particula corporis cum aqua exeat.

¶ Item si sacerdos post cõsecrationem recordetur se non esse ieiunum/ vel cõmisisse aliquod peccatum/ vel esse excommunicatũ debet nihilominus procedere/ cũ proposito satisfaciendi/ et absolutionem impetrandi.

¶ Si autem ante consecrationẽ recordetur predictorum: tutiꝰ est missam inceptã deserere et absolutionem petere: nisi inde graue scandalum oriatur.

¶ Item si musca vel aranea vel aliquid talium ante consecrationem in calicem cecid erit: vel etiã venenum immissum fore deprehẽderit: vinũ debet effundi qđ est in calice/ et abluto calice aliud vinũ cum aqua poni ad consecrandum Sed si aliquod horũ post cõsecrationem acciderit: debet musca vel aranea vel aliquid taliũ caute capi: ⁊ diligenter inter digitos pluries lauari: ⁊ vermis cõburi/ et ab-

lutio cū cineribus combustis in sacrario reponi. Venenum autem nullo modo debet sumi: sed cū reliquijs debet sanguis talis cui venenū est immissum in vasculo mūdo reseruari. Et ne sacramentum remaneat imperfectum: debet calicem denuo rite preparare: et resumere consecrationē sanguinis: ab illo loco. Simili modo postea q̄ cenatū est. Et nota q secūdū doctores/ nihil abominabile sumi debet occasione huius sacramenti.

¶ Item si sacerdos nō recolit se dixisse aliquod horum que debuit dicere non debet mēte turbari. nō enī q̄ multa dicit semp oīm recolit que dixit. Etiam si sibi pro certo constat q aliqua omiserit: si talia non sunt de necessitate sacramēti/ sicut sunt secrete vel aliqua verba canonis: vltra pcedat/ nec aliquid resumat. Si tamen probabiliter sibi constat q omisit aliquid/ quod sit de necessitate sacramenti/ sicut forma verborum per quam consecratur: omnia verba consecrationis super suam materiam resumere debet: quia consecratio facta nō esset: quod tamē non oportet si ptermissa esset. Cōiunctio enī vel alia verba que precedunt vel sequuntur formam: nō sunt de ipsius substantia.

¶ Si autem sacerdos dubitaret an aliquod verbum pertinens ad substantiam forme omisisset vel non: nullatenus debet seruare formam cōditionalem sed sine temeraria assertione formā totam super suam propriam materiam debet resumere cum hac intentione q si consecratio esset facta: nullo modo voluisset consecrasse: sed si consecratio non esset facta: vellet corpus et sanguinem consecrare.

¶ Item si quis tempore cōsecrationis ab actuali intentione et deuotiōe distractus fuerit: nihilominus consecrat: dummodo intētio habitualis in eo remanserit: summo sacerdote scilicet christo supplente eius defectum.

¶ Si autem per nimiam distractionem habitualis intentio cum actuali tolleretur videtur q deberet verba consecrationis cum actuali intentione resumere/ sic tamen q nollet consecrare/ si consecratio facta esset.

¶ Item si hostia consecrata propter frigus vel alia de causa labit̄ sacerdoti in calicem/ siue ante diuisionem hostie/ siue post: non debet eā de sanguine extrahere nec aliquid propter hoc reiterare vel immutare circa celebrationē sacramenti: sed procedat in signis et in alijs acsi haberet eā in manib⁹

¶ Si eucharistia ad terram ceciderit: locus vbi iacuit radatur/ et incineretur per ignem: et cinis iuxta altare recondatur.

¶ Item si per negligentiam aliquid de sanguine stillauerit: super tabulam que terre adheret: stilla p sacerdotē cū lingua lābat̄/ et locus tabule radat̄: et rasura igni cōburat̄: et cinis iuxta altare cum reliquijs recondatur/ et quadraginta diebus peniteat cui hoc accidit.

¶ Si vero super altare stillauerit calix: sorbeatur stilla: et tribus diebus peniteat.

¶ Si vero super lintheum et ad aliud stilla peruenerit/ quattuor diebus peniteat. Si usque ad tertium: nouem diebus peniteat. Si usque ad quartum stilla sanguinis peruenerit: viginti diebus peniteat/ et litheamina que stilla tetigerit tribus vicibus lauet sacerdos vel diaconus calice supposito/ et ablutio cum reliquijs recondatur.

¶ Item si quis aliquo casu gule eucharistiam euomuerit: vomitus ille debet incinerari: et cineres iuxta altare debent recondi. Et si fuerit/ clericus/ monachus/ presbyter/ vel dyaconus: quadraginta diebus peniteat/ episcopus septuaginta/ laicus triginta.

¶ Si vero ex infirmitate euenerit: quinque diebus peniteat.

¶ Qui vero non bene custodit sacramentum: ita quod mus vel aliud animal comederit: quadraginta diebus peniteat.

¶ Qui autem perdiderit illud vel pars eius ceciderit/ et non fuerit inuenta: triginta diebus peniteat Eadem penitentia videtur dignus sacerdos/ per cuius negligentiam putrescunt hostie consecrate: dictis autem diebus penitens debet ieiunare: et a communione/ et a celebratione abstinere. Pensatis tamen circunstantijs delicti et persone: potest minui vel augeri penitentia predicta secundum arbitrium discreti confessoris. Hoc autem tenendum est: quod vbicunque inueniuntur speci es sacramenti integre/ reuerenter sumende sunt: quod si sine periculo fieri non potest: sunt tamen pro reliquijs reseruande.

¶ Item si hostia vel pars hostie inuenta fuerit sub palla vel corporali/ et dubitatur si est consecrata vel non: debet eam post sumptionem sanguinis reuerenter sumere: vt in titulo de celebratione misse plenius inuenis.

¶ Item circa materian sanguinis vide ne sit agresta: vel vinum ita debile: quod nullo modo habeat speciem vini. Ne sit aqua rubea expressa de panno inficto in vino rubeo. Ne sit acetum/ vel vinum omnino corruptum: ne sit claretum/ vel vinum de moris/ aut malo granatis confectum: quia veram speciem vini non retinent.

¶ Conficiens cum vino quod est in via corruptionis/ vel ad corruptionem tendes: grauissime peccat (licet conficiat) quoniam non retinet speciem vini.

¶ Item cauendum est ne apponatur nisi modicum de aqua: quia si tantum poneretur quod speciem vini tolleret: non conficeretur.

¶ Item si qua hic desunt: requirantur in summa et lectura hostiensis. in titulo de celebratio. misse.

Deo gratias.

¶ Ad missam dicendã dum sacerdos induit se sacris vestibus dicat hymnum sequentem. Hymnus.



Veni creator spiritus / mentes tuorũ visita / imple superna gratia que tu creasti pectora. Qui paraclitus diceris donũ dei altissimi fons vivus ignis charitas et spiritalis unctio. Tu septiformis munere dextre dei tu digitus tu rite promisso patris sermone ditans guttura. Accẽde lumẽ sensibus: infunde amorẽ cordibus infirma nostri corporis v̄tute firmans perpetim. Hostem repellas longius pacemq̧ dones protinus ductore sic te previo vitemus omne noxium. Per te sciamus da patrem noscamus atq̧ filium te utriusq̧ spiritum credamus omni tempore. Sit laus patri cum filio sancto simul paraclito nobis q̧ mittat filius charisma sc̄ti spiritus Amẽ. ℣. Emitte spiritũ tuũ et creabũtur. ℟. Et renouabis faciẽ terre. Or.

Deus cui omne cor patet et omnis voluntas loquitur / et quẽ nullũ latet secretũ: purifica per infusionẽ sancti spiritus cogitationes cordis nostri: ut te perfecte diligere / ⁊ digne laudare mereamur. Per dñm. Deinde sequatur. Añа. Introibo ad altare dei. ps. Judica me deus et discerne. totus ps. d̄r cũ. Gloria patri. Deinde d̄r añ. Introibo ad altare dei: ad deũ qui letificat iuuentutẽ meã. Kyrie el. Christe eleyson. Kyrie eleysõ. Pater no. Aue maria. His finitis et officio misse ichoato: cũ post officiũ. Gloria p̄ri. incipit: accedat sacerd. cũ suis ministris ad gradũ altaris: ⁊ dicat ipse cõfessionẽ: dyacono assistente a dextris: et subdyacono a sinistris hoc modo incipiẽdo. Et ne nos inducas in tẽtationẽ. Sed libera nos a malo. Confitemini dño quoniam bonus. Quoniam in seculum misericordia eius.

Confiteor deo / beate marie omnibus sanctis / et vobis quia peccaui nimis cogitatione / locutiõe / et opere / mea culpa / preco₂ sanctã mariã / oẽs sc̄tõs dei / et vos orare p me. Ministri rñdeãt.

Misereatur vestri omnipotens deus / ⁊ dimittat vobis omnia peccata vestra: liberet vos ab omni malo / cõseruet et cõfirmet in bono / ⁊ ad vitam perducat eternam. Sacerdos. Amen. ⁊ postea dicat Confiteor. quo dicto: dicat sacerdos. Misereatur vestri om̄ni. vts̄. Deinde dicat sacerdos.

Absolutionẽ et remissionẽ omniũ peccatorũ vestrorum / spacium vere penitentie / et emendationẽ vite / gratiã ⁊ cõsolationẽ sancti spiritus tribuat vobis om̄ps ⁊ misericors dñs. Ministri respondeãt Amen. ¶ Et sciendũ est q̧ quicũq̧ sacerdos officiũ exequatur: semp ep̄s si p̄sens fuerit ad gradũ altar: dicat. Cõfiteor. Misereatur. et Absolutionẽ. Deinde dicat sacer. ℣. Adiutoriũ nostrũ in noĩe dñi. Qui fecit celũ ⁊ terrã. Sit nomẽ domini b̄ndictũ. Ex hoc nũc ⁊ usq̧ in seculũ. Oremus. Deĩde finitis p̄cibus sacer. deosculet̃ dyaco. et postea subdyaconũ dicẽs. Habete osculũ pacis ⁊ dilectionis ut apti sitis sacrosancto altari ad p̄ficiendũ officia

diuina. Et hoc semp obseruet per totū annū: nisi tantū i missis pro defunctis: et in tribus proximis ferijs ante pascha. His itaq3 pactis ceroferarij cādelabra cū cereis ad gradū altaris dimittant: deinde accedat sacerdos ad altare / et dicat i medio altaris tacita voce inclinatoq3 corpore et iunctis manibus **Oremus.** Oratio.

Aufer a nobis quesum⁹ domine cunctas iniquitates nostras: vt ad sancta sanctorū puris mereamur mētibus introire. Per christū dñm. Tunc se erigat sacerdos ⁊ osculet altare / ⁊ hoc in medio et signet se in facie sua ita dicēs. **In noie patris et filij et spiritus sancti Amē.** Deinde ponat dyaco. thus in thuribulū / et dicat prius sacerdoti **Benedicite.** et sacerd. dicat **Dñs. Ab ipso bñdicatur hoc incensum: in cuius honore cremabit. In noie pris ⁊ filij. ⁊c.** Tunc dyaco. et thuribulū tradēs: deosculet manū eius. ⁊ ipse sacer. thuribulū mediū altaris ⁊ vtrūq3 cornu altaris primo in dextera: secūdo in sinistra parte ⁊ interim in medio. Deide ab ipso dyaco. ipe sacer. thurificet: et postea textū ministerio subd. sacer. deosculet. His itaq3 gestis i dextro cornu altaris cū dyaco. et subdyaco. offm̄ misse vsq3 ad orōnē pseqtur: vel vsq3 ad **Gloria in ex.** qñ dr. Et post offm̄ ⁊ p̄m. repetat offm̄: ⁊ postea dicitur **Glia patri. Sicut erat.** tertio repetat offm̄. Et hoc p totū annū obseruetur tā in dñicis q̄ in festis sctōrū: ⁊ in octa. ⁊ infra qñ chor⁹ regit: ⁊ in oibus missis de sctā maria p totū annū obseruet: nisi in dñica passionis dñi / ⁊ ab hinc vsq3 ad cenā dñi ad mis. scz de tēporali tm̄: tunc em̄ stati post p̄m. q̄ dr post offm̄ reincipiat offm̄ sine **Glia pri.** post repetitionē officij pricipalis rector chori offm̄ misse a cātore q̄rere debet deinde illd socio suo intimare: ⁊ postea simul incipere: et similiter incipere. **Kyrie.** Seqn. Offr. **Sanctus. Agnus.** ⁊ Cōio. q̄rant / intiment ⁊ incipiāt. His finitis ⁊ offi. mis. ichoato: cū post offm̄ **Glia pri.** incipit: tūc accedāt ministri ad altare ordinatim primo ceroferarij duo pariter incedētes: deinde thuribularij: post subdya. exinde dya. post eū sacer. dyaco. ⁊ subdya. casulis indutis. scz quotidie p aduentū: ⁊ a. lxx. vsq3 ad cenā dñi qñ de tēporali dr mis. nisi i vigilijs ⁊ quattuor tpibus man⁹ tñ ad modū sacerdotis nō habētib⁹: ceteris vero ministris: scz cerofer. thur. ⁊ accolito in albis cū amictib⁹ existibus In alijs vo tpibus anni qñ de tpali dr mis. et in fes. sctōrū toti⁹ anni vtant dya. ⁊ subdya. dalmaticis ⁊ tunicis nisi in vigilijs et quattuor tpibus: ⁊ nisi in vigi. pasc. ⁊ pethe. nati. dñi / si in dñica cōtigerit: ⁊ excepto ieiunio. iiij. tpm: qd celebrat in ebdo. penthe. cūc dalmaticis et tunicis indui debēt. In die pasceues ⁊ in rogatio. ad mis. ieiunij et pces. et in mis. dñicalibus ⁊ sctōrū que in caplo dnr: tūc em̄ albis cum amictib⁹ vtant: ita tñ q̄ i tpe pas. de quocūq3 dr mis. nisi in inuētione sctē crucis vtant ministri altaris vestimētis albis ad mis. Silr fiat i fes. ānūcia. btē ma. et in cce. eius

de: in vtroqꝫ festo scti michaelis et in festo scti iohanis apostoli in ebdomada natiui. dñi et per octa. et in octa. assumptionis ꝛ natiuitatis beate marie et in cōmemorationibꝰ eiusdē per totum annū et per octa. et in octa. dedicatiōis ecclie. Rubeis vero vtātur vestimētis oibus dñicis p annū extra tps pasche qñ de dñica agitur: ꝛ in quarta feria i capite ieiunij / et in cena dñi / ꝛ in vtroqꝫ festo sctē crucis / in quolibet fes. martyꝝ aplorꝫ ꝛ euāgelistarū extra tps pasc. In oibus autē festis vniꝰ confessoris vel plurimoꝝ ꝯfessorū vtātur vestimētis crocei coloris Quo facto sacerdos et sui ministri in sedibus paratis se recipiant et expectant vsqꝫ ad **Gloria in excelsis.** qđ incipiatur semp in medio altaris quā docūqꝫ dr. Oibus dñicis per annū qñ **Glia in excel** dr: dr vnū istorū p dispositiōe cātoꝝ. Laus angelica.

Gloria in excelsis deo.

Gloria in excelsis deo.

Gloria in excelsis deo.

In oibꝰ maioribꝰ duplicibꝰ dicat vnū istoꝝ p dispositiōe cātoꝝ

Gloria in excelsis deo.

Gloria in excelsis deo.

In oibꝰ alijs duplicibꝰ dr vnū istorū pro dispositione cantoris.

Gloria in excelsis deo.

Gloria in excelsis deo.

In vtroqꝫ fes. scti michaelis et in fes. scti dūstani: dicit hic cātus.

Gloria in excelsis deo.

In oibꝰ festis ꝛ i octa. qñ inuitatoriū a tribꝰ cātatur / dicit vnū istorum pro dispositione cantoris

Gloria in excelsis deo.

Gloria in excelsis deo.

In oibus alijs festis simpli. tā triū ꝙ nouē lectionū in quibꝰ chorus regitur dic vnū istoꝝ cantuū.


Gloria in excelsis deo.

Gloria in excelsis deo.

¶ In oib⁹ fe. iij. lec. ⁊ i oct. qñ chorus nõ regit: dicitur vnũ istorum.




Glori a in excelsis de o.



Gloria in excelsis de o.

¶ In cõme. btē ma. dr hic cāt⁹ p totū annū qñ dr Gloria in excelsis



Glori a in excel sis de o.

¶ Nisi quādo vltimo fit seruitiū de beata maria ante aduentū dñi et ante .lxx. et in octa. assumptionis et natiuitatis beate marie tūc eiñ dicit sequēs cātus tam a choro ꝙ a sacerdote et eius ministris ad altare cum sua farsura: videlicet in choro ⁊ etiā dicitur cum sua prosa in quotidianis missis in capella beate marie omni sabbato.



Glo ri a in excelsis deo. Et in terra pax hoibus bone volũtatis. Laudamus te. Bñdicimus te. Adoramus te. Glorificam⁹ te. Gratias agimus tibi propter magnā gloriam tuam. Domie deus rex celestis deus pater omnipotēs Dñe fili vnigenite iesu xpe. Spiritus ⁊ alme orphanorꝫ paraclyte Dñe deus agn⁹ dei filius pris. Primogenitus marie virginis mris. Qui tollis pctā mundi: miserere nobis. Qui tollis pctā mūdi: suscipe depcationē nostrā. Ad marie gloriā. Qui sedes ad dexterā pris miserere nobis. Quoniā tu solus sanctus. Mariā sanctificās. Tu solus domin⁹. Mariā gubernās. Tu solus altissimus. Mariā coronans. Iesu christe cum sancto spiritu in gloria dei patris. Amē. In oibus alijs missis quādo dicēdum est: dr sine prosa. Post inceptionē Gloria in excel. diuertat se sacerdos ad dextrū cornu altaris/ ⁊ ministri cū eo psequētes/ dyaconus a dextris/ ⁊ subdyacon⁹ a sinistris submissa voce dicāt idē. In dupl. festo principalis rector chori Glia in excelsis. qñ debet dici ĩret a cātore: et sacer. inũgat. ¶ Notādū est ꝙ oēs clerici: stare tenētur ad mil. nisi dū lect. epl'e legit et gr. ⁊ All'a. vel tr. cantat. In dupl. tñ festo stare tenent oēs dū a choro All'a. canit. Pueri vero semp sint stātes ad missam choro canētes rectores vero chori cū duo tantū habentur: sequant per oīa regulā clericorū de scda forma ad ves. mat. et ad missam nisi ꝙ semp dū cho. canit All'a. stare tenent: ⁊ in inceptiōib⁹ cātuū ad mis. ad altare se ꝯuertāt In dupl. fes. oēs rectores chori imitent oīa vts. Et notādū est ꝙ oēs clerici cōuersi ad altare: stare tenent dū ad mis. Glia in ex. inchoat: quousꝙ cho. cātet. Et in eodē hymno ad hec verba. Adoramus te. ⁊ ad hec verba Suscipe depcationē nostrā. Et in fine eiusdē cū dicit Iesu xpe cū scto spū in gloria dei. vsꝙ ad epistolā vel lec. Dicto ꝙ gr. All'a vel sequētia. vel tr. a sacerdo. priuatim cū suis mi-

nistris: accipiat subdo. panē et vinum et aquā cū calice ⁊ ea prepa=ret ad eucharistie ministrationē: benedictiōe prius aque a sacerdo. petita hoc modo. **Bn̄dicite.** sic re=spōdeat sacerd. **Dn̄s. Ab eo sit be=nedicta de cuius latere exiuit san=guis et aqua. In nois patris.** ⁊c. Sacer. vō interī sedeat in sede sua In fine vero gr. vel tr. vel **Alla** vel seqn. cho. ad altare se inclinet anteq̄ ad lectorē euā. se vertat: et ad **Gl'ia tibi do.** semp ad altare se vertat lector euā. et oēs clerici si=gno crucis se signēt qd̄ ter ad mis=sam publice obseruat: scz ad **Gl'ia in excelsis.** quando dr **In gl'ia dei patris. Amē.** ⁊ ad **Gl'ia tibi dn̄e.** ⁊ post **Sctūs** cū dr **Benedict⁹ q̄ ve=nit.** et ad inceptione **Credo i vnū.** quousq; chorus cantet: et iterū ad altare ter inclinet: scz dū dicit hec clausula. **Et incarnatus est de spi=ritu sctō ex maria virgine.** ij. **Et homo fact⁹ est.** ij. **Crucifixus etiā pro nobis sub pontio pylato.** et in fine cū dicit **Et vitā venturi seculi Amē.** Ab hic quousq; etiā inchoe=tur offr. ⁊ post offr. quousq; ꝯplea=tur totū offi. misse hūc gestū cho. imitet omi festo per annū. Per to=tū aūt adūtū nō dr **Gl'ia in excel.** de quocūq; dr missa: nec a. lxx. vs=q; ad vigiliā pasc. His itaq; pactis factoq; signaculo crucis in facie sua vertat se sacerdos ad populū: eleuatisq; aliquātulū brachijs: iū=ctisq; manibus dicat hoc modo.

Et cho. rn̄deat: **Et cum spū tuo** sub eodē tono: ⁊

Domin⁹ vobiscū. iterū reuertat se sacer. ad altare: ⁊ dicat hoc mō.

erit: Etenim manus dñi erat cū illo Et zacharias pater eiꝰ īpletus est spū sctō: ⁊ prophetauit dicēs. Bñdictꝰ dñs deus israel: qa visitauit ⁊ fecit redemptionem plebis sue. Credo. Offer. Iustꝰ vt palma florebit: sicut cedrꝰ q̄ i libano est multiplicabit

Tua nos dñe mune Secr. ribꝰ altaria cumulamus / illius natiuitatē honore debito venerātes et opē nobis afforē deprecantes q̄ saluatorē mūdi ⁊ cecinit affuturū: et adesse mōstrauit presentē: iesum xp̄m filiū tuū. Qui. Prefa. quoti. Cō. Tu puer ꝓpheta altissimi vocaberis: preibis em̄ ante faciē domini parare vias eius. Postcōio.

Sumat eccl'ia tua deus / bti iohannis baptiste generatione leticiā: per quē sue regenerationis cognouit auctorē: dñm nostrū iesum xp̄m filiū tuū. Qui te. Per totas octa. dr̄ eadē missa de sctō iohāne: nisi festū intercurrat et nisi in dñica sed sine Seq̄ntia: ⁊ Credo. ⁊ nisi missa. Salus populi. vl' missa dñicalis ex necessitate cantanda fuerit: et qñ dr̄ missa de festo loci / vel de sctā virgi. maria

Sctōr̄ iohā. ⁊ pauli mar. officiū

Multe tribulatiōes iustorū: ⁊ de his oībus liberauit eos dñs: dñs custodit oīa ossa eorū: vnū ex his nō conteret. ꝑ Bñdicā dñz in oī tpe: semp laus eiꝰ in ore meo. Orō.

Quesumus omnipotēs deꝰ vt nos geminata letitia / hodierne festiuitatis excipiat que de beatorū iohannis ⁊ pauli glorificatione procedit: quos eadē fides ⁊ passio vere fecit esse germanos. Per dñm. Memoria de sctō iohāne baptista vt supra. Epistola. Hi sūt viri. In cōi fo. vij. Gr.

Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocūdū habitare fr̄es in vnū. ꝟ. Sicut vnguētū in capite: quod descēdit in barbā / barbā aaron. ꝟ. Mandauit dñs bñdictionē: et vitā vsq̄ in seculum. Alla. ꝟ. Isti sunt due oliue ⁊ duo cādelabra lucētia ante dñm: habēt potestatē claudere celū nubibꝰ ⁊ apire portas eius qa lingue eorū claues celi facte sunt Si dñica fuerit: dr̄ Sequētia. Ecce pulcha canorum. in cōi. fo. viij. Euangeliū. Attendite a fermento. In cōi. fo. ix. Offer. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuū: quoniā tu bñdices iusto: dñe vt scuto bone volūtatis tue coronasti nos. Secre.

Hostias altaribus tuis dñe placatiōis imponimus potentiā tuam / in sanctorū tuorū iohānis et pauli passionibus honorādo / ⁊ per eos nobis implorādo veniā pctōrū. Per. Cō. Et si corā hoīb9 tormēta passi sūt / deꝰ tētauit eos: tanq̄ aurū in fornace ꝓbauit eos ⁊ quasi olocausta accepit illos. Postcōio.

Sumptꝭ sacramētis plebs tua dñe q̄s repleta ꝓficiat: et eorū fulta ꝑsidijs: quorū natalicia celebrat: quod tēporaliter deuota sectatur / eternū cōsequi mereatur. Per d. In vigilia apostolorū petri et pauli. Officium.

Dicit dñs petro cum esses iunior cigebas te ⁊ ambulabas vbi volebas: cum autem senueris / extendes manus tuas et alius te cinget: et ducet quo tu non vis: hoc autem dixit / significans qua morte cla=

190

rificaturus esset deũ. ps. Celi enarrant gloriam dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum. Oratio.

Deus qui nos beatorũ apostolorũ tuorũ petri et pauli natalitia gloriosa preuenire cõcedis tribue q̃s: eorũ nos semper & beneficijs preueniri: et orõnibus adiuuari. p. Memoria de s. leone. or.

Deus q̃ beatũ leonẽ pontificem sctõrũ tuorũ meritis coequasti: cõcede ppitius: vt q̃ cõmemoratiõis eius festa recolim⁹: vite quoq3 eius imitemur exẽpla. Per. ❡ Memoria de sctõ iohãne baptista. Lctõ actuũ apl'orũ. iij.

In dieb⁹ illis. Petrus et iohãnes ascẽdebãt in templũ ad horã orationis nonã Et quidã vir qui erat claudus ex vtero matris sue baiulabat: quẽ ponebant quotidie ad portã tẽpli que dr speciosa/ vt peteret elemosynã ab introeũtibus in tẽplum Js cũ vidisset petrũ et iohannẽ incipiẽtes introire in templũ: rogabat vt elemosynã acciperet. Jntuens autẽ in eũ petr⁹ cũ iohãne dixit. Respice in nos. At ille intẽdebat in eos: sperãs se aliquid accepturũ ab eis Petrus autẽ dixit. Argentũ & aurum nõ est mihi: quod autẽ habeo hoc tibi do. Jn noĩe iesu christi nazareni: surge & ambula. Et apprehensa eius manu dextera: alleuauit eum/ & protin⁹ cõsolidate sunt bases eius & plãte. Et exiliens stetit: et ambulabat. Et intrauit cũ illis in templũ/ ambulans et exiliens: et laudans deũ. Et vidit eũ oĩs populus: ambulantẽ & laudãtem deũ. Cognoscebant autẽ illũ quoniã ipse erat qui ad elemosynã sedebat ad speciosam portã tẽpli. Et repleti sunt stupore & extasi: in eo qd̃ cõtigerat illi. Gr. In omnẽ terrã exiuit sonus eorũ: et in fines orbis terre verba eorũ. V⁹. Celi enerrant gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum. Si dñica fuerit. Alla. V⁹. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorũ. Secundũ iohannem xxi.

In illo tempore Dixit iesus symoni petro. Symon iohannis diligis me plus his? Dixit ei. Etiam dñe: tu scis quia amo te Dixit ei. Pasce agnos meos. Dixit ei iterũ. Symon iohãnis diligis me? Ait illi. Etiã dñe: tu scis q̃a amo te. Dixit ei. Pasce agnos meos. Dixit ei tertio. Symon iohannis amas me? Contristatus est petrus: q̃a dixit ei tertio amas me: & dixit ei. Domine/ tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Dixit ei Pasce oues meas. Amen amẽ dico tibi: cum esses iunior cingebas te & ambulabas vbi volebas. Cũ autem senueris: extẽdes manus tuas/ & ali⁹ te cinget/ & ducet quo tu nõ vis. Hoc autẽ dixit: significans qua morte: clarificaturus esset deum. Offr. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis cõfortatus est principat⁹ eorũ. Secreta.

Munera dñe tue ppitiationis deferim⁹: que tibi p nostris grata ieiunijs eorũ q̃s depcatio quorũ solẽnia preuenimus efficiat. p. Alia secreta de s. leone.

Annue nobis dñe vt per intercessionẽ bti leonis confessoris tui atq3 pontificis hec no-

his prosit oblatio: quā immolando totius mūdi tribuisti relaxari delicta. p. Cō. Symon iohannis diligis me plus his ⁊ Dn̄e tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Postcommunio

Sumpsimus dn̄e diuina mysteria beatorū aplorū tuorū petri ⁊ pauli desiderata solennia pcurrentes: pstā q̄s: vt eorū supplicatiōibus muniamur: quorū regimur pricipatu. Per dn̄m.

Alia postcōio de sancto Leone.

Sumentes dn̄e diuina mysteria scti leonis cōfessoris tui atq; pōtificis: pia nos q̄s itercessio psequat: vt cui⁹ solēnia recēsem⁹: optata psidia sentiam⁹.

p. In die aplor petri ⁊ pauli. of.



Nunc scio vere/ quia misit dominus angelū suum: et eripuit me de manu herodis / et de omni expectatione plebis iudeorum. v̄. Et petrus ad se reuersus dixit. Oratio.

Deus q̄ hodiernā diē aplorum tuorū petri et pauli martyrio cōsecrasti: da ecclie tue eorū inoībus seq̄ pceptū: p quos religionis sumpsit exordiū. Per dn̄m. Lctō actuū apostolor. xij.

In diebus illis. Misit herodes rex manus: vt affligeret quosdā de ecclia. Occidit autē iacobū fratrē iohannis gladio Uidens autē quia placeret iudeis: apposuit apprehēdere ⁊ petrū Erant autē dies azimorū. Quē cum apprehendisset / misit in carcerē: tradēsq; quatuor quaternionibus militū ad custodiendū/ volens post pascha producere eum populo. Et petrus quidē seruabatur in carcere. Oratio aūt fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deū pro eo. Cū autē producturus eū esset herodes in ipsa nocte erat petrus dormiēs inter duos milites vinctus cathenis duabus / et custodes ante hostiū custodiebāt carcerē. Et ecce angelus dn̄i astitit: ⁊ lumen refulsit in habitaculo carceris. Percussoq; latere petri: excitauit eū dicēs. Surge velociter. Et ceciderunt cathene de manibus eius. Dixit autē angelus ad eū. Precingere: et calcia te caligas tuas. Et fecit sic Et dixit illi. Circūda tibi vestimētū tuū: et sequere me. Et exiens sequebatur eum: ⁊ nesciebat quia verum est / quod fiebat per angelū. Existimabat autē se visum videre. Transeuntes autē primā ⁊ secūdam custodiā: venerunt ad portā ferreā que ducit ad ciuitatē / que vltro aperta est eis. Et exeuntes processerūt vicū vnū: ⁊ continuo discessit angelus ab eo Et petrus ad se reuersus: dixit. Nunc scio vere quia misit dn̄s angelū suum: et eripuit me de manu herodis: et de omni expectatiōe plebis iudeorū.

Gr. Cōstitues eos principes sup omnē terrā: mēores erunt nominis tui dn̄e. v̄. Pro patrib⁹ tuis nati sunt tibi filij: p pterea populi ɔfitebunt tibi. Alla. v̄. Tu es symō bariona: cui caro ⁊ sanguis nō reuelauit verbum patris: sed ipse pater quiest in celis. Sequentia

Laude iocunda melos turma psona. Jungēdo verba symphonie rithmica. Concre

191

pās inclyta armonia vera celi lumina. Luce q̄ aurea illustrarūt mūdi regna omnia. Uernāt fortia iam quorū trophea in celi regia. Quorū merita dissoluāt crimina hac die fulgida. Nā alter crucis supplicio triumphans: alter ensis iugulo/ vterq̄ nitet laurea. Et super sublimes sydera insignes victoria celica plati sunt in curia. Hinc beate petre qui maxima reseras claudis verbo celi limina. Sume pius vota fidelia peccati cūcta dissoluendo vincula. Sacra paule ingere dogmata: illustrans plebis pectora. Et quousq̄ det deus perfecta vltra fer mentes sydera. Pulchris qua resultet musica virtutum fidelibus atq̄ mellis concinna. In qua symphonia miscetur & illa q̄ vere diatesseron prima. Cōstās virtute et iusticia. Temperātia et prudētia. Quibus supra agmina rite decorata: xp̄o cātica psallunt et armonica. Nōo sint choro socia: illa dent lumina quis p̄conia damus iperlirica. Sublime dicant nunc omnia: amen redēpta. Euā. Uenit iesus in partes. In cōi. fo. ij. Credo. Offr.

Cōstitues eos principes super omnem terrā: memores erūt nominis tui in omni progenie et generatione. Secreta.

Hostias dn̄e quas noī tuo sacrandas offerim⁹ ap̄lica p̄sequat̄ orō: p quā nos & expiari tribuas & defendi. p d̄. Prefa. Et te dn̄e. Cō. Tu es petrus & sup hāc petrā edificabo eccl̄iam meā. Postc.

Quos celesti dn̄e alimento satiasti: q̄s ap̄licis intercessiōib⁹ ab omni aduersitate custodi. Per.

In commemoratione sancti pauli. Officium

Scio cui credidi & certus sum q̄a potēs est depositū meū seruare in illū diem. ℣. Dn̄e probasti me & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meā & resurrectionē meā. Orō.

Deus q̄ multitudinē gētiū beati pauli apostoli tui p̄dicatiōe docuisti: da nobis q̄s: vt cuius natalicia colimus: ei⁹ apud te patrocinia sentiamus. Per d̄.

Memoria de sancto petro. Orō

Deus q̄ beato petro apostolo tuo collatis clauib⁹ regni celestis/ animas ligandi atq̄ soluendi pōtificiū tradidisti: cōcede propitius: vt intercessiōis ei⁹ auxilio: a pctōr nr̄or nexibus liberemur. Per dn̄m. Meoria de sctō iohā. baptis. vts. Ad gala. j.

Fratres: Notū vobis facio euangeliū quod euangelizatū est a me: q̄a nō est secundū hominē. Neq̄ eni ego ab hoie accepi illud/ neq̄ didici: sed p reuelationē iesu xp̄i. Audistis eni conuersationē meā aliquando in iudaismo: quoniā supra modū persequebar ecclesiā dei/ & expugnabam illā. Et proficiebā in iudaismo supra multos coetaneos meos in genere meo: abundantius emulator existēs paternar mearum traditionū. Cū autē placuit ei q̄ me segregauit de vtero matris mee/ & vocauit per gratiam suā: vt reuelaret filiū suū in me/ vt euāgelizarē illū in gētib⁹/ cōtinuo nō acquieui carni & sangui

ni/ neq veni hierosolymã ad antecessores meos apl'os: sed abij in arabiã/ et iterũ reuersus sum damascũ. Deinde post annos tres veni hierosolymã videre petrũ: et mãsi apud eũ dieb⁹ quindecim Aliũ autẽ apl'oꝝ vidi neminẽ: nisi iacobũ fratrẽ dñi. Que autem scribo vobis: ecce corã deo: q̃a nõ mẽtior. Deinde veni i partes syrie et cilicie. Erã autẽ ignotus facie ecclesijs iudee: que erãt in xpo iesu. Tãtũ autẽ auditũ habebãt qm̃ qui psequebat nos aliquãdo nũc euangelizat fidẽ/ quã aliquãdo expugnabat. Et in me clarificabãt dñm nr̃m iesum xpm. Gr. Qui operat⁹ est petro in apostolatum operatus est mihi iter gẽtes: et cognouerũt grãm dei q̃ data est mihi. ℣ Grã dei in me vacua nõ fuit: sed grã ei⁹ semp in me manet. Alla. ℣. Magnus sanct⁹ paulus vas electiõis: vere digne est glorificãdus. Sequẽti. Solẽnitas scti pauli. reqre supra in cõuersione eiusdẽ. Euã. Dixit symon petr⁹ ad iesum. Ecce nos reliqm⁹ oĩa. in cõi. fo. ij. Credo. Offr. Mihi autẽ nimis honorati sunt amici tui de⁹: nimis cõfortat⁹ est pricipat⁹ eoꝝ. Sec.

Oblationez tibi dñe votiuã deferimus depcãtes: vt ad laudẽ tui nõis et apostolice reuerentiã dignitatis: et ad nostrũ puenĩat sanctificata psidiũ. Per dominum. Alia secreta.

Ecclesie tue q̃s dñe pces et munera bti petri apl'i tui cõmẽdet oratio: et qd̃ p illius gl'ia celebram⁹/ nobis psit ad veniã. p. Prefa. Et te dñe. Cõ. Amẽ dico vobis: q vos qui reliqstis oĩa et secuti estis me: centuplum accipietis et vitam eternam possidebitis. Postcõmunio

Da q̃s omps deus/ vt ecclesia tua et sacramẽtis refecta salutarib⁹ et bti pauli apl'i tui fulta supplicatiõib⁹: sic psentia dona pcipiat / vt capere mereat eterna. Per. Alia postcõmunio.

Letificet nos q̃s mun⁹ oblatũ: vt sicut in apostolo tuo petro te mirabilẽ pdicamus: sic p illũ tue sumam⁹ indulgẽtie largitatẽ. p. ¶ In oct. scti iohãnis baptiste. Officium. or. epl'a. grad. Alla. offr. et cõio: sicut in prima die dicuntur cum euãgelio sequenti. Secundum Lucam .f.

In illo tpe: Dixit ad zachariã angel⁹. Ne timeas zacharia/ qm̃ exaudita est depcatio tua et vxor tua helizabet pariet tibi filiũ/ et vocabis nomẽ ei⁹ iohãnẽ Et dixit zacharias ad angelũ. Unde hoc sciã: Ego em̃ sum senex: et vxor mea pcessit in diebus suis. Et respõdẽs angelus: dixit ei. Ego sum gabriel q̃ asto ante deũ: et missus sum loq̃ ad te/ et hec tibi euangelizare. Et ecce eris tacens/ et nõ poteris loq̃ vsq in diẽ: quo hec fiãt: p eo q nõ credidisti verbis meis q̃ iplebunt i tpe suo. Et erat plebs expectãs zachariã et mirabant q tardaret ipse in tẽplo. Egressus autẽ: non poterat loq̃ ad illos. Et cognouerũt q visionẽ vidisset in templo. Et ipse erat innuẽs illis: et pmãsit mut⁹. Et factũ est vt impleti sunt dies officij ei⁹: abijt in domũ suã Post hos aũt dies: cõcepit helizabeth vxor ei⁹. Et occultabat se mẽsib⁹

quinqꝫ dicēs: Quia sic fecit mihi dñs: i dieb⁹ qbus respexit auferre opprobriuz meū: inter hoies. Si iste oct i sab. vel i dñica euenerit missa de octaua dicit in capitulo.
¶ In die visita. btē marie. Offz



Gaudeam⁹ oēs in dño diē festum celebrantes sub honore marie virginis: de cuius visitatiōe gaudēt angeli et collaudant filiū dei. ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. Orō.
Deus q̄ sacratissimā virginē mariaz/ vnigeniti tui matrē mutue ꝯsolatiōis grā beatā helizabet visitare fecisti: cōcede ꝓpiti⁹ nobis famulis tuis: vt ei⁹ visitatiōibus assidue consolemur: ꝛ a cūctis aduersitatib⁹ tuo munimine ꝓtegamur. Per dñz.

Memoria nulla. Lec. lib. sapi. ij
Ego flos cāpi: ꝛ liliū cōualliū. Sicut lilium inter spinas: sic amica mea iter filias Sicut malus inter ligna siluarū: sic dilect⁹ me⁹ inter filios. Sub vmbra illi⁹ quē desiderabā sedi: ꝛ fructus ei⁹ dulcis gutturi meo. Introduxit me rex in cellā vinariā: ordinauit in me charitatē. En dilect⁹ me⁹ loqtur mihi. Surge ꝓpera amica mea: columba mea/ formosa mea ꝛ veni. Jā eni hyems trāsijt: imber abijt ꝛ recessit Flores apparuerūt in terra nrā: tēp⁹ putatiōis aduenit. Uox turturis audita est in terra nrā. Ficus ꝓtulit grossos suos: vinee florētes odorē suū dederūt. Surge ꝓpera amica mea/ colūba mea i foraminib⁹ petre: in cauerna maceriе. Ostēde mihi faciē tuam: sonet vox tua in aurib⁹ meis. Uox eni tua dulcis est: ꝛ facies tua decora. Gr. Bndicta et venerabilis es virgo maria: q̄ sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. ℣. Uirgo dei genitrix quē totus nō capit orbis: in tua se clausit viscera factus homo. Alla. ℣. Mater mirifica sūma ꝓ grām dona multiplica ditās ecclīaz: sacris virtutib⁹ tollēs dissidiū cōfer penitētib⁹ tuū ꝑsidiū.
Celebrem⁹ i hac die (Seqn̄ festū domus zacharie: laudib⁹ letitie. Contēplemur ibi gestū/ et de festo fiat festū: tā dom⁹ ecclesie. Thema iam solēnitatis copiose charitatis: gratia recolit Quā helizabet beata senectute fecūdata: suscepisse scribitur. Orbis tot⁹ gratulet/ toto corde veneret dulcis visitatio Compassi

ni cordis benignitas excessiva sta tus & humilitas: sacra consolatio In introitu marie / prolem ma= trẽ prophetie: spiritus illuminat. Cõfortata genitũ: roborata de= bitum: felix parẽs terminat. Er= go festi hãc auctricem / lauda dei genitricẽ: syon ex pcordijs. Quic= quid dicas de benigna / minus est a laude digna: debitis preconijs. Visitatrix in mõtanis visitatrix in his planis: sis mris eccłie. Me dicina xpiana / quod nõ valet vis humana: fiat dono grẽ. Bñdicta mulierũ / sydus maris lumẽ verũ mestũ ɔsolare clerũ / populũ irra dia. Bñdicto vẽtris tui fructu do na nobis frui: sicq3 sin⁹ sẽp sint in gemni gł'ia. Amẽ. Scdm Lucã. j.

IN illo tpe. Exurgens ma= ria abijt in mõtana cũ festi natiõe in ciuitatẽ iuda: & intrauit in domũ zacharie: & salutauit he= lizabeth. Et factũ est vt audiuit salutationẽ marie helizabeth: ex= ultauit infans in vtero eius. Et repleta est spũ sancto helizabeth: et exclamauit voce magna / & di= xit. Bñdicta tu inter mulieres: et bñdictus fruct⁹ vẽtris tui. Et vn de hoc mihi: vt veniat mater dñi mei ad me Ecce enim vt facta est vox salutatiõis tue i aurib⁹ meis exultauit in gaudio ifans i vtero meo. Et btã q̃ credidisti: qm̃ pfici ent in te / ea q̃ dicta sunt tibi a dño Et ait maria Magnificat anima mea dñm. Et exultauit spũs me= us: in deo salutari meo. Credo. Offer. Aue maria gratia plena dñs te cũ: benedicta tu in mulieribus: et benedi ctus fructus ventris tui. Secreta.

ECclesie tue q̃s dñe oblatio= nem ppiti⁹ intuere: & inter cedente gł'iosa virgine dei genitri ce maria: vnitatis ac pacis semp eidem dona cõcede. Per eundem. Prefa. Et te in visitatiõe. Cõio. Beata viscera marie virginis: que por= tauerũt eterni patris filiũ. Postcõio.

DEus q̃ mediãte btã virgi= ne maria: mũdo succurri= sti pdito / ipsius gł'iosis meritis et precib⁹ interueniẽtibus ɔcede pla cat⁹: vt ab ecclesie tue regno oim scandalorũ pturbatione remota: in tua semper pace tibi debite fa= muletur. Qui viuis &. Per totas octa. dicant̃ seq̃n. sicut infra octa. assumptionis eiusdẽ cũ missa pdi cta. In octauo die dicatur Kyrie eleyson. Gł'ia i excelsis. cũ farsura Spũs & alme orphanorũ. Seq̃n.

VEni mater gratie / fõs mi sericordie: miseris remedi um. Veni lux ecclesie / tristib⁹ leti tie: tu infunde radiũ. Te regina3 colimus / tibi laudes canim⁹ ex af fectu cordiũ. Que es in angustijs et in rebus dubijs salus et solatiũ O stella presulgida / tu dira certa mina: maris huius reprime. Sy monis nauicula / filij tunicula ne scindantur prohibe. Portus naui gantium / preces supplicantium / filiorum suscipe. Consolare flebi les / iuua pusillanimes: et erran= tes corrige. Que deũ hominibus et ima celestib⁹ iungis o puerpe= ra. Hereses interime / scismata tu destrue / firma pacis federa. Amẽ et Benedictus marie filius.

¶ Sanctorum processi / et mar= tiniani. Ad missam. Officium.



Udicāt scti gētes & dominātur populis: & regnabit dn̄s deus illoꝝ in ppetuū. ps. Exultate iusti in dn̄o: rectos decet collaudatio. Oꝝ.

Deus q̄ nos sctōꝝ martyrum tuoꝝ pcessi et martiniani cōfessionibus gloriosis circūdas & protegis: da nobis ex eoꝝ imitatiōe pficere: & intercessione gaudere. p. Mēoria de. s. Withino

Deus qui hodiernā diem sacratissimā nobis in beati Withini cōfessoris tui atq; pontificis depositione celebrare ꝯcedis adesto ppitius eccl'ie tue pcib⁹: vt cui⁹ gloriatur meritis: muniatur suffragijs. p. Memoria de aplis.

Epl'a. Scti p fidē vicerūt regna. In cōi. fo. vj. Gꝛ. Exultabūt scti in gl'ia: letabunt in cubilib⁹ suis. ℣. Cantate dn̄o canticū nouū: laus eius in eccl'ia sctōꝝ. All'a. ℣. Reddet deus mercedē laboꝝ sanctoꝝ suoꝝ: et deducet illos in via mirabili. Euāg. S. mat. xxiiij.

In illo tpe. Sedente iesu super mōtem oliueti: accesserunt ad eū discipuli secreto / dicentes. Dic nobis quādo hec erunt: & quod signū aduēt⁹ tui & ꝯsummationis seculi? Et respondēs iesus. dixit eis. Uidete ne quis vos seducat. Multi eñ venīēt in noīe meo dicētes ego sum christ⁹ / & multos seducēt. Audituri eñ estis plia: et opiniones plioꝝ. Uidete ne ꝯturbemini. Oportet eñ hec fieri: sed nondū est finis. Cōsurget eñ gēs cōtra gentē / & regnū aduersus regnū: & erunt pestilentie / & fames et terremotus per loca. Hec autē omnia initia sunt doloꝝ. Tunc tradēt vos in tribulationē: & occident vos / & eritis odio oībus gentibus propter nomē meū. Et tūc scandalizabuntur multi: & inuicē tradent / & odio habebunt inuicē. Et multi pseudo prophete surgēt: et seducēt multos. Et qm̄ abūdabit iniquitas refrigescet charitas multoꝝ. Qui aūt pseuerauerit vsq; in finē: hic salu⁹ erit. Offꝛ. Gloriabunt in te oēs qui diligūt nomē tuum qm̄ tu bn̄dices iusto: dn̄e vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta.

Suscipe dn̄e preces & munera oblata: que vt tuo digna sint cōspectui sctōꝝ martyꝝ processi et martiniani pcibus adiuuemur. p d. Alia secr. de. s. Withino.

Suscipe clemētissime deus mun⁹ qd̄ maiestati tue offerim⁹: et intercedēte btō Withino cōfessore tuo atq; pontifice: ad vtriusq; vite psperitatē illud nobis puenire ꝯcede. p. Alia secreta de aplis vt s. Cō. Aia nr̄a sicut passer erepta est de laqo venātiū. Postcō.

Quesumus dn̄e diuino refecti mysterio: vt qui sanctorum martyꝝ tuorum processi / et martiniani tēporali cōmemoratiōe gaudem⁹: eoꝝ intercessionibus in ea numeremur sorte salutis: in qua illi sunt tua gratia gloriosi. Per dominum. Alia postcō munio de sancto Withino.

Deus q̄ nos a delictoꝝ ꝯtagijs tuoꝝ expias pceptiōe sacramētoꝝ: presta q̄s: vt btī Withini cōfessoris atq; pontificis meritis / a cunctis eruamur aduersis & celestis vite delicijs pfruamur. Per. Alia postcōio. de aplis vt s.

¶ Missa de apl'is petro et paulo infra oct. qñ de eis fit seruitiũ. Of.

Mihi aũt nimis honorati sunt amici tui de⁹ nimis cõfortat⁹ est pricipat⁹ eorũ. Ps. Dñe probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã & resurrectionẽ meã. Oro.

Deus q̃ hodiernã diẽ apl'orũ tuorũ petri & pauli martyrio ɔsecrasti: da eccl'ie tue eorũ i oĩbus seq̃ pceptũ: p quos religionis sũpsit exordiũ. p. Ep'la. Iã nõ estis ho. i cõi. fo. j. Gr. Cõstitues. All'a. ṽ. Nimis ho. Euã. Hec mãdo. Credo. Off. Cõstitues. i cõi. fo. ij. Se.

Hostias dñe quas noĩ tuo sacrãdas offerimus apl'ica prosequať oro: p quã nos expiari tribuas & defendi. p. Prefa. Et te dñe. Cõ. Uos qui secuti estis me: sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel dicit dñs. Postcõio.

Quos celesti dñe alimento satiasti: q̃s apostolicis intercessiõibus ab omi aduersitate custodi. Per d. ¶ In trãsla. & ordinatione scti martini. Officiũ.




Statuit ei dñs testamentũ pacis/ & principẽ fecit eũ vt sit illi sacerdotij dignitas ineternum. Ps. Misericordias domini ineternum cantabo. Oratio.

Deus q̃ populo tuo eterne salutis beatũ martinũ ministrũ cõcessisti: presta q̃s: vt qui executor mãdatorũ tuorũ extitit interris: intercessor noster semp esse digneť in celis. Per d. Mẽo. de visita. et de apl'is. Ep'la. Ecce sacerdos. in cõi fo. x. Gr. Inueni dauid seruũ meũ: oleo sctõ meo vnxi eũ/ manus enim mea auxiliabitur ei: et brachiũ meũ ɔfortabit eũ. ṽ. Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non nocebit eũ. All'a. ṽ. Elegit te dñs sibi in sacerdotẽ magnũ i pp'lo suo. Seq̃n.

Sacerdotẽ xp̃i martinũ cuncta p orbẽ canat eccl'ia pacis catholice. Atq3 illi⁹ nomẽ oĩs hereticus fugiat pallidus. Pãnonia leteť genitrix talis filij. Italia exultet alitrix tãti iuuenis. Et gallie trina diuiso sacro certat litigio: cui⁹ esse debeat presul. Sed pariter habere se patrẽ oẽs gaudeãt: turoni soli ei⁹ corpus foueãt Huic frãcorũ atq3 germanie plebs oĩs plaudat. Quibus videndũ inspexit dñm in sua veste. Hic celebris est egypti partib⁹: grecie quoq3 cũctis sapiẽtibus. Qui inpares se martini meritis sentiũt atq3 eius medicamini. Nã febres sedat: demonesq3 fugat/ paralitica mẽbra glutinat Et mortuorũ sua prece triũ reddit corpa vite pristine. Hic rit⁹ sacrilegos destruit: et ad xp̃i gl'iam dat ignib⁹ idola Hic nud⁹ mysteria brachijs cõficiẽs: predit⁹ est celesti lumine. Hic oculis ac manib⁹ i celũ & totis virib⁹ suspensus: terrena cũcta respuit. Ei⁹ ore nũq̃ xp̃s defuit: siue iusticia vel q̃cq̃d ad verã vitã pertinet Igiť te cũcti poscim⁹ o martine vt q̃ multa mira hic ostẽdisti Etiã de celo gl'am xp̃i nobis supplica tu tuo semp infũdas. S. Luc. xij.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis Nolite timere

pusillus grex: qa cōplacuit pri vestro dare vobis regnū. Vēdite q possidetis: & date elemosynā. Facite vobis sacculos qui nō veterascūt: thesaurū nō deficiētē in celis quo fur nō appropiat / neqz tinea corrūpit Ubi est enim thesaurus vester: ibi et cor vestrū erit. Offr. Veritas mea & mia mea cū ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius Sec.

Intercessio qs dñe bti martini confessoris tui atqz pōtificis munera nostra cōmēdet: nosqz maiestati tue semper reddat acceptos. p d. Cō. Fidelis seruus & prudēs quē constituit dñs sup familiā suā: vt det illis in tēpore tritici mēsurā. Postc.

Prestent nobis dñe qs sumpta sacramēta presidium salutare: et interuenientibus bti martini confessoris tui atqz pōtificis meritis: ab oibus nos absoluāt peccatis. Per. ¶ In octaua apostolorū petri et pauli. Offm.

Sapientiā sanctorū narrāt populi: & laudē eorū nunciat ecclesia: noia autem eorum viuēt in seculū seculi. ps. Exultate iusti in dño rectos decet collaudatio. Oratio.

Deus cuius dextera btm pe trū aplm ambulātē in fluctib9 ne mergeret erexit: & coapostolū ei9 paulū tertio naufragātē de profūdo pelagi liberauit: exaudi nos propiti9 & cōcede: vt amborū meritis: eternitatis gl'iam cōsequamur. Qui vi. Mēoria de visita. btē ma. Epla. Hi sūt viri mie. in cōi. fo. vij. Gr. Iustorū aie in manu dei sūt & nō tāget illos tormētū malicie. V. Uisi sūt oculis insipiētū mori: illi aūt sunt in pace. Alla. V. Isti sunt duo oliue et duo cādelabra lucentia ante dñm: habēt potestatē claudere celū nubibus & aperire portas eius / qa lingue eorū claues celi facte sunt. Seque. Ecce pulchra canorū. i cōi. fo. viij. Sequētia scti euāgelij scdm mātheū. xiiij

In illo tpe. Iussit ies9 discipulos suos ascēdere in nauiculā: & pcedere eū trans fretū: donec dimitteret turbas Et dimissa turba ascēdit in mōtē sol9 orare. Uespere aūt facto: solus erat ibi. Nauicula aūt in medio mari: iactabat fluctib9. Erat eni vēt9 cōtrarius. Quarta aūt vigilia noctis: venit ad eos ambulās supra mare. Et vidētes eū supra mare ambulātem: turbati sūt dicētes / qa fātasma est. Et pre timore clamauerūt Statiqz ies9 locut9 est eis dicēs. Habete fiduciā. Ego sum nolite timere. Respōdēs aūt petr9: dixit Dñe / si tu es: iube me venire ad te sup aquas. At ipse ait. Ueni. Et descēdēs petr9 de nauicula: ambulabat sup aquā / vt veniret ad iesū. Uidēs vero vētū validū: timuit. Et cū cepisset mergi clamauit dicēs Dñe saluū me fac Et cōtinuo iesus extendēs manū apprehēdit eū / & ait illi. Modice fidei: quare dubitasti? Et cū ascendisset iesus in nauiculam: cessauit vēt9 Qui aūt in nauicula erāt venerūt & adorauerūt eū dicētes Uere fili9 dei es. Nō dr Credo. nisi dñica fuerit. Offr. Exultabūt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis: exultatiōes dei in faucibus eorū. Sec.

Intēde pcamur altissime deus / vota q reddimus tibi: q

et placita fieri eorꝫ ꝓcibus cōcede: pro quorū deferūtur honore. Per ꝓfca. Et te dñe. Cō. Iustorꝫ aie i manu dei sunt: ⁊ nō tāget illos tormentū malitie: visi sunt oculis insipientium mori / illi autem sunt in pace. Postcōio.

Sumpta dñe sacramēta celestia / beatis apostolis tuis petro ⁊ paulo deprecātibus: remediū nobis celeste ꝯsiliēt. Per.

Translatio scti thome. Offim

Gaudeamus oēs in dño hodiem festū celebrātes: sub honore thome martyris / de cuius passiōe gaudēt āgeli ⁊ collaudāt filiū dei ps. Exaudi de⁹ orōnē meā cū deprecor: a timore inimici eripe aiam meā. Orō.

Deus q̄ nos bti thome martyris tui atq; pōtificis trāslationē celebrare cōcedis / te suppliciter exoramus: vt eius meritis ⁊ precib⁹ a vicijs ad ỽtutes: ⁊ a carcere trāsferamur ad regnū Per. Mēoria de visitatiōe. epl'a. Ois pōtifex. i cōi. fo. v. Gr. Posuisti dñe sup caput ei⁹ coronā de lapide ꝓcioso. ỽ. Desideriū aie eius tribuisti ei: et volūtate labiorū eius nō fraudasti eū. All'a. ỽ⁹. Gl'ia ⁊ honore coronasti eū dñe: ⁊ ꝯstituisti eū sup opa manuū tuarꝫ Sequētia. Solēne cāticū hodie. Quere supra i alio fes. ifra oc. natiui. Euā. Homo qdā nobil'. i cōi. fo. vj. Offr. Posuisti dñe in capite eius coronā de lapide precioso: vitā petijt a teꝫ tribuisti ei alleluya. Secreta.

Deus q̄ panē ⁊ vinū i corp⁹ tuū ⁊ sanguinē celesti benedictiōe cōuertis: cōcede nobis per merita beati thome martyris tui atq; pōtificis: vt ad tuā miam reuertētes: tuo bñplacito conformemur. Qui vi. Cō. Magna est gloria ei⁹ in salutari tuo: gl'iam ⁊ magnū decorē impones super eum dñe. Postcōio.

Deus q̄ beatū thomā martyrē tuū atq; pōtificē a supplicijs ad gaudia transtulisti: tribue q̄s / vt qui trāslationē eius veneramur in terris: per ei⁹ patrociniū / ad celestia transferamur. Per d. Notādū est q̄ ꝓria dñica post fes. trāsl. scti thome mar. celebrat' fes. reliquarꝫ Sarꝫ. eccl'ie.

In die reliquiarū. Officium.

Sapiētiā sctōrū narrāt populi: ⁊ laudē eorꝫ nūciat ecclesia: noia autē eorum viuent in seculum seculi. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

Presta q̄s ops deus: vt sctē dei genitricis sēperq; virginis marie / ⁊ sctōrū tuorū quorꝫ reliq̄e in hac ꝯtinētur eccl'ia nos ꝓtegāt merita: quaten⁹ eorꝫ ꝓcib⁹ trāquilla pace in tua iugiter laudeletemur. p e. epl'a. Hi sūt viri. in cōi. fo. vij. Gr. Exultabūt scti in gl'ia: letabūtur i cubilib⁹ suis. ỽ. Cātate dño cāticū nouū: laus ei⁹ in eccl'ia sctōrū. All'a. ỽ. Scti ⁊ iusti in dño gaudete: vos elegit de⁹ i hereditatē sibi. Seqn. Ecce pulchra. in cōi. fo. viij. Euā. Videns iesus turbas. in cōi. fo. viij Offr. Mirabilis deus in sctis suis: deus israel ipse dabit virtutē ⁊ fortitudinē plebi sue benedictus deus all'a. Secr.

Munera tue misericors de⁹ maiestati oblata benigno q̄s intuitu aspice: vt eorū nobis fiant ꝓcib⁹ salutaria quorꝫ sacratissime in hac basilica reliq̄e sunt re

cōdite.p. Cō. Gaudete iusti in dño: all'a: rectos decet collaudatio. Postcō.

Diuina libantes mysteria q̄s dñe: vt eorū nos vbiq; intercessio ptegat: quorum hic sacra gaudemus habere patrocinia. p.

Sctōr septē frm mar. Offm.

Laudate pueri dominū laudate nomē dñi qui habitare facit sterilem in domo matrē filiorū letantē. ps. Sit nomē domini benedictum: ex hoc nūc et vsq; in seculū. Orō.

Presta q̄s oḿps deus: vt qui gloriosos martyres tuos felicē/ philippū/ vitalē/ marcialē alexandrū/ siluanū/ et ianuariū/ fortes in sua cōfessione cognouimus: pios apud te in nr̄a intercessiōe sentiamus. p. Epl'a. Rememoramini. i cōi. fo. vij. Gr. Aia nr̄a sicut passer erepta est de laq̄o venātiū. ℣. Laq̄us cōtrit⁹ est: et nos liberati sumus/ adiutoriū nr̄m in noīe dñi: q̄ fecit celū et terrā. All'a. ℣. Laudate pueri dñm: laudate nomē dñi. ℣⁹. Sit nomē dñi bn̄dictū ex hoc nūc et vsq; in seculū. Et dicit cū vtroq; ℣. hac die sicut sabba. i ebd̄. pasc. S. matheū. xij

In illo tpe. Loquente iesu ad turbas: ecce mr̄ ei⁹ et fratres stabāt foris/ querētes loq̄ ei. Dixit aūt ei q̄dā. Ecce mr̄ tua et fr̄es tui foris stāt: querētes te. At ipse respōdēs dicēti sibi: ait. Que est mater mea/ et q̄ sunt fratres mei? Et extendēs manū in discipulos suos: dixit Ecce mater mea et fratres mei Quicūq; eñ fecerit voluntatē patris mei qui in celis est: ipse me⁹ frater/ et soror/ et mater est. Offr. Aia nostra sicut passer erepta est de laqueo venātiū: laqueus cōtritus est et nos liberati sumus. Secr.

Respice dñe oblatiōes fideliū vt tibi grate sint in tuorū passione sctōrū: qui germano amore te diligentes/ sua corpora martyrio tradiderunt. Per dñm Cōio. Quicunq; fecerit voluntatem patris mei qui in celis est ipse meus frater/ soror/ et mater est dicit dñs. Postc.

Refecti dñe gratie tue vitalibus alimentis/ supplices imploramus: vt quorum celebramus victorias/ participemur et premijs. Per ḋ. Trāslatio sancti benedicti abbatis. Officium.

Os iusti meditabitur sapiētiā/ et lingua eius loquetur iudiciū: lex dei eius in corde ipsius. ps. Noli emulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

Intercessio nos q̄s dñe bti bn̄dicti abbatis tibi cōmendet: vt q̄d nr̄is meritis non valemus: ei⁹ patrocinio assequamur Per. epl'a. Just⁹ cor suū. i cōi. fo. xiij. Gr. Os iusti meditabit̄ sapiētiā: et ligua ei⁹ loq̄tur iudiciū. ℣. Lex dei ei⁹ in corde ipsi⁹/ et nō supplātabūtur gress⁹ ei⁹. All'a. ℣. Posui adiutoriū sup potētē: et exaltaui electū de plebe mea. Si fiant. ix. lc. dr̄ seq̄. de cōi. scz. Ad est nobis. i cōi. fo. xj. Euā. Nemo ascēdit. i cōi. fo. xiij. Offr. Desideriū aīe eius tribuisti ei dñe: et volūtate labiorū ei⁹ nō fraudasti eū/ posuisti in capite ei⁹ coronā de lapide p̄cioso. Secre.

Sacris altaribus dñe hostias sup positas sctūs bn̄dictus abbas q̄s in salutē nobis pro

uenire deposcat. Per d. Cō. Beatus seruus quē cū venerit dn̄s inuenerit vigilantē amē dico vobis sup omnia bona sua constituet eum. Postcōmunio


PRotegat nos dn̄e cum tui perceptione sacramēti beatus benedictus abbas pro nobis intercedendo: vt et conuersationis eius experiamur insignia: et intercessiōis ipsius percipiamur suffragia. Per. ¶ Trāslatio sc̄ti Swithini sociorumqꝫ eius. Offīn.

SAcerdotes ei⁹ induāt salutare: ꝫ sc̄ti eius exultatione exultabunt. p̄s. Memento domine dauid ꝫ oīs mansuetudinis eius. Orō.

OMnipotēs sēpiterne de⁹: q̄ hodiernā diē honorabilē nobis in btī Swithini cōfessoris tui atqꝫ pōtificis / sociorūqꝫ eius trāslatione fecisti: da ecclesie tue in hac celebritate letitiā: vt quorū solēnitatē veneramur in terris: eorū intercessiōe subleuemur in celis. p. Ep̄la. Plures facti sunt. i cōi. fo. xij. Gr. Sacerdotes ei⁹ induāt salutare: ꝫ sc̄ti eius exultatione exultabūt. V. Illuc producā cornu dauid: parauí lucernā xp̄o meo. Alla. V. Fulgebūt iusti et tāq̄ scintille i arūdineto discurrēt ineternū. Nulla dr̄ sequētia. Euāge. Sit lūbi. i cōi. fo. xiiij. Offr. Exultabūt sc̄ti i gl̄ia / letabūtur in cubilibus suis: exultatiōes dei i faucib⁹ eorū. Se.

REspice q̄s dn̄e populū tuū ad tua sacramēta currentem: in presenti festiuitate beati Swithini confessoris tui atqꝫ pontificis sociorūqꝫ eius et cōcede: vt ipsius intercedētibus quod in honorē tui nois detulerunt: cunctis prosit ad veniā. Per d. Cō. Ego vos elegi de mundo vt eatis ꝫ fructū afferatis: ꝫ fruct⁹ vester maneat. Postc.

PIgnus vite eterne capientes dn̄e humiliter imploramus: vt intercedēte beato Swithino ꝫfessore tuo atqꝫ pōtifice cū socijs suis qd̄ imagine ꝫtigimus sacramēti manifesta participatione sumam⁹. Per d. ¶ Trāslatio sc̄ti osmūdi epi ꝫ ꝫfessoris. Offīn.

GAudeamus oēs in dn̄o / diē festū celebrātes: sub honore osmundi presulis / de cuius trāslatione gaudēt angeli ꝫ collaudant filium dei. p̄s. Exaudi de⁹ orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meā. Oratio.

DEus cuius antiqua miracula etiā nostris tporibus ad tui nois magnificētiā ac laudē ꝫ honorē sc̄ti ꝫfessoris tui atqꝫ pōtificis osmundi chorускare sentimus: cōcede propiti⁹: vt cui⁹ trāslationē colim⁹: eius intercessionibus / ꝫ in p̄senti seculo te glorificem⁹ / et in futuro te perfrui mereamur. p. Ep̄la. Ecce sacerdos magn⁹ qui in vita. in cōi. fo. xj. Gr. Dn̄e preuenisti eū in bn̄dictiōibus dulcedinis: posuisti in capite ei⁹ coronā de lapide p̄cioso. V. Vitā petijt ꝫ tribuisti ei: lōgitudinē dierū in seculū seculi. Alla. V. Iustus germinabit sicut lilium: et florebit ineternum ante dn̄m. Seq̄ntia.

GAudeam⁹ messia veritate vita via beatorum gloria. Dies letus celebretur quo osmūdi decātet honor ꝫ memoria. In sacra trāslatione cuius celice per-

sone astãt reuerentia. Et collaudant natũ dei qui vt finis oĩs spei ex munificẽtia hũc osmũdũ cõfessorẽ parẽtela clariorẽ illustri prosapia. Ortũ fecit quẽ virtutũ preter militare scutũ insignitur grã Prudens potens tẽperatus spe et fide roborat⁹ preeminet iusticia. Et prepollet charitate quibus armis deitate datis vicit vicia. Fastũ rixam et liuorẽ auariciã torporẽ gulã ludos iacula. Sternit/ cedit/ delet/ pellit/ fugat / extirpat/ refellit miles absq macula. Gemmas terras vestes aurũ/ seq pariter thesaurũ ponit in ecclesia. Illis decorauit chorũ sed de se miraculorũ semper fluit copia. Claudis gress⁹/ cecis visus/ mutis lingua mestis risus: leprosis mũdicia. Uita mortuis donatur san⁹ redit q̃ precat illũ cũ fiducia Ergo presulũ btẽ deprecãtibus te da te semp ad solatia. A peccatis nos emũda/ claritatis quo iocunda: intrem⁹ palatia. Euã. Homo q̃dã pegre i cõi. fo. xij. Offr. Ueritas mea ꝛ mia mea cũ ipso: ꝛ in noĩe meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

MUnera nostra dñe q̃s meritis ꝛ intercessiõibus munifici cõfessoris tui osmũdi sctifica: vt in filij tui dñi nostri iesu xpi corpus et sanguinẽ cõuertãtur: ꝛ ad nostrarũ pficiãt salutẽ aiarũ. Per. Cõ. Btũs seru⁹ quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilãtẽ / amẽ dico vobis sup oĩa bona sua ꝯstituet eũ. Postcõ.

SUmptis dñe munerib⁹ sacriste supplices depcamur vt eorũ virtute roborati beati osmũdi ꝯfessoris tui atq pontificis imitemur exẽpla: ꝛ ad gaudia peruenia⁹ eterna. Per d. Scti kenelmi regis ꝛ martyris. Offm.



GLoria et honore coronasti eũ: ꝛ constituisti eũ super opera manuũ tuarum. ps Dñe dñs noster: q̃ admirabile est nomẽ tuũ i vniuersa terra. Or.

OMnipotẽs ꝛ misericors deus/ q̃ nobis preclarã huius diei letitiã pro bti kenelmi regis ꝛ martyris tui solẽnitate tribuisti: intẽde serenus vota fidelis populi/ et concede: vt cuius hodie festa percolim⁹: ei⁹ semp meritis ꝛ pcibus subleuemur. p. Epla. Btũs vir q̃ iuẽt⁹. i cõi. fo. iiij. Gr. Posuisti dñe sup caput ei⁹: coronã de lapide precioso. V. Desideriũ aie eius tribuisti ei: ꝛ voluntate labiorz ei⁹ nõ fraudasti eũ. Alla. V. Btũs vir q̃ suffert tentationẽ: q̃m cũ pbat⁹ fuerit accipiet coronã vite. Euã. Si quis venit ad me. in cõi. fo. v. Off. Gloria ꝛ honore coronasti eũ ꝛ ꝯstituisti eũ sup opa manuũ tuarz dñe. Se.

PResentibus dñe deus intẽde munerib⁹: ꝛ patrocinãte beato kenelmo martyre tuo/ cuius festa venerãda recensem⁹/ fidelibus salutis indulgẽtiã cõferãt: et eternitatis premia dignãter acquirãt. Per. Cõ. Magna est gloria eius in salutari tuo: gliam ꝛ magnũ decorẽ ipones sup eũ dñe. Postcõ.

PErcipiat q̃s dñe plebs tua bti martyris tui kenelmi natalicia celebrando cum exultatione letitiam: et quã mense celestis refecisti edulio: eternitatis tue facias assisti consortio. Per dñm

Scti arnulphi epi ꝛ mar. Of.

Letabit iust⁹ in dño et sperabit i eo: ꝛ laudabũt oẽs recti corde. ꝑ. Exaudi de⁹ orõnẽ meã cũ depcor: a timore inimici eripe aiam meã.

Adesto supplicatiõib⁹ (or) nr̃is ops de⁹: et qbus fiduciã sperãde pietatis indulges: intercedẽte btõ arnulpho martyre tuo atq põtifice: cõsuete mie tribue benign⁹ effectũ. Per. Epl'a. Btũs vir q̃ i sa. mo. in cõi. fo. iiij. Gr. Iust⁹ nõ ꝯturbabit q̃a dñs firmat manũ ei⁹. ꝟ. Tota die miseretur ꝛ ꝯmõdat: ꝛ semẽ ei⁹ i bñdictiõe erit. All'a. ꝟ Btũs vir q̃ timet dñz: i mãdatis ei⁹ cupit nimis. Euã. Si qs vult post. i cõi. fo. v. Offr. In ꝟtute tua dñe letabit iust⁹: ꝛ sup salutare tuũ exultabit vehemẽter: desideriũ aie ei⁹ tribuisti ei Se.

Scti martyris tui atq põtificis arnulphi nobis dñe pia nõ desit oratio: q̃ et munera nostra tibi conciliet: et tuã nobis indulgentiã semper obtineat. p. Cõio. Posuisti dñe in caipte ei⁹: coronam de lapide precioso. Postcõio.

Ut nobis dñe tua sacrificia dent salutẽ: btũs martyr tu⁹ arnulphus ꝛ põtifex quesum⁹ precator accedat. Per. ¶ Sãcte margarete ꝟgis et mar. Offiñ.

Me expectauerũt pctõres vt pderẽt me: testimõia tua dñe itellexi: oĩs ꝯsũmatiõis vidi finẽ latũ mãdatũ tuũ nimis. ꝑ. Bti immaculati i via q̃ ãbulãt i lege dñi. Or.

Deus q̃ beatã virginẽ margaretã / hodierna die ad celos per martyrij palmã venire fecisti: cõcede nobis q̃s: vt eius exẽpla sequẽtes: ad te pertingere mereamur. p. Epl'a. Dñe de⁹ meus. in cõi. fo. xiiij. Gr. Specie tua ꝛ pulchritudine tua: intẽde, pspere, pcede ꝛ regna. ꝟ. Propter veritatẽ ꝛ mãsuetudinẽ ꝛ iusticiã: ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua. All'a. ꝟ. Ueni electa mea ꝛ ponã te in thronũ meũ: q̃a cõcupiuit rex speciẽ tuã. Sequẽ. Exultem⁹ i hac die. i cõi. fo. xv. Euã. Simile est re. ce. the. i cõi. fo. xv. Offr. Offerẽtur regi virgines post eã: proxime eius offerẽtur tibi i letitia ꝛ exultatiõe / adducẽtur in tẽplum regi domino. Secreta

Hec victima q̃s dñe btẽ virginis margarete martyrio oblata: ꝛ mẽtiũ nobis cõferat sctitatẽ / ꝛ corporũ obtineat iugiter castitatẽ. Per. Cõ. Feci iudiciũ ꝛ iusticiã: dñe nõ calũniẽtur mihi superbi / ad oĩa mãdata tua dirigebar: omnẽ viã iniquitatis odio habui. Postcõ.

Percipiat q̃s dñe plebs tua beate margarete virginis tue et martyris natalicia celebrãdo letitiã: ꝛ quã celestis mense refecisti cõuiuio. Per dñm nostrũ.

¶ Sctẽ praxedis ꝟginis. Offiñ.

Loq̃bar de testimõijs tuis i cõspectu regũ et nõ ꝯfundebar: ꝛ meditabar in mãdatis tuis que dilexi nimis. ꝑs. Bti immaculati in via qui ambulant in lege dñi. Orõ

Assit plebi tue oĩps deus / btẽ praxedis virginis tue supplicatio: vt q̃cũq ei⁹ gaudent honore / tuo semp ptegãtur auxilio. p. Epl'a. Sapiẽtia vicit. i cõi. fo. xvj. Gr. Dilexisti iusticiã ꝛ odisti iniquitatẽ. ꝟ. Propterea vnxitte de⁹ deus tuus oleo letitie. All'a. ꝟ. Emulor

enim vos dei emulatione: despondi vos vni viro virginē castā exhibere christo. Euā. Simile est reg. ce. de. i cōi. fo. xvj. Offr. Offerēt regi virgies post eā, prime ei⁹ offerētur tibi. Secr.

SUscipe q̄s dn̄e ob honorē sacre v̄gis praxedis mun⁹ oblatū: & q̄d n̄ris assequi meritis nō valemus: eiusdē suffragantibus meritis / nobis largire propt tt⁹. Per. Cō. Simile est regnū celorū hoi negociatori q̄rēti bonas margaritas: inuenta vna p̄ciosa margarita dedit oīa sua & comparauit eam. Postcōio.

SAncta tua nos dn̄e q̄s sctē praxedis virginis tue meritis suffragātibus: & a pctis omnibus eruāt / & ad celestia regna perducāt. Per. ¶ Sancte marie magdalene. Ad missam. Offin.



GAudeamus oēs in dn̄o: diē festū celebrantes: sub honore marie magdalene: de cuius solēnitate gaudēt angeli et collaudāt filium dei. p̄s. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. Oro.

LArgire nobis clementissime pr̄: q̄ sicut btā maria magdalena vnigenitū tuū super oīa diligēdo suorū obtinuit veniā peccaminū: ita nobis apud misericordiā tuā sēpiternā impetret btitudinē. Per eundē. Memoria de sancto Wandregesilo. Oratio.

DEus cuius gr̄a bti Wandregesili confessoris tui atq̄ abbatis vita extitit laudabilis ipsius interuētu quod tibi placitū est: pietas tua operetur in nobis. Per. Ep̄la. Mulierē fortē q̄s inueniet. in cōi. fo. xvij. Gr. Audi filia et vide & inclina aurē tuā: q̄a cōcupiuit rex speciē tuam. V̄. Specie tua & pulchritudine tua intēde, p̄spere p̄cede & regna. All'a. V̄⁹. Optimā p̄tē elegit sibi maria: q̄ nō auferet ab ea ieternū. Seq̄n

MAne prima sabbati: surgēs dei filius / nostra spes et gl̄ia. Victo rege sceleris: rediit ab inferis / cum summa victoria. Cui⁹ resurrectio: oīm plena gaudio / cōsolat oīa. Resurgentis ita q̄: marie magdalene / facta est p̄nuncia. Ferēs xp̄i fratribus eius morte tristibus / expectata gaudia. O bti oculi: quibus regē seculi morte iā deposita / prima est intuita. Hec est illa femina cui⁹ cūcta crimina: ad christi vestigia / eius lauit gratia. Que dū plorat et mensorat: facto clamat q̄d corammat / iesum sup oīa. Nō ignorat quē adorat: q̄d precetur sed deletur / q̄d mens timet cōscia. O maria mater pia: stella maris appellaris / operū per merita. Matri christi coequata: dū fuisti sic vocata / sed honore subdita. Illa mundi imperatrix / ista beata peccatrix: letitie primordia / fuderūt in ecclesia Illa enim fuit porta / per quam fuit lux exorta / hec resurgētis nūcia mūdū replet letitia. O maria magdalena / audi vota laude plena apud xp̄m chorum istū clemēter ɔsilia. Ut fōs sūme pietatis q̄ te lauit a pctis: seruos suos atq̄ tuos mūdet data venia Amen dicant oīa. S. Lucā. vij.

IN illo tp̄e. Rogabat iesum quidam phariseus: vt mā-

ducaret cū illo. Et ingress⁹ domū pharisei: discubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix / vt cognouit q᷑ iesus accubuit in domo pharisei: attulit alabastrū vnguenti. Et stās retro secus pedes domini / lachrymis cepit rigare pedes ei⁹: ⁊ capillis capitis sui tergebat / et osculabatur pedes eius: et vnguento vngebat. Uidēs autem phariseus qui vocauerat eū: ait intra se dicens. Hic si esset propheta / sciret vtiq̄ que ⁊ qualis est mulier que tāgit eū: q̄a peccatrix est. Et respōdēs iesus dixit ad illū Symō habeo tibi aliquid dicere. At ille ait Magister dic Et respōdet ei ies⁹. Duo debitores erāt cuidā feneratori: vn⁹ debebat denarios quingētos / et alius quinquaginta. Non habētibus illis vnde redderent: donauit vtrisq̄. Quis ergo eū plus diligit? Rn̄dens aūt symon / dixit. Estimo / quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et cōuersus ad mulierē: dixit symoni. Uides hāc mulierem? Intraui in domū tuam aquam pedibus meis non dedisti Hec autem lachrymis rigauit pedes meos / et capillis suis tersit. Osculum mihi nō dedisti. Hec autem ex quo intraui / non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti: hec autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: remittūtur ei peccata multa q̄m dilexit multū. Cui aūt min⁹ dimittitur: minus diligit. Dixit aūt ad illā dn̄s. Remittunt̄ tibi pctā tua. Et ceperūt qui simul discumbebāt / dicere intra se. Quis est hic q̄ etiā pctā dimittit? Dixit autē ad mulierē. Fides tua te saluā fecit: vade i pace.

Credo Offr. Filie regū in honore tuo: astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circūdata varietate. Secr.

Benedictionē tuam dn̄e his tibi oblatis / tribue sacrificijs ⁊ presta: vt beata maria magdalene / hoc nobis apud te obtineat: quod ab vnigenito tuo obtinuit / dū ei mystica obseq̄a exhibuit. Per eūd. Alia de. s. Wādregesilo.

Pijs intercessiōib⁹ bti Wādregesili cōfessoris tui atq̄ abbatis q̄s omnipotens deus tue familie ꝯmēdetur oblatio: cuius vitalibus decorat̄ exēplis. p. Prefa. quoti. Cō. Diffusa est gr̄a i labijs tuis: ꝓpterea bn̄dixit te de⁹ ieternū. Postc.

Prebeat nob̄ dn̄e salutarē btē marie magdalene imitatio sctāꝫ doctrinā: quaten⁹ illi⁹ optime partis mereamur esse cōsortes: que nō auferet̄ ab ea. Per. Alia postcōio. de. s. Wādregesilo.

Tua dn̄e sacramēta sumētes suppliciter exoramus: vt beati Wādregesili ꝯfessoris tui atq̄ abbatis: cui⁹ veneramur memoriā: presidiū sentiamus. Per.

Scti appollinaris mar. offi.

Sacerdotes tui dn̄e induāt iusticiā: et scti tui exultēt: propter dauid seruū tuū: nō auertas faciē christi tui. ps. Memēto dn̄e dauid: ⁊ ois māsuetudinis eius. Oratio.

Uotiua nos domine beati appollinaris martiris tui atq̄ pontificis natalis semper excipiat: qui ⁊ iocunditatē nobis sue

128

glorificationis insinuat: et tibi nos reddat acceptos. Per d. Epistola. Testificor. in cōmu. fo. iiij. Grad. Inueni dauid seruū meū: oleo sctō meo vnxi eū: manus enim mea auxiliabit ei/ et brachiū meū confortabit eū. V. Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniqtatis nō nocebit eū. Alla. V. Elegit te dñs sibi in sacerdotē magnū in populo suo. Euā. Facta est ɔtētio. in cōi. fo. ij. offr. Ueritas mea et mia mea cū ipso: et i noie meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

HOstiā nrām qs dñe scti appollinaris martyris tui et veneranda ɔfessio/ et laudabilis cōmendet oratio. Per d. Cō. Semel iuraui in sctō meo: semē eius ineternum manebit/ et sedes eius sicut sol in ɔspectu meo: et sicut luna perfecta in eternum et testis in celo fidelis. Postcōmunio.

SUmētes dñe pign9 redemptiōis eterne/ qs: vt itercedēte btō appollinare martyre tuo vite presentis auxilio nos foueat et eterne. Per. ¶ In vig. scti iacobi apli. Ad missaz oia fiāt sicut in vig. vni9 apli ɔtinet Et fiat mēo. de sctā christina virgine. Oratio.

INdulgentiā nobis dñe beata christina virgo et martyr imploret: que tibi grata semp extitit/ et merito castitatis et tue professiōe virtutis. Per dñm. Secr.

QUesumus ops de9/ vt qui annua beate christine virginis et martyris tue solēnia presentib9 honoram9 sacrificijs: eius semper et fidei integritate roboremur: et pijs apud te precibus adiuuemur. Per dominū. Postcōio.

SUpplices te rogamus ops deus: vt quos donis celestibus satiasti: itercedēte btā xpina virgine tua et martyre/ ppetua ptectiōe custodias. p. Si hec vigi. in dñica euenerit: nihil fiat de vigi. nisi tantū memoria. ¶ In die scti Jacobi apli. ad missā. Offi.



MIhi autē nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortat9 est pricipatus eorum. ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Oratio.

EStO dñe plebi tue sctificator et custos: vt apostoli tui iacobi munita psidijs: et cōuersatiōe tibi placeat/ et secura deseruiat. Per dñz. Mēoria de martyribus xpoforo et cucufato. Oratio.

DEus mundi creator et redemptor: qui hunc diē btōr xpofori et cucufati martyrū tuorū passione cōsecrasti: cōcede: vt oēs qui martyrij eorum merita veneramur: eor itercessionib9 ab eternis gehēne incendijs liberemur. Per dominū. Epistola. Jam nō estis. in cōi. fo. j. Gr. In omnē terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. V. Celi enarrāt gloriam dei: et opera manuū eius annunciat firmamētū. Alla. V. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cōfortatus est principat9 eor. Seqn. Alla nūc decātet. in cōi. fo. ij. Scdz matheū. xx.

IN illo tempore. Accessit ad iesum mater filiorū zebedei cum filijs suis: adorans/ et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis: Ait illi. Dic vt sedeāt hi duo filij mei/ vnus ad dexteram tu-

am: et vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autẽ iesus: dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicũt ei. Possum⁹ Ait illis. Calicẽ quidem meũ bibetis: sedere autẽ ad dexterã meã vel ad sinistrã: nõ est meũ dare vobis/ sed quibus paratũ est a patre meo. Credo. Offm. Mihi autẽ nimis honorificati sũt amici tui de⁹: nimis confortatus est principat⁹ eorũ. Secre.

OBlatiões populi tui q̃sum⁹ dñe beati iacobi apostoli tui passio btã cõciliet: vt qui nostris nõ apta sunt meritis/ fiãt tibi placita eius deprecatione. Per dñm. Alia secreta de martyribus.

ACcipe dñe munera dignãter oblata: ⁊ beatorũ martyrum tuorũ christophori et cucufati suffragãtibus meritis: ad nostre salutis auxiliũ prouenire concede. Per dñm. Prefa. Et te dñe. Cõio. Uos qui secuti estis me sedebitis super sedes duodecim: iudicãtes duodecim tribus israel dicit dñs. Postcõ.

BEati iacobi apl̃i tui: cuius hodie festiuitate corpore et sanguine tuo nos refecisti: quesumus dñe intercessione nos adiuua: pro cuius solennitate percepimus tua sancta letãtes/ saluator mũdi. Qui viuis. Alia postcõio.

SUmpsimus dñe sanctorũ martyrũ tuorũ christophori et cucufati solẽnitate sacramẽta celestia/ quorũ suffragijs quesumus largiaris: vt quod temporaliter gerimus: eternis gaudijs cõsequamur. Per dñm. ¶ Sancte anne matris marie. Officiũ.



GAudeamus omnes in domino/ diem festum celebrantes/ sub honore anne matris marie/ de cui⁹ solẽnitate gaudent angeli: et collaudant filium dei. Ps. Eructauit cor meum verbũ bonum dico ego opera mea regi. Oratio.

DEus qui beatã annã dilectissime genitricis tue matrem egregiam/ hodierna die ad celestis vite subleuasti gaudia fac nos q̃s gloriosis ei⁹ meritis ad eternã pertingere beatitudinẽ: ex cuius puerperio salutari pro salute mundi humanam assumere dignat⁹ es carnẽ. Qui viuis. Epl̃a Mulierẽ fortẽ quis inueniet. ĩ cõl fo. xviij. Gr. Audi filia et vide et inclina aurem tuã quia cõcupiuit rex speciem tuam. V. Specie tua et puluchritudine tua: intẽde prospere ꝓcede et regna Alla. V. Salue sancta mater anna: ex qua ꝓcessit virgo maria: q̃ de celo suscepit ꝓlẽ ⁊ mũdo genuit saluatorẽ. Seq̃n

TEstamento veteri/ anna fuit genita: et de stirpe regia. Hec matrona nobilis/ diu fuit sterilis: in magna tristitia Cui fructũ contulit/ et sic luctũ abstulit: diuina clemẽtia. Patriarchis edita/ anna luce predita: in perenni gloria. Deprecamur inclita vt per tua merita: nobis detur gratia. Anna parens labe carens/ rubens rosa speciosa: florẽs inter lilia. Matrẽ christi genuisti/ tua ꝓce nos a nece/ tuearis noxia. Ecce lucis officina/ egris spes ⁊ medicina: tua proles est regina in celesti patria. Ipsa cũctis iam pre-

lata / per te sumens hec precata: nostra fiat aduocata in dei presentia. Euange. Liber generatiōis. vts in festo conceptionis btē marie. fo. iiij. Offr. Filie regū in honore tuo astitit regina a dextris tuis i vestitu deaurato: circūdata varietate. Secre.

Sanctifica redēptor mundi psentis munera sacrificij / et btē matris anne precib⁹ eadē nobis effice salutaria: de cuius vteri palatio mater tua aula virginee puritatis est egressa. Qui viuis. Cō. Diffusa est grā i labijs tuis: ppterea bndixit te de⁹ ineternū. Postcōio.

Uotiua celestis mense pcipiētes dñe sacramēta btē anne matris marie gloriosa itercessiōe nos protege: de qua virgo puerpera ad salutē humane natiuitatis prodijt: que nobis splendorē vite / sine castitatis dispēdio generauit: dñm nrm iesum christuz filiū tuū. Qui te. ¶ Sctōrū septē fratrum dormiētium. Officium.

Salus aūt iustor a dño et ptector eor est i tpe tribulatiōis. ps. Noli emulari in malignātibus: neqz zelaueris facientes iniqtatē. Orō.

Deus q gloriosos resurrectionis eterne precones septem dormientes magnifice coronasti / presta quesumus: vt eorum precibus resurrectionē sctām que in eis mirabiliter preostensa est / consequamur. Per dñm. Epistola. Justorū aie. Jn cōi. fo. vij. Gr. Exultabunt sancti in gloria: letabūtur in cubilibus suis. ℣. Cantate dño canticum nouū: laus eius in ecclesia sanctorū. Alla. ℣. Justi epulētur et exultēt in cōspectu dei: et delectent in letitia. Euāg. Cū audieritis. i cōi. fo. viij. Offr. Mirabilis deus in sctis suis de⁹ israel: ipse dabit virtutem et fortitudinē plebi sue benedict⁹ deus alleluya. Secreta.

Deus in quo est oīm iustorum reqes / et pax certa sctōrū: tribue nobis pacificas hostias tibi digne offerre: vt pfectionē pacis qua tui sancti iā fruūtur in celis: nos iugiter hanc meditemur in terris. Per. Cōio. Justorū aie i manu dei sunt: et nō tāget illos tormentū malitie: visi sunt oculis insipientium mori / illi autem sunt in pace. Postcōio.

Sanctorū tuorū dñe victorias recolētes / sacramēta venerāda pcepim⁹: que psent nobis qs eorū meritis indulgētiā: in quorū dormitiōe tuā magnificētiā collaudam⁹. Per dñm. ¶ Sācti sansonis episcopi. Officium.

Statuit ei dñs testamentū pacis / et principē fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas ineternum. ps. Mias dñi: ineternū cantabo. Oratio.

Omps sempiterne deus / tribue nobis famulis tuis per intercessionē scti sansonis epi poscētibus pctōrū veniā / querētib⁹ salutis viam / pulsantib⁹ aperire regni celestis aulā: vt ad eternaz maiestatis tue habitationem / te adiuuante peruenire mereamur. Per dominū. Memoria de sācto panthaleone martyre. Oratio.

Deus q hunc diē btī pāthaleonis consecrasti martyrio psta qs: vt ipsius interuētu hoc in nris floreat actib⁹ qd pmijs remu

nereř celestibus. p. Epl'a. Ecce sacerdos. i cõi. fo. xj. Gr. Ecce sacerdos magnus: q̃ in dieb⁹ suis placuit deo. ỽ. Nõ est inuẽtus similis illi: q̃ ↄseruaret legẽ excelsi. Alla. ỽ. Amauit eũ dñs ⁊ ornauit eũ: stola glie induit eũ. Euag. Hõ q̃dã pegre. in cõi fo. xij. Offr. Inueni dauid seruũ meũ: ⁊ in oleo scõ vnxi eũ: man⁹ enĩ mea auxiliabitur ei: et brachiũ meũ confortabit eũ. Secreta.

Deus apstolorꝝ / de⁹ martyrũ / deus ↄfessorũ / de⁹ virginũ / deus omniũ electorũ: te supplicite exoramus: vt hanc hostiã sctãm in honore scti sansonis episcopi sctificare et bñdicere digneris: et ante conspectũ maiestatis tue / tã ad corporis sanitatẽ / q̃ ad animarũ pficiat salutẽ. Per dñz. Alia secreta de sctõ panthaleone.

Beatus pãthaleon martyr tuus dñe q̃ diuersis supplicijs macerat⁹: vera ⁊ viua factus est hostia: hec que tibi offerim⁹ ad salutẽ nostrã gratificet sua intercessiõe libamina. Per. Cõio. Fidelis seruus et prudens quem constituit dñs super familiã suã: vt det illis in tempore tritici mensurã. Postcõmunio.

Satiati nos dñe in hac solẽnitate scti sansonis ↄfessoris tui atq̃ põtificis munerib⁹ sacris: te q̃s: vt ecclesie tue pacẽ / fidem / spẽ / et charitatẽ multiplicare digneris: per quas tibi in eccl'ia tua placere mereamur. Per dñz. Alia postcõ. de sctõ panthaleone.

Redẽptiõis nr̃e sacro gustu satiasti q̃s dñe vt interueniente btõ pãthaleone martyre tuo phec sctã q̃ sumpsimus ad eterna gaudia preparemur Per. ¶ Alia missa de sctõ pãthaleone martyre pro volũtate cõtra febrẽ acutã Et q̃ eã audierit: vel celebrauerit i illo anno febrẽ acutã nõ habebit

¶ Scti pãthaleonis mar. Offiñ



Iustus nõ cõturbabiř q̃a dñs firmat manuz ei⁹: tota die misereř et cõmodat et semẽ eius in bñdictiõe erit: ineternũ ↄseruabiř. ps. Noli emulari in malignãtibus: neq̃z zelaueris faciẽtes iniq̃tatẽ. Orõ.

Deus qui hunc diẽ beati pãthaleonis ↄsecrasti martyrio: pst̃a q̃s: vt ipsi⁹ interuẽtu hoc in nostris floreat actib⁹: quod premijs remuneretur celestib⁹. Per dñm. Lectio libri sapientie. iiij.

Iustus si morte poccupatus fuerit: aĩa ei⁹ in refrigerio erit. Senect⁹ enĩ venerabilis est: nõ diuturna: neq̃z numero annorꝝ cõputata. Cani sunt autẽ sensus hoĩs: ⁊ etas senectutis vita immaculata. Placẽs deo fact⁹ dilectus ⁊ viuẽs inter pctõres trãslat⁹ est. Rapt⁹ est ne malitia mutaret intellectũ illius aut ne fictio deciperet aĩam illi⁹. Cõsummat⁹ in breui: expleuit tempora multa Placita enĩ deo erat aĩa illi⁹. Propter hoc properauit educere illũ: de medio iniq̃tatũ Qm̃ gr̃a dei ⁊ mĩa est in sctis illi⁹: ⁊ respect⁹ in electis illi⁹ Gr. Posuisti dñe sup caput ei⁹: coronã de lapide p̃cioso. ỽ. Desideriũ aĩe ei⁹ tribuisti ei: ⁊ volũtate labiorũ ei⁹ nõ fraudasti eũ. Alla. ỽ. Letabiř iust⁹ i dño ⁊ sperabit in eo: ⁊ laudabũtur oẽs recti corde. Euã. Si q̃s vult post me. In cõi. fo. v. Offr. In virtute tua letabiř iu st⁹: ⁊ sup salutare tuũ exultabit vehemẽ

ter: desiderium aie ei⁹ tribuisti ei. Secr.

Beat⁹ pāthaleon martyr tu⁹ dñe/ qui diuersis supplicijs macerat⁹/ vera et viua fact⁹ est hostia: hec que tibi offerim⁹ ad salutē nostrā gratificet sua intercessiōe libamina. p. Cō. Magna ē gl'ia ei⁹ in salutari tuo: gl'iam et magnū decorē impones sup eū dñe. Postcōio.

Redēptiōis nr̄e sacro gustu satiati/ q̄sum⁹ dñe: vt interueniēte btō pāthaleone martyre tuo: p hec sctā q̄ sumpsim⁹ ad eterna gaudia pparemur. Per dñm.

¶ Sctōr felicis/ simplicij/ faustini/ ⁊ beatricis martyrū. Officiū.

Sacerdotes ei⁹ induāt salutare: ⁊ scti eius exultatione exultabunt. p̄s. Memento domine dauid ⁊ ois mansuetudinis eius. Orō.

Presta q̄s ops deus: vt sicut popul⁹ xp̄ian⁹ martyrum tuorū felicis/ simplicij/ faustini: ⁊ beatricis tpali solēnitate cōgaudet ita perfruat eterna ⁊ qd̄ votis celebrat: pio cōprehēdat affectu. p. Ep'la. Lingua sapiē. i cōi. fo. vij. Gr. Sacerdotes ei⁹ induāt salutare: ⁊ scti eius exultatione exultabūt. v̄. Illuc producā cornu dauid: paraui lucernā xp̄o meo. All'a. v̄. Vox exultatiōis ⁊ salutis: in tabernaculis iustorū. Euāg. Attēdite a. in cōi. fo. ix. Offr. Exultabūt scti in gl'ia/ letabūtur in cubilib⁹ suis exultatiōes dei in faucib⁹ eorū. Secre.

Hostias tibi dñe/ pro sctōrū martyrū tuorū felicis/ simplicij/ faustini/ ⁊ beatricis honore deferimus suppliciter deprecātes: vt indulgētiā nobis cōferant ⁊ salutē. p. Cōio. Ego vos elegi de mundo vt eatis et fructum afferatis: et fructus vester maneat. Postcōio.

Benedictionis tue dñe plebs tibi deuota fructū reportet et gaudiū: vt quod sctis martyribus tuis felici/ simplicio: faustino ⁊ beatrici exhibuit tpali seruitio/ perēni psidio cōsequat. p. v. ¶ Sāctorū abdō ⁊ sennes mar. Offm̄.

Intret in cōspectu tuo dñe gemit⁹ cōpeditorū redde vicinis nr̄is septuplū i sinu eor: vindica sanguinē sctōrū tuorū q̄ effusus est. p̄s. De⁹ venerūt gētes i hereditatē tuā: polluerūt tēplū sctm̄ tuū: posuerūt hierusalē in pomorū custodiā. Orō.

Deus qui sctis martyribus tuis abdō et sennes ad hāc gloriā veniēdi/ copiosum munus gr̄e tue cōtulisti: da famulis tuis suorū veniā delictorū/ vt sanctorum tuorū intercedētib⁹ meritis ab oibus mereamur aduersitatibus liberari. Per. Ep'la. Bñdict⁹ de⁹. In cōi. fo. iiij. Gr. Gloriosus deus in sctis: mirabilis in maiestate faciens prodigia. v̄. Dextera tua dñe glorificata est in virtute: dextera man⁹ tua cōfregit inimicum. All'a. v̄. Reddet de⁹ mercedē laborū sanctorū suorū: et deducet illos in via mirabili. Euāg. Videte ne q̄s. i cōi. fo. ix. Offr. Mirabilis deus in sanctis suis deus israel: ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue benedictus deus alleluya. Secreta.

Frequētata mysteria dñe pro sctōrū martyrū tuorū abdon et sennes veneratiōe deuota mēte tractam⁹: q̄bus et psidiū nobis crescat ⁊ gaudiū. Per. Cō. Posuerunt mortalia seruorū tuorū dñe

escas volatilib⁹ celi: carnes sctõ2ũ tuo2ũ bestijs terre: scdm magnitudinẽ b2achij tui posside filios mo2ti punito2. Postc.

Sumat dñe plebs fidelis celestis dona remedij: p que intercedẽtib⁹ sctis marty2ib⁹ tuis abdõ & sennes a suis emũdetur delictis. Per. d. ¶ Scti germani episcopi & confesso2is. Officium.




Sacerdotes dei benedicite dominũ/ sancti & humiles co2de laudate deum. ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula. O2atio.

Exaudi nos de⁹ salutaris noster: & qa nr̃e voces nõ merẽtur audiri: scti germani cõfessoris tui atq3 pontificis interuẽtio/ q̃s sit accepta p nobis. p d. Epła. Justũ deduxit. in cõi. fo. xi Gr. Iurauit dñs et nõ penitebit eum: tu es sacerdos in eternũ scdm o2dinẽ melchisedech. ỽ⁹. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Alła. ỽ. Amauit eum dñs et o2nauit eum: stola glo2ie induit eum. Euange. Uigilate quia nescitis. in cõi. fo. xij. Offr. Ueritas mea & misérico2dia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur co2nu eius. Secreta.

Sacrificiũ tibi domine p2o beati germani confesso2is tui atq3 pontificis celeb2itate offerẽtes/ quesum⁹: vt p2opitiationẽ quã nostris operib⁹ nõ meremur pijs suffragato2is intercessionibus cõsequamur. Per. Cõ. Dñe qnq3 talenta tradidisti mihi ecce alia q̃nq3 superlucrat⁹ sum: euge serue fidelis/ qa in pauca fuisti fidelis: sup2a multa te cõstituã/ intra in gaudiũ dñi tui. Postcõ.

Supplices te rogam⁹ oĩps deus: vt qui pcepimus celestis mense substantiã: intercedẽte beato germano ɔfesso2e tuo atq3 pontifice/ ad vitã p̃ueniam⁹ eternã. p d. ¶ Ad vincula scti Petri.



Nunc scio vere/ quia misit dominus angelum suũ et eripuit me de manu herodis: et de omni expectatione plebis iudeo2um. ỽ⁹. Et petrus ad se reuersus dixit. O2atio.

Deus q̃ beatũ petrũ apłm a vinculis absolutũ illesum abire fecisti: nr̃o2ũ q̃s absolue vincula pctõ2ũ/ & oĩa mala a nobis p2opitiat⁹ exclude. Per dñm no. Memo2ia de marty2ibus. O2o.

Fraterna nos dñe marty2um tuo2ũ co2ona letificet que & fidei nostre p̃beat incremẽta virtutũ: et multiplici nos suffragio cõsoletur. Per dominum. Lectio actuũ apostolo2um. xij.

In diebus illis. Egressus petrus de carcere: venit ad domum marie matris iohãnis/ qui cognominatus est marcus: vbi erant multi cõgregati et o2antes. Pulsante autẽ eo ad ostiũ ianue/ pcessit puella ad videndũ eũ noie rode. Et vt cognouit vocẽ petri/ p2e gaudio non aperuit ianuam/ sed intro currens nunciauit stare petrũ ante ianuã. At illi dixerũt ad eam. Insanis? Illa aũt affirmabat sic se habere. Illi aũt dicebant qa angelus eius est. Petrus autẽ pseuerabat pulsans. Cũ autem aperuisset ostiũ/ viderũt eũ:

et obstupuerũt. Innuens aũt eis manu vt tacerent: narrauit quõ dñs eduxisset eum de carcere. Gr. Cõstitues eos principes sup oẽm terrã memores erũt nois tui dñe. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: ppter ea populi ꝯfitebũtur tibi. Alla. ℣. Solue iubẽte deo terrarũ petre cathenas: q̃ facis vt pateant celestia regna beatis. Seq̃ntia.

Nunc luce alma splendescit per orbẽ hec dies ecce gloriosa. Almi recolamus petri voce celsa. Gratãter modulos accõmodet in qua. Vincentis amorẽ ob superum crucis sacre trophea Merito gloriãqꝫ platam in celesti gloria. Pio corde fraterna iubilet qꝫ turma. Qui a christo ligãdi soluendiqꝫ dona. Accipiens clauiger effectus nostra resoluẽs vincula. Subleuãdo ethereis sedib9 potestate nos tradita. Jungat cetui sancto culmine in poli paradisiqꝫ amenia. Ubi adorat ordo te christe psallẽdo armonica voce cãtica Noua sctõrũ resonãtiũ laude angelicus mellica. Cũ supernã maiestatẽ tuã poscẽtes humiliter almã. Cuius digna nos cũ illis resonemus vna rithmica in excelsis carmina. Celestiqꝫ in gloria trinũ atqꝫ vnũ iugiter veneremur i arua. Celsa potestas ãgelica. Dñãs te laudat in gloria. Uirtutes celi te glĩficant per astra. Qui patris sedes ad dexterã. Nr̃a exaudi angelorũ. Et famulorũ iũgẽs voces pcamina. Quorũ vocibus caterua. Glorificet semp te et nr̃a. Regnantẽ iure cũ sanctis ineternũ. Euãg. Uenit iesus in partes. In cõi fo. ij. Credo. Offer. Cõstitues eos pncipes sup oẽm terrã: mẽores erũt nois tui/in oi pgenie ꝯ gñatiõe. Secr.

Offerim9 tibi dñe placabile mun9 depcãtes: vt sicut btõ petro apl̃o tuo i vinculis dedisti cõstantiã ita nobis tua gr̃a indulgẽtiã operet. p. Alia secr. de marty.

Misteria dñe pro sanctorũ martyrũ tuorũ solẽnitate deuota mente oblata/nobis presidiũ prestẽt ꝯ gaudiũ. p d̃. Prefa. Et te dñe. Cõ. Tu es petr9 et super hãc petrã edificabo ecclesiã meã. Postc

Muneris diuini pceptio q̃s dñe btõ petro apl̃o intercedẽte semp a nobis pctõrũ nr̃orũ vincula submoueat ꝯ picula cũcta depellat. p d̃. Alia postcõ. de marty.

Presta q̃s oĩs deus: vt quorum memoriã sacramenti participatione recolimus: fidem quoqꝫ proficiendo sectemur. Per.

Scti stephani pape ꝯ mar. offi

Sacerdotes tui dñe induant iustitiã/et sctĩ tui exultẽt: propter dauid seruũ tuum nõ auertas faciem christi tui. Ps. Memento dñe dauid ꝯ ois mãsuetudinis eius. Oratio.

Deus q̃ nos beati stephani martyris tui atqꝫ pontificis annua solẽnitate letificas: ꝯcede ppitius/vt cui9 natalitia colimus/de eiusdẽ etiã ptectiõe gaudeam9. p. Ep̃la. Ois põtifex. i cõi fo. vij. Gr. Inueni dauid seruũ meũ oleo sctõ meo vnxi eũ/man9 ei mea auxiliabit ei: ꝯ brachiũ meũ cõfortabit eũ. ℣. Nihil pficiet inimic9 in eo / ꝯ fili9 iniq̃tatis nõ nocebit eum. Alla. ℣. Elegit te dñs sibi in sacerdotem magnũ in populo suo.

Euan. Hō q̄dā nobilis. i cōi. fo. vj.
Offr. Inueni dd. i cōi. fo. xij. Sec.

HOstias nr̄as quesum⁹ dn̄e tibi reddat acceptas intercessio scti stephani martyris tui atq; pōtificis: q̄ eas tibi digne offerendo complacuit. Per. Cōio.
Domine quinq; talenta tradidisti mihi. In cōi fo. xij. Postcommunio

SUmētes dn̄e diuina mysteria q̄s vt bti stephani martyris tui atq; pōtificis itercessiōe eterne nobis p̄beāt incremēta letitie. p. In inuētione .s. stephani pthomar. sociorūq; eius. Offiū.

ETeniꝫ sederunt principes ꝛ aduersū me loquebant: ꝛ iniqui psecuti sunt me adiuua me dn̄e de⁹ meus: q̄a seruus tu⁹ exercebat in tuis iustificationibus. ps Beati immaculati in via: q̄ ambulāt in lege dn̄i. Orō.

DEus q̄ es sctōꝝ tuoꝝ splendor mirabilis: q̄q; hodierna die bti stephani martyris tui: nichodemi: gamalielis: atq; abibon inuētionē gl'iosam reuelasti da nobis quesumus in eterna leticia de eorum societate gaudere. Per. Lectio actuū apostoloꝝ. vj

IN dieb⁹ illis. Stephanus plen⁹ grā ꝛ fortitudine: faciebat pdigia et signa magna in populo. Surrexerūt autē q̄dā de synagoga q̄ appellabat libertinorū ꝛ cyrenēsiū ꝛ alexandrinoꝝ: et eorū q̄ erāt a cilicia ꝛ asya/ disputātes cū stephano/ et nō poterāt resistere sapiētie ꝛ spūi q̄ loquebatur. Audiētes autē hec: dissecabātur cordibus suis: ꝛ stridebāt dētibus in eū. Cū autē esset stephan⁹ plen⁹ spūsctō: intēdēs in celū/ vidit gl'iam dei/ ꝛ iesum stātē a dextris virtutis dei/ ꝛ ait. Ecce video celos aptos: et filiū hoīs stantē a dextris virtutis dei. Exclamātes aūt voce magna cōtinuerūt aures suas: ꝛ impetū fecerūt vnanimiter in eū. Et eijciētes eū extra ciuitatē: lapidabant. Et testes deposuerūt vestimēta sua secus pedes adolescētis: q̄ vocabat saul⁹. Et lapidabāt stephanū: inuocātē ꝛ dicētē. Dn̄e iesu: suscipe spm̄ meū. Positis autē genibus clamauit voce magna dicēs Domine iesu: ne statuas illis hoc peccatū. Et cū hoc dixisset: obdormiuit in domino Gr. Sederūt. cū V. et Alla. ꝛ sequētia q̄re in alio fes. post na. do. d'r. S. matheū. xxiij.

IN illo tp̄e. Dixit iesus turbis iudeoꝝ: ꝛ principib⁹ sacerdotū. Ecce ego mitto ad vos pphetas ꝛ sapiētes ꝛ scribas ꝛ ex illis occidetis/ ꝛ crucifigetis: ꝛ ex illis flagellabitis i synagogis vestris. Et psequēmini de ciuitate in ciuitatē/ vt veniat sup vos oīs sanguis iustus q̄ effusus est super terrā a sanguine Abel iusti/ vsq; ad sanguinē zacharie filij barachie quē occidistis iter tēplū ꝛ altare. Amē dico vobis: veniēt hec oīa sup gnationē istā. Hierusalē hierusalē q̄ occidis pphetas: ꝛ lapidas eos: q̄ ad te missi sunt/ quotiēs volui cōgregare filios tuos queadmodum cōgregat gallina pullos suos sub alas/ et noluisti. Ecce relinquet vobis dom⁹ vr̄a deserta. Dico enim vobis: nō me

videbitis amodo/donec dicatis. Bñdict⁹ q̄ venit in noīe dñi. Credo. nō dr̄. Offr̄. Elegerūt apostoli stephanū liuitā plenū fide ꝫ spū sctō: quē lapidauerūt iudei orātē ꝫ dicētē: dñe iesu accipe spiritū meū all'a. Secreta.

Sacrificiū tibi dñe fideliū tuorū votis oblatum serenus intēde: vt qđ dilecto martyri tuo stephano/nichodemo/gamalieli/atq₃ abibō/hodiernā inuētionis eorū cōtulit gl'iam: nobis ad redemptionē psit ꝫ g'ram. Per. Cō. Video celos aptos ꝫ iesum stantem a dextris virtutis dei dñe iesu accipe spiritū meū: ꝫ ne statuas illis hoc peccatū: quia nesciunt quid faciūt. Postcō.

Epularū tuarū alimēto saginati te humilit' rogam⁹ dñe de⁹ nr̄: vt btī martyris tui stephani/nichodemi/gamalielis/atq₃ abibō: meritis nos vbiq₃ adiuues: quorū hodie reuelatiōis solēnitatē celebram⁹. Per d. Scti oswaldi regis ꝫ mar. Officium



Gloria ꝫ honore coronasti eū: ꝫ cōstitui sti eū sup opera manuū tuarū. p̄s. Dñe dñs nr̄: q̄ admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. Oratio.

Omnipotens sempiterne de⁹: q̄ huius diei iocūdā sanctāq₃ letitiā/in sctī serui tui oswaldi passione cōsecrasti: da cordibus nr̄is tui amoris caritatisq₃ augmētū: vt cui⁹ in terris sctī sanguinis effusionē celebramus: illius in celo collata patrocinia sentiamus. p. Epsa. Btūs vir q̄ inuētus. i cōi. fo. iiij. Gr̄. Posuisti dñe super caput ei⁹: coronā de lapide p̄cioso. v̄. Desiderium aīe ei⁹ tribuisti ei: ꝫ volūtate labiorū eius nō fraudasti eū. All'a. v̄. Beatus vir q̄ suffert tētationē: q̄m cū probatus fuerit accipiet coronā vite. Euan. Si q̄s venit ad me. i cōi fo. v. Offr̄. Gloria ꝫ honore coronasti eū: ꝫ cōstituisti eū sup opera manuū tuarū dñe. Secr.

Munera q̄s dñe q̄ in sctī oswaldi regis ꝫ martyris tui cōmemoratione tue maiestati offerimus/ppitiat⁹ assume: et illā que in eo flagrauit fortē dilectionē: nobis inspira benign⁹. p. Cō. Magna est gl'ia ei⁹ i salutari tuo: gl'iam et magnū decorē impones super eū dñe

Vitali alimonia (Postc. recreati/q̄s oīps deus: vt btī oswaldi martyris tui p̄cibus tuā nobis iusticiā placari sentiamus: cuius gl'iosa certamina solēni deuotiōe veneramur. p. In trāsfiguratiōe d. Bñdictio vue.

Benedic dñe et hos fructus noue vue: quos tu dñe rore celi/ꝫ inundatiōe pluuiarū/et tēporū serenitate: atq₃ trāquillitate/ad maturitatē pducere dignatus es: ꝫ dedisti eos ad vsus nr̄os cū g'rarū actiōe pcipere. In noīe dñi nostri ✠ iesu xp̄i p quē oīa dñe semp bona creas. Qui te. ¶ In trāsfiguratiōe dñi. Ad missā of.

Veni ꝫ ostēde nobis faciē tuā dñe: qui sedes super cherubin et salui erimus. p̄s. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouē ioseph. Orō.

Deus q̄ hodierna die vnigenitū tuū mirabiliter trāsfiguratū celit⁹ vtriusq₃ testamēti patribus reuelasti: da nobis q̄s

bn̄placitis tibi actib⁹: ad ei⁹ semp cōtēplādā ptingere gl̄iā: in quo tue paternitati optime cōplacuisse testatus es. Per eundem dn̄m

Lectio epistole bti petri apl̄i ij.j

Charissimi. Nō enim indoctas fabulas secuti / notā fecim⁹ vobis dn̄i nr̄i iesu xp̄i virtutē ꝛ p̄sciētiā: sed speculatores facti illi⁹ magnitudinis. Accipiēs enim a deo p̄re honorē ꝛ gloriam voce ad eū delapsa: huiuscemodi a magnifica gloria. Hic est filius me⁹ dilect⁹: in quo mihi ꝯplacui: ipsum audite. Et hāc vocē nos audiuimus de celo allatā: cū essem⁹ cū illo in mōte scō. Et habemus firmiorē ꝓpheticū sermonem: cui bn̄facitis attēdentes: quasi lucerne lucēti: in caliginoso loco / donec dies illucescat: ꝛ lucifer oriat in cordib⁹ vr̄is. Gr. Tecū principiū in die virtutis tue in splēdorib⁹ sanctorū: ex vtero ante luciferū genui te. ℣. Dixit dn̄s dn̄o meo: sede a dextris meis donec ponā inimicos tuos: scabellū pedū tuorū. Alla. ℣ Dies sanctificatus illuxit nobis / venite gentes ꝛ adorate dominū: qa hodie descendit lux magna super terram. Sequen Laudes saluatori. Require in dn̄ica oct. pasche. vel ista Sequentia.

Benedicta semp sit btā trinitas deitas / sed vnitas coequalis gl̄ia. Pater filius sp̄us sctūs tria sunt noīa om̄ia eadēq₃ substātia. De⁹ genitor / deus genit⁹: in vtroq₃ sacer sp̄us deitate socia. Nō tres tamē dij sunt / de⁹ verus vn⁹ est sic p̄r dn̄s filius spiritusq₃ dn̄s. Ipse tamē fili⁹ deus verus vn⁹ est p̄clarus itaq₃ spiritus ab vtroq₃ emanat. Proprietas in p̄sonis vnitas est ꝛ in essentia. Maiestas par ꝛ potestas decus honorq₃ p om̄ia. Sydera maria cōtinēs arua simul ꝛ vniuersa ꝯdita. Quē tremūt impia tartara colit quoq₃ quē ꝛ abyssus infima Quē laudāt sol atq₃ luna dignitas adorat angelica. Nūc oīs vox atq₃ lingua fateat hunc laude debita. Et nos voce p̄celsa omnes modulemur organica cantica dulci melodia. Eya ꝛ eya nunc omnes iubilem⁹ alti throni dn̄o laudes in excelsis. O veneranda trinitas. O adorāda vnitas Per te sumus creati vera eternitas. Per te sumus redēpti summa tu charitas. Populū cunctū tu ptege / salua / libera / eripe / et emunda. Te adoramus oīps tibi cantimus tibi laus ꝛ gl̄ia. S. mat. xvij

In illo tp̄e Assumpsit iesus petrū ꝛ iacobū ꝛ iohānē fratrē eius / ꝛ duxit illos in montē excelsū seorsum: ꝛ transfigurat⁹ est ante eos. Et resplēduit facies ei⁹ sicut sol: vestimēta autē ei⁹ facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis moyses ꝛ helyas: cū eo loquētes. Rn̄dēs autē petrus dixit ad iesū. Dn̄e. Bonū est nos hic esse. Si vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum / moysi vnū / et helye vnū. Adhuc eo loquēte: ecce nubes lucida obūbrauit eos. Et ecce vox de nube dicēs Hic est filius me⁹ dilectus / in quo mihi bn̄ conplacui: ipsum audite. Et audiētes discipuli ceciderūt in faciē suā et timuerunt valde. Et accessit iesus ꝛ tetigit eos: dixitq₃

eis. Surgite: ⁊ nolite timere Leuantes autē oculos suos: nemin ē viderūt nisi solū iesum. Et descē tib⁹ illis de mōte: pcepit eis iesus dicēs. Nemini dixeritis visionē: donec fili⁹ hois a mortuis resurgat. Credo. Offr. De⁹ eni firmauit orbē terre q̄ nō cōmouebit: parata sedes tua de⁹ ex tūc a seculo tu es. Sec.

Suscipe q̄s dn̄e sctē pr̄ oīs eterne deus munera q̄ pro gloriosa filij tui transfiguratiōe deferimus: et cōcede ppitius / vt perhec a tēporalib⁹ liberemur in cōmodis / ⁊ gaudijs cōnectamur eternis. Per e. Prefa. de natiui. Ny pi car. Cō. In splēdorib⁹ sctōr ex vtero ante lucifer genui te. Postc.

Deus q̄ hūc diem incarnati verbi tui trāsfiguratione tneq3 ad eū missa paternitat⁊ voce cōsecrasti: tribue q̄s: vt diuinis pasti alimonijs: i ei⁹ mereamur mēbra trāsferri: q̄ hec in sui memoriā fieri pcepit iesus xp̄s filius tuus dn̄s nr̄. Qui te. ¶ Sāctorū sixti felicissimi ⁊ agapiti mar. of

Salus autē iustor a domino: ⁊ protector eor est intēpore tribulationis. p̄. Noli emulari i malignātib⁹: neq3 zelaueris faciētes iniq̄ta

De⁹ q̄ nos cōcedis (tē. oro. sctōr martyr tuor sixti / felicissimi / ⁊ agapiti / natalicia colere: da nobis i eterna btitudie de eor societate gaudere. p. ep̄la Bn̄dict⁹ de⁹. i cōi. fo. iiij. Gr. Iustorū aīe in manu dei sūt ⁊ nō tāget illos tormētū malicie. v̄. Visi sunt oculis insipiētiū mori: illi aūt sunt in pace. All'a. v̄. Reddet deus mercedē laborū sctōrū suorum: ⁊ deducet illos in via mirabili. Euā. Cū audieritis. i cōi. fo. viij Offr. Gloriabunt in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto domine vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta.

Muneradn̄e tue maiestati oblata: sctōrū martyrum tuor sixti / felicissimi / ⁊ agapiti / q̄s iteruētu: nobis ad salutē pficere sentiam⁹ eternā. p. d̄ Cō. Ego vos elegi de mūdo: vt eatis ⁊ fructū afferatis ⁊ fructus vr̄ maneat. Postcō.

Beator martyr tuor sixti felicissimi / ⁊ agapiti / dn̄e intercessione placat⁹: p̄sta q̄s: vt mysteria sctā q̄ tpali celebram⁹ actione: ppetua saluatiōe capiam⁹. p. In festo nois iesu. Offiū.

In noīe iesu oīe genu flectat celestium terrestriū ⁊ infernorū: ⁊ oīs ligua cōfiteatur / q̄a dn̄s nr̄ ies⁹ xp̄s in gl'ia est dei pr̄is. i t. p All'a. p̄s Laudate dominum quoniam bon⁹ dn̄s: psallite noī eius qm̄ suaue. Oro.

Deus q̄ gl'iosissimū nomē dn̄i nr̄i iesu xp̄i vnigeniti filij tui fecisti fidelibus tuis sūmo suauitatis affectu amabile: ⁊ malignis spiritib⁹ tremēdū atq3 terribile: cōcede ppiti⁹: vt oēs q̄ hoc nomē iesu deuote venerant iterris: sctē cōsolatiōis dulcedinē in presenti participant / ⁊ in futuro gaudiū exultatiōis ⁊ interminabilis iubilatiōis obtineant. Per eundū. Lectio actuū aposto. iiij.

In dieb⁹ illis. Petr⁹ repletus spū sctō / dixit. Principes ppl'i et seniores / audite. Si nos

hodie diiudicamur in bn̄facto hominis infirmi in quo iste saluꝰ factus est. Notū sit oībꝰ vobis ⁊ oi plebi israel: qḋa in noīe dn̄i nr̄i iesu xp̄i nazareni quem vos crucifixistis/ quē deꝰ suscitauit a mortuis in hoc iste astat corā vobis sanꝰ. Hic est lapis q̄ reprobatꝰ est a vobis edificātibꝰ: q̄ factꝰ est i caput anguli. Et nō est i aliquo alio salus. Nec eni aliḋ nomē est sub celo datū hoībꝰ: i quo oporteat nos saluos fieri. Gr̄. Cōstituit deus pr̄ ad dexterā suā iesū xp̄m in celestibꝰ sup oēs pricipatū potestatē ⁊ ṽtutē ⁊ dn̄ationē: ⁊ oē nomē qḋ noiaṫ nō solū i hoc s̄clo: sed etiā i futuro ⁊ oia subiecit sub pedibus eius. ℣. Adiuua nos deꝰ salutaris nr̄: ⁊ ppt̄ gl̄iaꝫ nois tui dn̄e libera nos et ppitius esto pctis nr̄is ppt̄ nomē tuū Alla. ℣. Dulce cordi xp̄i nomē iesu melos auri mel i esu cor ṽtit i iubilū ⁊ fugat mūdi sibilū. Scḋꝫ Alla. i cōmeō. i.t. pas. Alla. ℣. Surgēs iesus dn̄s noster: stetit in medio discipulorū suorum et dixit pax vobis. ¶ In cōmemoratione a.lxx. vsqꝫ ad pas. Trac.

Dulce nomē iesu xp̄i: felix omen ferēs tristi: iocūdās mētē iubilo ℣. Tollit luctū affert fructū: ⁊ obductuꝫ ⁊ seductū purgat cor a nubilo. ℣. Nominatū inuocatū: honoratū/ p̄dicatū/ semp sonat dulciter. ℣. Tā pctīm q̄ reatū: cōdonatū expurgatū/ reddit mulcēs leniṫ ℣. Hostes ferit: mores serit: mala terit: graues gerit: plenū est p̄sidiū. ℣. Nos defendit nos accēdit: nos intēdit ⁊ extēdit: hoc nomē in gaudium. Sequētia.

Dulcis iesus nazarenꝰ/ iudeorꝫ rex amenꝰ: pius pulcher floridꝰ. Pro salute sue gētis subit mortē cū tormēt̄: factꝰ pallēs liuidꝰ. Dulce nomē et cognomē: hoc trāscēdēs est p̄nomē: oībꝰ noibus. Mulcet reos/ sanat eos: fouet iustos/ munit eos: seruans ab insultibꝰ. Huiꝰ regis sub vexillo/ statu degis in trāqllo: hostes tui fugiūt. Nomē eiꝰ meditatū/ belli fugat apparatū: hostes victi rugiūt Hoc est nomē recolēdū qḋ sic semp est tremēdū: malign̄ spiritibꝰ. Hoc est nomē salutare: et solamē singulare/ qḋ succurrit tristibꝰ. Hoc nos decet honorare archa cordis inserere/ cogitare/ pamare amore sed heroico Ignaciꝰ hoc docuit/ illḋ passus insonuit: cor eiꝰ scissum patuit/ i scriptū iesu celico Ut qḋ maiora cupiunꝰ q̄ qḋ iesꝰ sit intimꝰ: q̄ est pamātissimꝰ/ ⁊ querit nos amare. Amat feruētissime/ amat cōstātissime: amat fidelissime/ ⁊ suos vult iuuare. Nomē suū fecit tale/ vt sit cūctis cordiale: capitale/ pricipale/ dilectū ex intimis. Habēt hoc nature iura/ vt amātē tota cura reamemꝰ placitura/ p̄stantes ex animis Jesu nomē oīe bonū tenet dulcē facit sonū: promeretur regni thronū auditū letificat In hoc lucet splēdor pr̄is/ i hoc patet decor matris: in hoc fulget honor fr̄is: hoc fr̄es magnificat. Caput iesu cor: mēs/ manꝰ/ vulnꝰ liuor sanguis planꝰ: pedes corpꝰ vigor sanꝰ/ paranṫ hoībꝰ Hec torquenṫ passa dura/ his lesura et natura: reparanṫ pia cura/ purgatis criminibus. Ergo si q̄s velit scire/ quare iesu nomen mire: facit bonos ꝯcupire/ sui inherētiā. Diuisio. Iesus pulcher i decore/ sume

bon⁹ in valore: mitis leniscū dul
core/ pronus ad clemētiā. Jesus
est rex glīosus: iesus forma specio
sus/ iesus lingua glīosus/ & mirā
dus ope Jesus fortis aiosus/ iesus
pugil vigorosus: iesus donis co=
piosus/ & gaudet tribuere Jesus
pie viscerosus/ iesus ductor lumi
nosus: iesus est deliciosus/ & sapit
dulcissime. Jesus fama glīosus:
iesus cūctis fructuosus: iesus to=
t⁹ virtuosus/ fouet suos optime.
Sūm⁹ potēs in vigore/ summ⁹
celsus in honore: summ⁹ grat⁹ in
amore/ omnē laudē obtinet. In
sciēdo summe sapit/ ambiēdo cū=
cta capit: diligēdo corda rapit/ et
illata detinet. Eya nobis nomen
gratū/ iesus dulcis appellatū: sit
in corde sic firmatū/ vt nō possit
erui. Hoc reatū pctōr/ tollat pre
stet iubilor: odas sede btōr/ do=
net nobis pfrui. Amē. S. mat. j.
In illo tpe. Angel⁹ dni ap=
paruit i somnis ioseph: di=
cēs Joseph fili dauid noli timere
accipere mariā cōiugē tuā. Qđ
eni in ea natū est: de spū sctō est.
Pariet aūt filiū & vocabis nomē
eius iesum. Ipse eni saluū faciet
ppl'm suū: a pctis eorum. Hoc aūt to
tū factū est: vt adimpleret qđ dictū
est a dño/ p pphetā dicentē. Ecce
virgo cōcipiet i vtero/ et pariet fi
liū: & vocabit nomē ei⁹ emanuel
Qđ interptat nobiscū de⁹. Cre=
do. In dic tñ. Offr. In noie meo
demonia eijciet: linguis loquēt nouis: ser
pentes tollent: & si mortiferū quid bibe=
rint nō eis nocebit: sup egros man⁹ im=
ponēt & bene habebūt alla. Secr
In veneratione nois dile=
ctissimi filij tui dñi nři iesu xpi ti
bi de⁹ pr miarū/ deuotis mētib⁹
hostias imolamus suppliciter de
pcātes: vt eax virtute cūctis egē
tibus psteř auxiliū: vt in eodē no=
mine delectātes: salutarē sui pro
positi ꝯsequant effectū. p.e. Pre
fatio Quia p incarnati. Per to=
tū annū. Cō. Vincēti dabo manna
abscōditū & dabo illi calculū cādidū: et in
calculo nomē nouū scriptum quod nemo
scit nisi qui accipit allelupa. Postcōio.
Sacrosctā mysteria q̄ sum
psim⁹ dñe/ ad honorē com
placentissimi nois filij tui dñi nři
iesu xpi deuotis pcordijs recolen=
tes/ q̄s: vt incremēta spūalis ex=
ultatiōis nobis accumulēt: & af=
fectū nřm ad hoc salutiferū nomē
iesu iugiter imprimēdū accēdāt: et
ad iubilādū in iesu saluatore nřo
dulcissimo: tota mentis intētiōe
pmoueāt. p.e. Per totas octa. di
caf mis. pdicta qñ de oct. agit: sed
sine Credo. Scđa sequen. Jesus
pulcher. in die vts. in diuisione.
¶ Sctī donati epi & mar. Offm
Sacerdotes dei bñdici=
te dñm: scti & humiles
corde laudate deū. ps.
Bñdicite oīa opa dñi dño:
laudate & superexaltate eū in scl'a. Orō.
Deus q̄ es tuorum glīa sacer=
dotū: psta q̄s: vt scti dona
ti martyris tui atq; pōtificis cui⁹
festa celebram⁹: sentiam⁹ auxili
um. p. d. Epl'a. Nemo militās. i
cōi. fo. iiij. Gr. Inueni dauid seruū
meū: oleo sctō vnxi eū/ man⁹ eni mea au
xiliabit ei: & brachiū meū cōfortabit eū.
V. Nihil pficiet inimic⁹ i eo: & fili⁹ iniq=
tatis nō nocebit eū Alla. V. Disposui

testamẽtũ electis meis: iuraui dauid ser uo meo. Euan. Uigilate q̃a nesci. in cõi. fo. xij. Offr. In virtute tua dñe letabitur iustus: ⁊ super salutare tu um exultabit vehementer: desideriũ ani me eius tribuisti ei. Secreta.

Exaudi dñe p̃ces n̄ras/ ⁊ vt tibi digna sint munera q̃ oculis tue maiestatis offerimus intercedẽte btõ donato martyre tuo atq; pontifice: subsidiũ nobis tue pietatis impẽde. p. Cõ. Magna est gl̃ia eius in salutari tuo gl̃iam ⁊ magnã decorẽ ipones sup eũ dñe. post.

Deuotioni n̄re dñe q̃s clemẽter adesto/ vt intercedẽte btõ donato martyre tuo atq; põtifice: q̃d ad honorẽ tui nois debito frequẽtamus obseq̃o: fiat nobis remediũ salutare. p. Scti ciriaci sociorũq; ei⁹ martyr. offi.

Timete dñm omes scti ei⁹: q̃m nichil deest timentibus eũ/ diuites eguerũt et esurierũt/ inq̃rentes autẽ dñm nõ deficient omni bono. ps. Bñdicã dñm in oi tẽpore: semp laus eius in ore meo. Oratio.

Deus q̃ nos annua btõrum martyrũ tuorũ ciriaci sociorũq; eius solennitate letificas cõcede p̃piti⁹: vt quorũ natalitia colimus: virtutẽ quoq; passionis imitemur. Per. Lctõ lib. sap. ij.

Metuentes dñm: sustinete m̃ias ei⁹: ⁊ nõ deflectatis ab illo ne cadat͡ᵭ. Qui timetis dominũ credite illi: ⁊ nõ euacuabit merces v̄ra. Qui timet͡ᵭ dñz spate in illũ: ⁊ i oblectatiõe eius veniet vobis m̃ia. Qu timetis dñz diligite illũ: ⁊ illuminabuntur corda v̄ra. Respicite filij natiões hoĩz: ⁊ scitote q̃a null⁹ sparauit in dño et cõfusus est. Quis eni p̃mãsit i mãdatis ei⁹: ⁊ derelictus est. Aut q̃s inuocauit illũ: ⁊ despexit eũ. Omnipius ⁊ misericors est: dñs deus n̄r. Gr. Timete dñm oẽs scti ei⁹: q̃m nihil deest timẽtibus eũ. ℣. Inq̃rẽtes autẽ dñm: nõ deficient omni bono. Alla. ℣. Mirabilis deus in sctis suis. Scdm mar. xvj

In illo t̄pe Dixit (iesus discipulis suis. Euntes in mũdũ vniuersum: p̃dicate euãgeliũ omi creature Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit: salu⁹ erit Qui vero nõ crediderit: cõdẽnabitur. Signa autẽ eos q̃ crediderint: hec sequẽtur. In noie meo demonia eijciẽt: linguis loquent nouis/ serpẽtes tollẽt. Et si mortiferũ q̃d biberint: nõ eis nocebit Sup egros man⁹ imponẽt: et bene habebũt. Offr. Letamini in domino ⁊ exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Pro sctõr tuorũ ciriaci sociorũq; ei⁹ martyrio venerando tibi dñe laudis hostias immolam⁹/ tua mirabilia p̃tractãtes: p q̃ talis est p̃fecta victoria p. Cõ. Signa eos q̃ i me credẽt hec sequent: demonia eijciẽt/ sup egros man⁹ imponẽt: ⁊ bene habebunt. Postcõio.

Sanctorũ martyr tuorũ ciriaci sociorũq; ei⁹ p̃cib⁹ cõfidentes: q̃s dñe: vt p ea q̃ sumpsimus/ eterna remedia capiamus Per. ¶ Qñ vigi. scti laurẽtij extra do. eue. tũc dicat͡ᵭ mis. de oc. iesu: post tertiã ꝯme. de. s. romano. et post sextã dicat͡ᵭ mis. de vigilia vtraq; ad p̃cipale alt. Qñ vig.

scti laurẽ. i do. eue. tũc dicat mis.
de vigi. i caplo. cũ mẽo. de sctõ ro
mano. Et in sũma mis. de oc. iesu
fiet mẽo. de do. ⁊ de trini. et nihil
de. s. roma. ⁊ tũc i fer. iiij. ꝓxima
sequẽte dicat mis. do. i caplo. In
vigi. s. laurentij martyris. Offi.


Ispersit dedit paupe-
ribꝰ/ iustitia eius ma-
net in seculũ seculi: cor
nu eius exaltabitur in
gloria. ℣. Beatꝰ vir qui timet dñm: in
mandatis eius volet nimis. Oratio.

D A q̃s oĩps deꝰ/ vt triũphũ
bti laurentij martyris tui
quẽ despectis ignibus cõsumma
uit in terris: ꝑpetua celor luce cõ
spicuũ digno fidei feruore venere
mur. p. Mẽo de. s. romano. orõ.

P Resta q̃s oĩps deꝰ/ vt q̃ bti
romani martyris tui na-
talitia colimꝰ: intercessiõe eiꝰ in
tui nois amore roboremur. Per.
Lectio libri sapientie. Ultimo.

C Onfitebor tibi dñe rex: et
collaudabo te deũ saluato
rẽ meũ Cõfitebor noĩ tuo qm ad
iutor ⁊ ꝓtector factus es mihi: et
liberasti corpus meũ a ꝑditione.
A laqo lingue inique: et a labijs
operãtiũ mẽdaciũ. Et in ꝯspectu
astãtiũ factus es mihi adiutor: ⁊
liberasti me scdm multitudinem
misericordie nois tui A rugiẽtibꝰ
ꝑparatis ad escã: de manibꝰ que-
rẽtiũ aĩam meã/ ⁊ de multis tri-
bulatiõibus q̃ circũdederũt me.
A pressura flãme que circũdedit
me: ⁊ i medio ignis nõ sum estua
tus. De altitudine ventris infe-
ri: ⁊ a lingua coinquinata/ ⁊ a ver-
bo mendacij. A rege iniquo: et a
lingua iniusta. Laudabit vsqȝ ad
mortẽ aĩa mea dñm: et vita mea
appropinquans erat in inferno
deorsum. Circũdederunt me vn
diqȝ: ⁊ nõ erat qui adiuuaret. Re
spiciẽs erã ad adiutoriũ hoim: et
nõ erat. Memoratus sum miseri
cordie tue dñe: ⁊ cooperatiõis tue
que a seculo sunt qm eruis sustinẽ
tes te/ ⁊ liberas eos de manu an-
gustie: dñe deꝰ meus. Gr. Disp
sit dedit pauperibus: iustitia eiꝰ manet
in seculũ seculi. ℣. Potẽs in terra erit se
mẽ eius: gñatio rector bñdicet. Si do
minica fuerit dr. Alla. ℣. Leuita
laurẽtius bonũ opus operatus est: q̃ ꝑ si
gnũ crucis cecos illuminauit: ⁊ thesau-
ros eccłie dedit pauperibꝰ. Euã. Si
q̃s vult post me venire. i cõi. so.
v. Offr. O ro mea mũda est: ⁊ ideo
peto vt det locꝰ voci mee in celo: q̃a ibi
est iudex meꝰ ⁊ cõsciꝰ meꝰ: ineternũ as-
cẽdat ad dñm depcatio mea. Secreta

T Anto placabiles tibi dñe
q̃s nr̃e sint hostie: quanto
scti martyris tui laurẽtij/ ꝓ cuiꝰ
solẽnitate exhibentur: tibi grata
sũt merita. p. Alia sec. d. s. roma.

M Uneribus nr̃is q̃s dñe ꝑci
busqȝ susceptis/ ⁊ celestibꝰ
nos mũda mysterijs: ⁊ intercedẽ
te beato romano martyre tuo cle
mẽter exaudi. p. Cõ. Qui vult ve
nire post me abneget semetipsum: ⁊ tol
lat crucẽ suã: ⁊ sequatur me. Postcõ.

C Onserua q̃s dñe munꝰ tuũ
in nobis: vt qđ te donante
pro bti laurẽtij martyris tui solẽ
nitate percepimꝰ: ⁊ salutẽ nobis
operetur et pacem. Per dominũ
Postcõ. de sctõ romano.
D A q̃s dñe deus nr̃: vt sicut

bti romani martyris tui tēporali gratulamur officio: ita ppetuo letemur aspectu. Per d. ¶ In die sancti laurentij martyris. Offi.



Confessio et pulchritudo in conspectu eius: sctitas et magnificētia in sctificatione eius. ps. Cantate dño canticū nouū cantate domino omnis terra. Oratio

Da nobis qs omps de⁹ / vitiorū nroꝝ flāmas extinguere: q btō laurētio tribuisti tormentorū suorū incēdia superare. Per. Memoria de nomine Jesu

Epistola. ij. Ad Corinthios. ix.

Fratres: Qui parce seminat: parce et metet. Et qui seminat in bndictiōibus de bndictionibus et metet. Unusqsqz prout destinauit in corde suo: non ex tristitia aut necessitate. Hilarem eni datorē diligit deus. Potēs est autē deus omnē grām abūdare facere in vobis: vt in oibus semp omnē sufficiētiā habētes / abūdetis in ome op⁹ bonū sicut scriptū est. Dispersit dedit pauperib⁹: iusticia eius manet in seculū seculi Qui aūt administrat semē seminanti: et panē ad mādu cādū prestabit. Et multiplicabit semē vestrū: et augebit incremētū frugū iustitie vestre. Gr. Probasti domine cor meum: et visitasti nocte. ỽ. Igne me examinasti: et nō est inuenta in me iniquitas. Alla. ỽ. Leuita laurētius bonū opus operatus est: qui per signū crucis cecos illuminauit. Sequentia.

Stola iocūditatis alla. Induit hodie dñs militē suū laurentiū. Solito plaudat alacrius concio leta fidelium. Hodie martyr insignis hostiā deo placētē obtulit. Hodie tormentum ignis grauiter examinatus ptulit. Aiat⁹ ad certamē monitu bti senis. Grauissimis nō refugit exhibere mēbra penis Ante regem accersitur: et de rebus cōuenit occultis eccle. Sed nō cedit blandimētis: emollit aut tormētis eius auaricie. Auditur valerianus: et leuite larga manus cū petit inducias. Dat minister charitatis: pauperibus cōgregatis facultatū copias. Furit igit pfect⁹: et parat ardēs lect⁹ insultātis viscera crates vrit aspera. Sudat martyr in agone: spe mercedis et corone q dat fidelib⁹ p xpo certātibus. De cui⁹ militia: celi gaudet curia. Or vicit hodie ministros neqtie. Ut hūc ergo p patronum cōsequamur vite donū. In illi⁹ die festo chorus noster letus esto. Jocūdū in eccla. Decātās alla. Euāg. Nisi granū. in cōi. fo. iiij. Offr. Confessio et pulchritudo in cōspectu eius: sanctitas et magnificentia in sanctificatione eius. Secreta.

Ut tuis dñe mysterijs digni reddamur / illa qs veritas nos illuminet semp et foueat: q in bti laurētij martyris tui corde / flaminā tue cōfessionis accēdit: iesus xps filius tuus dñs nr Qui tecū. Cō. Qui mihi ministrat me sequatur: et vbi ego sum / illic et minister meus erit. Postcommunio.

Sacro munere satiati / supplices te dñe depcamur vt quod debite seruitutis celebram⁹

officio: intercedente beato laurentio martyre tuo / saluationis tue sentiamus augmentum. Per. ¶ Sancti tyburtij martyris. Officium.

Iustus ut palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur / plantatus in domo domini in atriis domus dei nostri. ps. Bonum est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime. Or.

Beati tyburtij martyris tui nos domine foueat continuata presidia: quia non desinis propitius intueri: quos talibus auxilijs concesseris adiuuari. per d. Memoria de sancto laurentio. Epla. Doctrinis varijs. i com. fo. vij. Gr. Iustus non conturbabitur: quia dominus firmat manum eius. v. Tota die miseretur et commodat: et semen eius in benedictione erit. Alla. v. Posuisti domine super caput eius: coronam de lapide precioso. Euang. Si quis vult. in com. fo. v. Offr. Posuisti domine in capite eius: coronam de lapide precioso: vitam petijt et tribuisti ei alleluya. Secreta.

Grata tibi sint domine hec sacrificia que in sancti tyburtij martyris tui passione deferuntur: cuius intercessione quesumus salutaria nobis efficiantur. p. Co. Qui vult venire post me abneget semetipsum: et tollat crucem suam: et sequatur me. Postco.

Quesumus omnipotens deus / ut interueniente beato tyburtio martyre tuo: et tua in nobis dona multiplices / et misericorditer largita conserues. p d. Sancti ypoliti sociorumque eius martyrum. Officium.

Iusti epulentur et exultent in conspectu dei: et delectentur in letitia. ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio

Da quesumus omnipotens deus / ut beati ypoliti martyris tui sociorumque eius veneranda solennitas: et deuotionem nobis augeat et salutem. p d. Meo. de noie iesu et de s. laurentio epla. Iusti autem in perpetuum. i com. fo. vij. Gr. Iustorum aie in manu dei sunt: et non tanget illos tormentum malitie. v. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Alla. v. Sancti et iusti in domino gaudete: vos elegit deus in hereditatem sibi. Si dominica fuerit dr sequentia de com plurimorum mar. fo. vij. Euan. Attendite a fermento. i com. fo. ti. Offr. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est et nos liberati sumus. Secreta.

Respice quesumus domine munera populi tui sanctorum martyrum tuorum ypoliti sociorumque eius honore oblata: et testificatio tue veritatis nobis proficiat ad salutem. Per. Co. Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui vos persequuntur. post.

Quos tuis domine reficis sacramentis sanctorum martyrum tuorum ypoliti sociorumque eius attolle benignus suffragijs: ut nostre redemptionis effectum: et mysterijs capiamus et moribus. p. ¶ Quando vigilia assumptio. beate marie extra dominicam euenerit: tunc dicatur missa de oct. iesu post tertiam: cum memorijs de sanctis eusebio et laurentio: et post sextam dicatur mis. de vigi. utraque ad principale altare. Quando vigi. assumptio. beate marie in do. euenerit: tunc dicatur mis. de vigi. in capitulo cum memorijs de sanctis euse. et laure. et in summa missa de octa. iesu fiat memo. de dominica

et de trinitate: et nichil de sanctis eseubio et laurẽtio. et tũc in tertia feria prima sequẽte dicat missa dñicalis. i capitulo. In vigil. assũ. of

Salve scta parẽs eni xa puerpera regẽ: q celũ terrãq regit in scla sclorum. ℣. Benedi cta tu in mulieribus: et bñdictus fructus vẽtris tui. In hac vigi. nõ repetat offiñ post ps. sed post. Gloria patri. et Sicut erat. tm. Ad hanc missã de vigilia dr cãtus ferialis. su per Kyrie eleyson. Gloria i excelsis Sctus et Agnus. nisi dñica fuerit: tũc eni dr cãtus sup Kyrie eleyson. Gloria i excelsis. Sctus et Agnus. et Ite missa est sicut in festo triuum lectionum sine regimine chori. et dr missa in capitulo. Oratio.

Deus q virginalẽ aulã btẽ marie i qua habitares eli gere dignatus es: da qs/ vt sua nos defensiõe munitos: iocũdos nos faciat sue interesse festiuita= ti. Qui viuis et regnas. Memo ria de scto Eusebio. Oratio.

Deus q nos bti eusebij cõfes= soris tui annua solẽnitate letificas: cõcede ppitius. vt cuius natalitia colimus: per eius ad te ex= empla gradiamur. p. Mẽoria de sctõ laurẽtio. Lctõ lib. sap xxiiij

Ab initio et ante scla crea ta sum: et vsq ad futurũ sclm nõ desinã et i habitatiõe sctã corã ipso ministraui. Et sic in syon firmata sũ: et i ciuitate sctifica ta similiter requeui/ et i hierusalẽ potestas mea. Et radicaui i ppło honorificato: et in partes dei mei hereditas illius. Et in plenitudine sctõrũ detẽtio mea. Gr. Bñdicta et venerabilis es virgo maria: q sine ta ctu pudoris inuẽta es mr saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix quẽ totus nõ capit or bis: i tua se clausit viscera factus homo. Si dñica fuerit dr. Alla. ℣. Post ptũ virgo iuiolata pmãsisti: dei genitrix intercede p nobis. Scdm Lucã. xj.

In illo tpe Loquẽte iesu ad turbas: extollẽs vocẽ qdã mulier de turba: dixit illi. Btus vẽ ter q te portauit: et vbera q suxisti At ille dixit. Quinimo. Bti q au diũt verbũ dei: et custodiũt illud. Offr. Felix nãq es sacra virgo ma ria: et omi laude dignissima: qa ex te or tus est sol iusticie xps deus nr. Et dr hac die sine alla. Dñicũq dr extra. lxx vsq ad pas. nisi ad hãc mis. de vi= gilia tãtũ cũ extra do. euenerit. ℣. Beata es virgo maria que dñm porta= sti creatorẽ mundi: genuisti qui te fecit/ et ineternũ permanes virgo. Secreta

Munera nra dñe qs apd cle mentiã tuã dei genitricis cõmẽdet orõ: quã idcirco de psen= ti seculo transtulisti: vt pro pecca tis nostris apud te fiducialiter in tercedat. p. Alia sec. de s. eusebio.

Sancti eusebij confessoris tui interuẽtu dñe tibi seruitus nra cõplaceat: et oblatio psentiũ munerũ fiat psidiũ deuotorũ. p. Prosa. quoti dr. Cõ. Alma dei geni trix succurre pcãtibus cũctis: nos quoq vna precamur supplices: vt tuis pcibus adiuti: laudemus trinitatem. Postcõ.

Concede qs misericors deus fragilitati nre psidiũ: vt q sancte dei genitricis et virginis marie requiem celebramus: in= tercessiõis eius auxilio a nostris

iniqtatibus resurgam⁹. Per eūdē do. Alia postcōio de. s. eusebio.

Reti dñe sumpsim⁹ sacramēta celestia que nobis intercedēte btō eseubio ꝯfessore tuo sentiam⁹ uberi⁹ ꝓfutura. Per.

¶ In die assumptionis btē marie virginis. Ad missam officiū.



Gaudeam⁹ oīnes in dño diē festū celebrātes: sub honore marie virginis/ de cuius assumptiōe gaudent angeli ⁊ collaudāt filiū dei. ps. Eructauit cor meum verbum bonū dico ego opera mea regi. Kyrie Deus creator. Oratio.

Venerāda nobis dñe hui⁹ diei festiuitas opē cōferat sempiternā: in qua sctā dei genitrix mortē subijt tpalē: nec tamē mortis nexibus deprimi potuit q filiū tuū dñm nr̄m de se genuit incarnatum. Qui tecū viuit et regnat. Lectio libri sapiētie xxiiij.

PErcepto dñe tui corporis & sanguinis sacramēto: ꝯcede nobis qs supplicāte btō lāberto martyre tuo atq; pontifice ita muniri: vt & tpalibus releuemur ꝯmodis: & abūdem⁹ eternis. Qui vi. ¶ In vigilia scti mathei apli et euāgeliste. Ad missam. Offiu.
EGo autē sicut oliua fructificaui i domo dñi: speraui in misericordia dei mei: & expectabo nomen tuū quoniā bonū est ante ꝯspectū sctōrum tuorū. ps. Quid gloriaris in malitia: qui potēs es in iniqtate. Oratio.
DA qsumus oḿs deus vt bti mathei apostoli tui & euāgeliste quā preuenim⁹ venerāda solēnitas: et deuotionē nobis augeat & salutē. Per d. Epla. Btūs homo qui inuenit. in cōi fo. j. Gr. Iustus vt palma florebit: & sicut cedr⁹ libani multiplicabit in domo dñi. V. Ad annunciandū mane miam tuā: & veritatem tuā per noctē. Si dñica fuerit dicet. Alla. V. Per manus autē aplorū fiebant signa et prodigia multa in plebe. Euangeliū Secundū Lucam. v
IN illo tpe. Uidit iesus publicanū noie leui sedentē ad theloneū: & ait illi. Seqre me. Et relictis oibus surgēs secut⁹ est eū. Et fecit ei cōuiuiū magnū leui in domo sua: & erat turba multa publicanorū/ & aliorū q cū illis erāt discūbētes. Et murmurabāt pharisei et scribe eorū: dicētes ad discipulos eius. Quare cū publicanis et peccatoribus mādūcatis & bibitis? Et respōdens iesus: dixit ad illos. Non egēt qui sani sunt medico: sed q male habēt. Nō veni vocare iustos: sed pctōres ad penitētiam. Offr. Gloria & honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum domine. Secreta.
REspice qs oḿs & misericors deus munera q pro veneratione beati mathei apostoli tui et euāgeliste tue offerimus maiestati: & presta vt cuius solēnia his sacrificijs preuenim⁹: eius suffragātib⁹ meritis q tibi sunt placita/ digno affectu ac deuotis mentibus exequamur. p d. Cōio. Magna est gloria ei⁹ i salutari tuo: gliaz & magnū de-

corõe impones sup eum dñe. Postcõio.

PResta qs ops deus: vt divino munere satiati: intercedente beato matheo apostolo tuo et euãgelista: cuius solẽnia pueni-mus: sacris semper et mysterijs renouemur et moribꝰ. Per dñm.

¶ Si vero hec vigilia i aliqua feria quatuor tẽporũ cõtigerit: tũc de vigilia nihil fiat / nisi tantum memoria ad missam de ieiunio.

¶ In die scti mathei apli. Offi.

MIhi aũt nimis honorati sũt amici tui deꝰ: nimis cõfortatus est principatus eorũ. ps. Dñe pbasti me et cognouisti me tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Kyrie el. Oratio.

BEati mathei apostoli tui et euangeliste dñe pcibus adiuuemur vt quod possibilitas nr̃a nõ obtinet: eius nobis intercessione donetur. per. Memoria de sancto laudo epo et confessore. Orõ.

PResta quesumus ops deꝰ: vt qui bti laudi confessoris tui atqꝫ põtificis solẽnia colimus eius intercessione eternam beatitudinẽ ꝯsequamur. Epistola. Similitudo vultus et. In cõi. fo. iij.

Gr. Os iusti meditabitur sapientiã: et lingua eius loquetur iudiciũ. V. Lex dei eius in corde ipsius: et nõ supplantabũtur gressus eiꝰ. Alla. V. Primꝰ ad syon dicet ecce assum: et hierusalem euangelistã dabo. Sequentia. Laus deuota. In cõi. fo. iij. Scdm matheũ. ix.

IN illo tpe. Cũ trãsiret iesꝰ vidit hoiem sedẽtẽ in theloneo / matheũ noie: et ait illi. Seq̃re me. Et surgẽs: secutꝰ est eũ. Et factũ est discumbẽte eo i domo: ecce multi publicani et peccatores venientes discũbebãt cum iesu / et discipulis eius. Et videntes pharisei dicebãt discipulis eius Quare cum publicanis et pctõribus mãducat magister vester? At iesus audiẽs ait. Nõ est opus valẽtibus medicus: sed male habẽtibꝰ. Eũtes autẽ discite quid est / miam volo: et nõ sacrificiũ. Nõ eñi veni vocare iustos / sed peccatores. Credo.

Offr. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso: vitam petijt a te et tribuisti ei alleluya. Secreta.

SUpplicatiõibꝰ bti mathei apli tui et euãgeliste qs dñe ecclesie tue ꝯmẽdet oblatio: cuius magnificis pdicatiõibꝰ eruditur. Per d. Alia secreta de sctõ laudo.

SIcut beatũ laudũ cõfessorem tuũ atqꝫ pontificẽ dñe ad eternam gloriã trãstulisti: sic ipsius meritis qs ad salutẽ nr̃am hãc presentẽ sctifica hostiã. Per. Prefa. Et te dñe. Nõ dr in hac prefatiõe. Per beatos euangelistas. sed Per beatos aplos. Cõio. Magna est gl̃ia eiꝰ in salutari tuo: gl̃iaꝫ et magnũ decorẽ ipones sup eũ dñe. Postcõ.

SUmpsimꝰ dñe venerabile sacramẽtum beati mathei apostoli tui et euãgeliste festiuitate letãtes: qsumus: vt suis pcibus gloriosis: et credẽdum nobis iugiter postulet / et sequẽdum beatus euãgelista quod pdicauit et docuit Per d. Alia postcõ. de sctõ laudo.

REfecti mense celestis collatione qs dñe deꝰ noster: vt intercessione bti laudi confessoris

tui atq; pōtificis cui⁹ veneramur solēnia: ab omi nos semper aduersitate defēdas. Per. ¶ Sctī mauricij sociorūq; martyrū. Officiū.

INtret i cōspectu tuo dñe gemit⁹ cōpeditorū: redde vicinis nostris septuplū in sinu eorū / vīdica sanguinem sctōrū tuorū q̄ effusus est. ps. Deus venerūt gētes in hereditatē tuā: polluerūt templū sanctū tuū / posuerunt hierusalē in pomorū custodiā. Oratio.

ANnue q̄s ops de⁹ / vt nos sctōrū martyrū tuorū mauricij / exuperij / cādidi / victoris / innocētij / et vitalis sociorūq; eorūdē letificet festiua solēnitas vt quorū suffragijs innitimur / natalitijs gl'iemur. Per d. epl'a. Sctī p fidē. i cōi. fo. vj. Gr. Gl'iosus de⁹ in sctis mirabilis i maiestate faciēs pdigia. v. Dextera tua dñe gl'ificata est i virtute dextera man⁹ tua cōfregit iimicū. All'a. v. Te martyrū cādidat⁹ laudat exercit⁹ dñe. Seq̄n. Ecce pulchra. i cōi fo. viij. euā. Descēdēs ie'⁹ de mō. i cōi. fo. viij. Offr. Letamini i dño et exultate iusti: et gl'iamini oēs recti corde. Secr.

PResentes hostias dñe q̄sumus merita gloriosa martyrū thebeorū tibi reddāt acceptas pro quorū tibi precioso sanguine sunt dicate. Per. Cō. Iustorū aie in manu dei sunt: et nō tāget illos tormētum malitie visi sunt oculis insipiētiū mori illi autem sunt in pace. Postcōio.

SUmptis dñe celestibus sacramētis q̄sum⁹: vt intercessiōe sctōrū martyrū tuorū thebeorū cōsequi mereamur veniā delictorū. Per dñm. ¶ Sctē tecle virginis nō martyris. Officiū.

LOquebar de testimonijs tuis in cōspectu regum et nō cōfundebar: et meditabar in mādatis tuis q̄ dilexi nimis. ps. Beati immaculati in via: q̄ ambulāt i lege dñi. Or.

OMnipotēs sempiterne de⁹ auctor virtutis / et amator virginitatis: da nobis q̄s sctē tecle virginis tue placitis tibi meritis cōmendari: cuius vita merito castitatis tibi cōplacuit. Per dñz. Epl'a. Qui gloriat. in cōi. fo. xvj. Gr. Dilexisti iustitiā: et odisti iniq̄tatē. v. Propterea vnxit te de⁹ de⁹ tuus oleo letitie. All'a. v. Emulor ei vos dei emulatiōe: despōdi eni vos vni viro vgīnē castā exhibere xpo. Euā. Sīle ē regnū celorū decē vgi. i cōi. fo. xvj. Offr. Offerentur regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi. Secreta.

OFferimus tibi dñe preces et munera in honore sctē tecle virginis tue gaudētes: p̄sta q̄s: vt et cōueniēter hec agere: et remediū sempiternū valeam⁹ acquirere. p d. Cō. Simile est regnū celorū homini negotiatori: querenti bonas margaritas / inuenta vna preciosa margarita: dedit oia sua et cōparauit eā. Postcōio.

PRosint nobis dñe q̄sumus sumpta mysteria paritercq; nos itercedēte btā virgine tua tecla: et a pctis exuāt: et presidijs tue propitiatiōis attollant. Per dñz. ¶ Firmini epi et marty. Offiū.

SAcerdotes dei benedicite dñm: sancti et humiles corde laudate deū. ps. Bñdicite oia opera dñi dño: lau

date et super exaltate eũ in secula. Oĩo

Deus qui sanctã nobis huius diei letitiã pro cõmemoratione beati firmini martyris tui atq põtificis fecisti: adesto familie tue precibus/ ꝛ da: vt cuius hodie festa celebramus: eius meritis ꝛ intercessionibus adiuuemur. Per. Epla. Ois põtifex. in cõi. fo. v. Gr. Iurauit dñs et nõ penitebit eũ: tu es sacerdos in eternũ secũ dũ ordinẽ melchisedech. ꝟ. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Alla. ꝟ. Inueni dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum. Euãgel. Circuibat iesus. in cõi. fo. vj. Offr. Inueni dauid seruũ meũ: ꝛ in oleo sancto vnxi eũ manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. Secre.

Intẽde propitius quesumus domine oblata tibi hec munera: ꝛ deprecatione beati firmini martyris tui atq pontificis: in cuius ea commemoratione deferimus/ nosipsos eadẽq sanctifica Per d. Cõ. Domine quinq talenta tradidisti mihi: ecce alia quinq superlucratus sum/ euge serue fidelis qa in pauca fuisti fidelis: supra multa te cõstituã / intra in gaudiũ domini tui. Postcõio.

Sumpsimus dñe in sancti martyris tui atq pontificis firmini solennitate celestia sacramẽta: cuius suffragijs quesumus largiaris: vt quod tẽporaliter gerimus: eternis gaudijs cõsequamur. Per d. ¶ Scti cypriani epi et iustine virgi. marty. offm.

Salus aũt iustor a dño et protector eorũ est in tpe tribulatiõis. ps. Noli emulari in malignãtibus neq zelaueris faciẽtes iniqtatẽ. Oĩo de cõi. fo. vj. Uel dicat sequẽs. or

Beatorũ martyrũ tuorũ cypriani ꝛ iustine nos dñe foueant cõtinua presidia: quia non desinis propitius intueri: quos talibus auxilijs concesseris adiuuari. Per dñm. Epla. Iusti aũt. in cõi. fo. vij. Gr. Uindica dñe sanguinem sanctorũ tuorũ: qui effusus est. ꝟ. Posuerũt mortalia seruorũ tuorũ escas volatilibus celi: carnes sctõrũ tuorũ bestijs terre. Alla. ꝟ. Iusti epulentur et exultẽt in cõspectu dei: et delectẽtur in letitia. Euã. Cũ persequẽtur. in cõi. fo. viij. Offr. Exultabũt scti in gloria letabuntur in cubilibus suis/ exultationes dei in faucibus eorũ. Secreta.

Sanctorũ martyrũ tuorũ cypriani et iustine tibi grata cõfessio: et munera nostra cõmendet: ꝛ tuã nobis indulgentiã semp imploret. Per d. Cõ. Multitudo languẽtiũ et qui vexabãtur a spiritibꝰ immũdis veniebãt ad eũ qa virtꝰ de illo exibat et sanabat oẽs. Postcõio

Presta quesumus omnipotẽs deus/ vt sanctorũ martyrũ tuorũ cypriani et iustine deprecatiõibus sacramẽta que sumpsimus: ad tue nobis proficiant placationis augmentũ. Per do.

¶ Cosme ꝛ damiani mar. Offm

Sapiẽtiã sanctorũ narrãt populi: ꝛ laudẽ eorũ nũciat ecclesia: nomina aũt eorũ viuent in seculũ seculi. ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Oratio.

Magnificet te dñe sanctorũ martyrũ tuorũ cosme et damiani btã solẽnitas: qua ꝛ illis

gloriā sempiternā: et opē nobis in effabili puidētia cōtulisti. Per d. epla. Bñdicite dē, i cōi. f. iiij. Gr. Clamauerūt iusti et dñs exaudiuit eos et ex oibus tribulationibus eorū liberauit eos. V. Juxta est dñs his q tribulato sunt corde: et hūiles spū saluabit. Alla. V. Vox exultationis et salutis in tabernaculis iustorū: et deducet illos in via mirabili. Euā. Eleuatis iesus oculis. Jn cōi. fo. viii. Offr. Gloriabuntur in te oēs qui diligūt nomē tuū quoniam tu dñe benedices iusto: dñe vt scuto bone volūtatis tue coronasti nos. Sec.

IN tuorū dñe preciosa morte iustorū sacrificiū illud offerimus: de quo martyrium sumpsit omne principiū quod quesumus / vt propitiatiōis tue nobis mun⁹ obtineat. Per. Cō. Posuerūt mortalia seruorū tuorū dñe escas volatilibus celi: carnes sanctorū tuorū bestijs terre / secūdū magnitudinē brachij tui: possīde filios mortipunitorū. Post.

SIt nobis dñe libatio sacramenti tui certa saluatio: q cū btōrū martyrū tuor cosme et damiani meritis imploratur. p.

¶ Michaelis archāgeli. Officiū





Benedicite dñm oēs angeli eius: potētes virtute q facitis verbū eius ad audiēdam vocē sermonū eius. ps. Benedic aīa mea dño et oīa q intra me sunt noī sctō eius. Kyrie rex splēdēs. cū suis vsib⁹. oro.

DEus qui miro ordine angelorū ministeria hoīmqȝ dispēsas: cōcede propitius: vt a quibus tibi ministrātib⁹ in celo semper assistitur: ab his in terra vita nostra muniatur. Per dñm nrm iesū xpz filiū tuū. &c. ¶ Lcō libri apocalipsis. btī iohannis. apli. j.

IN diebus illis. Significauit iesus que oportet fieri cito loquens per angelū suū seruo suo iohāni qui testimoniū perhibuit verbo dei: et testimoniū iesu christi in his quecūqȝ vidit. Btūs qui audit et qui legit verba prophetie huius: et seruat ea q in ea scripta sunt. Tēpus enī prope est Johānes septē ecclijs q sūt in asya / gratia vobis et pax ab eo qui est: et qui erat / et qui venturus est. Et a septē spiritibus qui in cōspectu throni eius sunt / et a iesu christo: qui est testis fidelis: primogenitus mortuorū / et princeps regum terre Qui dilexit nos: et lauit nos a peccatis nostris: in sāguine suo. Gr. Benedicite domminū omnes angeli eius: potentes virtute et qui facitis verbū eius. V. Benedic anima mea dño et omnia interiora mea nomen sanctum eius. Alla. V. Jn conspectu angelorū psallam tibi dñe deus meus. Seqūtia

AD celebres rex celice laudes cūcta Pangat nūc canora caterua simphonia. Odas atqȝ soluat cōcio tibi nostra. Cū iam renouātur michaelis inclyta laude festa Per quē letabūda perornatur machina mūdi tota. Nouies distincta: neumatū sunt agmina per te facta. Sed cum vis facis hec flammea per angelicas officinas. Inter primeua sunt hec nā creata tua cum simus nos vltima factura: sed imago tua. Theologa cathegorisēt simbola

nobis hec ter tripartita: per priuata officia. Plebs angelica phalanx et archãgelica principãs turma virtus vranica ac potestas almiphona. Dominãtia numina diuinaque subsellia cherubin etherea ac seraphin ignicoma. Uos o michael celi satrapa gabrielque vera dans verbi nuncia. Atque raphael vite vernula cferre nos inter paradisicolas. Per quos patris cũcta cõplentur mãdata que dat. Eiusdẽ sophia: cõpar quoque pneuma vna permanẽs in vsya. Cui estis administrãtia deo milia miliũ sacra Uices per bis quinas bis atque quingẽta dena. Centena millena assistũt in aula ad quam rex ouẽ cẽtesimã. Uerbigenã dragmãque decimã vestra duxit super algamata. Uos per ethera nos per rura dena. Pars electa armonie vota denus iperlirica cythara. Ut post bella michaelis inclyta. Nostra deo sint accepta aureaan circa arã thimiamatha Quo in celesti iam gloria. Cõdecantemus alla. Scd̃m matheũ. xviij.

IN illo tpe. Accesserũt discipuli ad iesũ: dicẽtes. Quis putas maior est in regno celorũ? Et aduocãs ies9 paruulũ: statuit eum in medio eorũ/ et dixit. Amẽ dico vobis: nisi cõuersi fueritis et efficiamini sicut paruuli: nõ itrabitis in regnũ celorũ. Quicũque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic maior est in regno celorũ. Et q susceperit vnũ paruulũ talẽ in noie meo: me suscepit Qui aũt scandalizauerit vnum de pusillis istis q in me credũt: expedit ei vt suspẽdatur mola asinaria i collo eius et demergaf in profundũ maris. Ue mũdo ab scãdalis. Necesse est eni: vt veniãt scãdala. Uerũtamẽ ve hoi illi: p quẽ scandalũ venit. Si aũt manus tua vel pes tu9 scãdalizat te: abscinde eum/ et pijce abs te Bonũ est tibi ad vitã ingredi debilẽ aut claudũ: q̃ duas manus vel duos pedes habẽtem mitti in ignẽ eternũ. Et si oculus tu9 scãdalizat te erue eũ et pijce eũ abs te Bonũ est tibi cũ vno oculo in vitã itrare: q̃ duos oculos habẽtẽ mitti in gehẽnã ignis. Uidete ne cõtẽnatis vnũ ex his pusillis. Dico enim vobis: q̃a angeli eorũ in celis semp vidẽt faciẽ patris mei: qui in celis est. Credo. Offr. Stetit angelus iuxta arã templi habẽs thuribulũ aureũ in manu sua: et data sunt ei incẽsa multa/ et ascẽdit fumus aromatũ i cõspectu dei alla. Sec.

MUnus populi tui q̃s dñe dignãter assume: qd̃ tibi nõ nr̃is meritis: sed scti archãgeli tui michaelis oĩmque beatorum spirituũ deprecatiõe sit gratũ. p d. Prefatio quotid. Cõ. Benedicite oẽs angeli domini dño: hymnũ dicite et superexaltate eum in secula. Postcõmunio

BEati archãgeli tui michaelis interuẽtiõe suffulti/ supplices te dñe depcamur: vt qd̃ honore psequimur: ctingam9 et mẽte. Per. ¶ Scti hieronymi pñbyteri et doctoris. Ad missã. Offm.



SAcerdotes dei bñdicite dñm: scti et hũiles corde laudate deũ. ps. Bñdicite oĩa opera dñi dño: laudate et superexaltate eũ in secula. Oratio

Deus qui nobis per beatū hieronymū cōfessorem sacerdotēq̄ tuū scripture sctē veritatē/et mystica sacramēta reuelare dignatus es: cōcede q̄s: vt cuius natalicia colimus/eius semper et erudiamur doctrinis et meritis adiuuemur. Per. Ep̄la. Dedit dn̄s. in cōi. fo. xij. Gr. Iurauit dn̄s et nō penitebit eū: tu es sacerdos ineternū scd̄m ordinē melchisedech. ỽ. Dixit dn̄s domino meo sede a dextris meis. Alla. ỽ. Posuisti adiutoriū sup potentē: et exaltaui electū de plebe mea. Sequētia. Adest dies alma. i cōi. fo. xj. Euāge. Uos estis sal terre. in cōi. fo. xiij. Credo. Of. Offer. Inueni dauid seruū meū et in oleo sancto vnxi eū/manus enim mea auxiliabitur ei: et brachiū meū confortabit eū. Secreta.

Clementia tua dn̄e quesumus munera nostra dignāter respiciat: et bti hieronymi confessoris et sacerdotis tui deprecatione/per hec eadem nos placatus purifica. Per dn̄m. Cōmūio. Domine quinq̄ talenta tradidisti mihi: ecce alia quinq̄ superlucratus sum/euge serue fidelis quia in pauca fuisti fidelis: supra multa te constituam/intra in gaudium domini tui. Postcōio.

Presta dn̄e q̄s vt ecclesiā tuam beatus sacerdos hieronymus et fidei doctrinis erudiat: et eruditam diuinis mysterijs dignam pie intercessione efficiat. Per d. ¶ Sctōr remigij: germani/vedasti/et bauonis ep̄or. offi.

Sacerdotes eius induāt salutare: et sancti eius exultatiōe exultabunt. Ps. Memēto dn̄e dauid: et omnis mansuetudinis eius. Oratio.

Exaudi quesumus dn̄e populū tuū cū sanctorū cōfessorum remigij/germani/vedasti: et bauonis episcoporū tibi patrocinio supplicātem: vt et temporalis vite nos tribuas pace gaudere: et eternum reperire subsidiū. Per dn̄m nostrū. ¶ Memoria de sancto meloro martyre. Oratio.

Adesto dn̄e supplicationibus nostris et intercessione beati melori martyris tui perpetuā nobis misericordiam benignus impende. Per dn̄m. Epistola. Plures facti sunt. i cōi. fo. xiiij. Gr. Sacerdotes eius induant salutare: et sancti eius exultatione exultabunt. ỽ. Illuc producam cornu dauid: paraui lucernā christo meo. Alla. ỽ. Fulgebunt iusti et tanq̄ scintille in arundineto discurrent ineternum. Nulla dicitur sequētia. licet. ix. lec. habeantur. Euāgeliū. Sint lumbi. in cōi. fo. xiiij. Offer. Exultabunt sancti in gloria letabūtur in cubilibus suis/exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

Preces nr̄as q̄s dn̄e et tuorum respice oblationes fideliū: vt tibi grate sint in tuorū festiuitate sctōr: et nobis cōferāt tue propiciationis auxilium. Per dn̄m. Alia secreta de sancto meloro.

Presentia munera domine quesumus serena pietate intuere: vt sancti spiritus perfundātur benedictiōe quatenus validius in nostris cordibus dilectionē infundāt: per quā sanctus melorus martyr tuus: omnia corporis tormēta deuicit. Per dn̄m nostrū In vnitate. eiusdē. Co. Ego vos

elegi de mūdo vt eatis & fructū afferatis et fructus vester maneat. Postcōio.

Repleti sacramēto reparatiōis humane in festiuitate sanctoꝝ cōfessoꝝ tuoꝝ remigij/germani/vedasti/& bauonis quesumus domine deus noster: vt sicut mūera nobis dignaris prebere celestia/sic per eadem tribuas nos donis inherere celestibus. Per dn̄m nostrū iesū. &c.

Alia postcōio de sancto meloro.

Quos refecisti domie celesti mysterio ab oībus q̄s ppitiatus absolue delictis: vt intercedēte beato meloro martyre tuo diuino munere purificatis mentibus perfruamur. Per dn̄m nr̄m.

¶ Sancti leodegarij episcopi et martyris. Ad missam. Officiū.

Sacerdotes dei benedicite dn̄m: sancti et humiles corde laudate deum. Ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula. Oratio.

Deus qui hodierna die beatum leodegarium martyrem tuum atq; pontificem gloria et honore coronasti: tribue nobis propitius: vt qui gloriam nō meremur: indulgentiam ipso interueniente cōsequamur. Per dn̄m nr̄m iesum. Ad tymotheum .ij.

Charissime. Memor esto iesum christū resurrexisse a mortuis ex semine dauid secundū euangelium meū/in quo laboro vsq; ad vincula quasi male operans: sed verbum dei nō est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos: vt et ipsi salutē cōsequātur/que est in christo iesu cū gloria celesti. Tu autē assecutus es meam doctrinā: institutionē/propositū/fidem/lōganimitatē/dilectionem/patiētiam/persecutiones/passiones: qualia mihi facta sunt antiochie: yconio/listris quales persecutiones sustinui: et ex his omnibus me eripuit dominus. Et omnes qui pie volunt viuere in christo iesu: psecutionē patientur. Gr. Inueni dauid seruum meum oleo sancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachiū meū cōfortabit eū. V. Nihil proficiet inimic⁹ in eo: et filius iniquitatis nō nocebit eū.

Alla. V. Elegit te dn̄s sibi in sacerdotē magnū in pplo suo. Euā. Qui vos audit. in cōi. fo. v. Offr. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso: et in noie meo exaltabitur cornu eius. Sec.

Presta quesumus domine vt beati leodegarij martyris tui atq; pontificis suffragio/tua in nobis munera tuearis: pro cuius honoranda confessione hostias tibi laudis offerimus. Per dominum nostruz iesum. Cōio.

Beatus seruus quē cū venerit domin⁹ inuenerit vigilantē: amē dico vobis/sup oia bona sua cōstituet eum. Postcōio.

Refecti participatione muneris sacri quesumus dn̄e de⁹ noster: vt intercedēte btō leodegario martyre tuo atq; pōtifice: cuius exequimur cultū sentiamus effectū. Per dn̄m. ¶ Sācte fidis virginis & martyris. Offm̄

Loquebar de testimonijs tuis in ɔspectu regum & nō cōfundebar: et meditabar in mādata

tis tuis q̄ dilexi nimis. ps. Beati im maculati in via: q̄ ambulāt i lege dn̄i. Or.

Deus qui presentem diem hodiernē fidis virginis tue martyrio facis esse solēnem: presta ecclesie tue: vt cuius meritis gloriatur: eius precibus adiuvetur. Per dn̄m nostrū iesum christū filium. Epistola. Domine deus meus. in cōi. fol. xiiij. Gr. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. ỽ. Propter veritatē: et mansuetudinē et iusticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. ỽ. Hec est virgo sapiens: quā dn̄s vigilātem inuenit. Euāge. Simile est regnū celorū thesauro. in cōi. fo. xvij. Offert. Offerētur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi. Secreta

Suscipe dn̄e preces et hostias meritis beate fidis virginis ac martyris tibi dicatas: et cōcede: vt nobis eius sint supplicatiōe salutares: cuius sunt veneratiōe solēnes. Per dn̄m. Cōio. Simile est regnū celorum homini negotiatori: querenti bonas margaritas / inuenta vna preciosa margarita: dedit omnia sua et comparauit eam. Postcōio.

Sacri altaris participatione refecti tuā dn̄e misericordiā suppliciter exoramus: vt qui hec in beate fidis virginis et martyris tue veneratiōe percepimus eius nos cōfoueri suffragijs sentiamus. Per dn̄m. ¶ Sctōrū marci: marcelli: et apulei. Offiū



Salus aūt iustorū a dn̄o: et ptector eorū est in tēpore tribulationis. ps. Noli emulare in malignātibus neq̄ zelaueris facientes iniquitatē. Oro

Sanctorū martyrū tuorū marci / marcelli / et apulei nos domine quesumus beata merita prosequātur: et tuo semp faciant amore feruentes. Per dn̄m. Epistol'. Sancti per fidē vicerūt. in cōi. fo. vj. Gr. Iustorum anime in manu dei sunt: et nō tāget illos tormētum malitie. ỽ. Visi sunt oculis insipiētium mori illi autē sunt in pace. Alla. ỽ. Mirabilis dn̄s noster in sanctis suis Euāge. Cū audieritis. in cōi. fo. viij. Offr. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis / exultationes dei in faucibus eorum. Secre.

Maiestatē tuam nobis dn̄e q̄s hec hostia immolanda reddat placatā: tuorū digna postulatiōe sanctorū: in quorū commemoratione defertur. Per dn̄m. Cōio. Iustorum anime in manu dei sunt: et non tanget illos tormentum malitie / visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Post cōmunio

Sacramētis q̄s dn̄e muniamur acceptis: et sanctorū martyrū tuorū marci / marcelli / et apulei meritis: cōtra irruētes nequitias armis celestibus protegamur. Per dn̄m nostrū iesum christum filiū tuū. ¶ Sācti dionisij sociorūq̄ eius martyrū. Offiū



Intret i cōspectu tuo dn̄e gemitus cōpeditorū: redde vicinis nostris septuplū in sinu eorū / vīdica sanguinem sctōrū tuorū q̄ effusus est. ps. Deus venerūt gētes in hereditatē tuā: polluerūt templū sanctū tuū / posuerunt hierusalē in pomorū custodiā. Oratio

Deus qui hodierna die beatum dionysiũ virtute cõstãtie in passiõe roborasti: quiq3 illi ad predicãdum gẽtibus gloriã tuam rusticum et eleuteriũ sociare dignatus es: tribue nobis quesumus: ex eorũ imitatione pro amore tuo prospera mũdi despicere ꝛ nulla eius aduersa formidare. Per dñm nr̃m iesum xp̃m filium. ꝛc. Lctõ actuũ apl'oꝝ. xvij.

Paulus cum athenis sylam et tymotheum expectaret incitabatur spirit⁹ eius in ipso: vidẽs idolatrie deditam ciuitatem. Disputabat ergo in synagoga cũ iudeis ꝛ idola colẽtibus: ꝛ in foro per oẽs dies ad eos qui audierãt. Quidam autẽ epecurei ꝛ stoici / philosophi et dionysius disserebant cũ eo: ꝛ quidã dicebãt Quid vult seminator verborũ hic disserere? Alij vero dicebãt nouorũ demonio ꝝ videtur annũciator esse quia iesum ꝛ resurrectionẽ annũciabat eis. Et apprehẽsum eũ ad ariopagũ: duxerũt dicẽtes. Possumus scire que est hec noua (que a te dicitur) doctrina? Noua eñi quedã infers auribus nostris: volum⁹ enim scire quidnam velint hec esse. Atheniẽses autẽ oẽs ꝛ aduene hospites / cũ dionysio ad nihil aliud vacabãt: nisi aut discere aut aliquid audire noui. Stans autẽ paulus in medio ariopagi: ait. Uiri atheniẽses: per omnia quasi supsticiosos vos video. Preteriẽs enim ꝛ videns simulachra vestra: inueni ꝛ aram in qua scriptũ erat. Ignoto deo. Et quis est ille incognitus deus? Quod ergo ignorãtes colitis: hoc ego annuncio vobis? Deus qui fecit mũduz et oĩa que in eo sunt: hic celi ꝛ terre cũ sit dñs / nõ in manufactis tẽplis habitat / nec manibus humanis colitur indigẽs aliquo / cũ ipse det oĩbus vitam et inspirationem ꝛ oĩa. Fecitq3 ex vno oĩne genus hominũ inhabitare sup vniuersam faciẽ terre: diffiniẽs statuta tẽpora / et terminos habitatiõis eorũ querere deũ / si forte attrectẽt eũ aut inueniãt / q̃uis nõ lõge sit ab vno quoq3 nostrũ. In ipso eñi viuimus et mouemur et sumus sicut quidã vestrorũ poetarũ dixerũt. Ipsius eñi et creatura: et genus sum⁹ Genus ergo cũ simus dei: nõ debemus estimare auro et argento / aut lapide sculpture artis / et cogitatiõis hoĩm diuinũ esse simile. Et tẽpora quidẽ huius ignorãtie despiciẽs deus nũc annũciat hominibus: vt oẽs vbiq3 penitẽtiã agãt / eo ꝙ statuit diẽ: in qua iudicaturus est orbẽ in equitate in viro in quo statuit fidem prebẽs omnib⁹ suscitãs eũ a mortuis. Cũ audissent aũt resurrectionẽ mortuoꝝ: q̃dã quidẽ irridebãt: quidã vero dixerũt. Audiemus te de hoc iterũ. Sic paulus exiuit de medio eorũ. Quidã vero viri adherẽtes ei: crediderunt: in quib⁹ et dionysius ariopagita credidit in dñz iesũ xp̃m. Gr. Gloriosus de⁹ in sctis: mirabilis in maiestate faciẽs ꝓdigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata est i virtute: dextera man⁹ tua cõfregit inimicũ. Alla. ℣. Justi epulentur ꝛ exultẽt in ɔspectu dei: et delectẽtur in letitia. Sequẽtia. Ecce pulchra.

in cōi. fo. viij. Euāge. Descēdēs iesus de mōte. i cōi. fo. viij. Offr. Letamini in dño et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Offerēdorū tibi munerū de⁹ auctor et dator: presta q̄s: vt hoc sacrificiū singulare quod sanctis tuis in passiōe cōtulit caritatem: nobis tribuat deuotiōis presidiū. Per dñm. Cō. Multitudo lāguētiū et qui vexabātur a spiritibus immundis veniebant ad eū: quia virtus de illo exibat et sanabat omnes. Postcōio

Sumpsim⁹ dñe votiua mysteria deprecātes clemētiā tuā: vt eorū nobis fiāt depcatiōe salutaria: quorū passiōis celebramus gl'iosa solēnia. p d. ¶ Scti gereonis sociorūq3 ei⁹ mar. offiū



Iusti epulētur et exultēt in cōspectu dei: et delectētur in letitia. ps. Exurgat deus et dissipētur inimici ei⁹: et fugiant qui oderunt eū a facie eius. Orō.

Presta quesum⁹ dñe: sicut sctorū martyrū tuorū gereonis / victoris / cassij / florentij / sociorūq3 eorū nos natalitia celebrāda nō deserūt: ita iugiter suffragijs comitētur. Per d. Epla. Sācti per fidem. i cōi. fo. vj. Gr. Iustorū anime in manu dei sunt: et nō tanget illos tormētum malicie. V⁹. Uisi sunt oculis insipiētiū mori: illi autē sunt in pace. Alla. V. Reddet deus mercedem laborū sanctorū suorum: et deducet eos in via mirabili. Euāg. Cū audieritis. in cōi. fo. viij. Offr. Mirabilis deus in sctis suis: deus israel ipse dabit virtutē et fortitudinem plebi sue / benedictus deus alleluya. Secreta.

Munera plebis tue dñe quesumus beatorū martyrū tuorū gereonis / victoris cassij / florētij / sociorūq3 eorum fiāt tibi grata suffragijs: vt quorū triumphi tuo nomini proferūtur: ipsorū digna perficiantur et meritis. Per dñm. Cōio. Iustorū anime in manu dei sunt et non tanget illos tormētum malitie / visi sunt oculis insipiētium mori: illi autē sunt in pace. Postcōio.

Adesto dñe populo tuo cū sctorū tuorū gereonis / victoris / cassij / florētij / sociorūq3 eorū patrocinio supplicāti vt qd̄ ppria fiducia nō p̄sumit: suffragātiū meritis cōsequatur. Per do. ¶ Sācti nigasij sociorumq3 eius martyrum. Ad missam Officiū.



Sacerdotes eius induāt salutare: et scti eius exultatione exultabunt. ps. Memento dñe dauid: et omnis mansuetudinis eius. Oratio

Deus qui sanctā nobis huius diei solēnitatem in honore sanctorū martyrū tuorū nigasij / quirini / et scuuiculi cōsecrasti: adesto familie tue precibus et dona vt quorū festa celebramus: eorum meritis et auxilio subleuemur. Per dñm. Epla. Rememoramini. in cōi. fo. vij. Gr. Sacerdotes eius induant salutare: et sancti ei⁹ exultatione exultabunt. V. Illuc producam cornu dauid: paraui lucernā christo meo. Alla. V⁹. Fulgebunt iusti et tāq3 scintille: in arundineto discurrent in eternū. Euan. Cū persequentur vos. in cōi. fo. viij. Offr. Exultabūt scti in gl'ia: letabuntur in cubilibus suis / exultationes dei in faucibus eorū. Secr.

PReces dñe tuorũ respice oblationesq; fideliũ: vt et tibi grate sint pro tuorũ honore sctõrum nigasij / quirini / & scuuiculi / et nobis cõferãt tue propitiatiõis auxiliũ. Per dñz. Cõio. Ego vos elegi de mũdo / & vt eatis & fructũ afferatis et fructus vester maneat. Postcõ.

SAnctorũ martyrum tuorum nigasij / quirini et scuuiculi / domine intercessiõe placatus: presta quesum⁹ / vt que temporali celebramus actione perpetua saluatione capiamus. Per d.

¶ Translatio scti edwardi regis et cõfessoris Ad missam. Offiñ.

GAudeamus omnes in dño diẽ festum celebrãtes sub honore edwardi cõfessoris / de cuius trãslatione gaudent angeli / et collaudant filium dei. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

DEus qui beatũ regem edwardũ cõfessorẽ tuũ eternitatis gloria coronasti: fac nos quesumus ita eũ venerari in terris: vt cum eo regnare possimus in celis. Per dñm. Epła. Justus corsuũ. In cõi. fo. xiij. Gr. Dñe preuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. V. Uitam petijt & tribuisti ei longitudinẽ dierũ in seculũ seculi. Allła V. Justus germinauit sicut lilium: et florebit ineternum ante dominũ. Sequẽtia. Adest nobis. In cõi. folio. xj. Euãgeliũ. Nemo accẽdit in cõi. fo. xiij. Credo. Offr. Posuisti dñe in capite ei⁹ coronã de lapide pcioso: vitã petijt a te et tribuisti ei allła. Secreta.

SAcris altaribus assistẽtes nos dñe quesumus spirit⁹ sancti luce perfunde: vt quod tibi in honore beati regis edwardi deuote offerimus: nobis ipso interueniẽte fiat remedium salutare. Per dominũ. in vnitate eiusdẽ. Cõio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones super eum domine. Postcõio.

VJtalis alimonie 2uiuio saginati q̃s dñe deus noster: vt beati regis edwardi cõfessoris tui suffragãtibus meritis celestis 2uiuij mereamur esse participes Per dñm. Uel dicũtur ad missaz de sancto edwardo in trãslatione eiusdem he tres orationes.

OMnipotens sempiterne deus / qui beatũ regẽ edwardũ sãctorũ collegio sociasti: cõcede ppiti⁹ vt q̃ gl'iose trãslatiõis eius recolimus insignia: ipsi⁹ apud te sentiamus patrocinia. Per dñz. Secr.

QUos beati regis edwardi trãslatio sancta letificat / tua nos dñe grã reddat letiores / et tribuat in hoc sacrificio pñtie tue dulcedinem toto corde sentire Qui viuis et regnas. Postcõio.

VT nobis salutẽ cõferãt sacramẽta q̃ sumpsim⁹ beatissimus rex edwardus confessor tuus dñe pro nobis intercessor existat: de cuius venerãda trãslatione tribuis nos annua deuotiõe letari. Per dñm. ¶ Scti calixti pape & martyris. Ad missaz. Offiñ.

SAcerdotes dei benedicite dñm: scti et humiles corde laudate deũ. ps. Bñdicite omnia opera do-

mini domino: laudate & superexaltate eũ in secula. Gloria patri et filio. Oratio.

Deus qui nos cõspicis ex nostra ĩfirmitate deficere: ad amorẽ tuum nos misericorditer per sãcti calixti martyris tui atq pontificis exempla restaura Per dominũ. Epistola. Doctrinis variis. in cõi fo. v. Gr. Inueni dauid seruũ meũ oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachiũ meum confortabit eum. V. Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis nõ nocebit eum. Alla. V. Elegit te dominus sibi in sacerdotẽ magnum in populo suo. Euange. Uigilate q̃a nescitis in cõi. fol. xij. Offr. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso: et in noie meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Mistica nobis domine prosit oblatio: que per scti calixti meritũ nos & a reatibus nostris expediat / et perpetua saluatione cõfirmet. Per dñm. Cõio. Beatus seruus quẽ cũ venerit dominus inuenerit vigilantẽ: amẽ dico vobis / super oia bona sua cõstituet eum. Postcõio.

Presta domine quesumus: vt cuius passiõis memoriã sacramẽti participatione recolimus: fidem proficiẽdo sectemur. Per dominum. ¶ Sancti wlfrãni episcopi et cõfessoris. Officiũ.



Statuit ei dñs testamẽtũ pacis: et principem fecit eũ vt sit illi sacerdotij dignitas ineternum. ps. Misericordias dñi: ĩeternũ cãtabo. Orõ.

Da quesumus omnipotẽs deus / vt beati wlfrãni cõfessoris tui atq pontificis venerãda solẽnitas: et deuotionẽ nobis augeat & salutẽ. Per. Epistola. Ecce sacerdos magnus. In cõi. fo. x. Gr. Dñe preuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. V. Uitam petijt et tribuisti ei: longitudinem dierum in seculum seculi. Alla. V. Justus germinabit sicut lilium: et florebit ineternũ ante dominum. Sequẽtia. Adest nobis. vel Alma cohors. in cõi fo. xj. Euangelium. Homo quidam peregre. ĩ cõi. fo. xij. Offr. Ueritas mea et misericordia mea cũ ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secr.

Respice q̃s munera populi tui in scti wlfrãni cõfessoris tui atq põtificis honore oblata: & tue testificatio veritatis nobis proficiat ad salutẽ. Per dñm. Cõio. Beatus seruus quẽ cum venerit dñs inuenerit vigilantẽ: amen dico vobis / super omnia bona sua cõstituet eũ. Postcõio.

Uos tuis domie reficis sacramẽtis sancti wlfranni cõfessoris tui atq põtificis / attolle benignus suffragijs: vt nostre redemptionis effectum / et mysterijs capiamus et moribus. Per dominũ nostrum. ¶ Sancti michaelis in mõte tumba. Officiũ.



Benedicite dominum / omnes angeli eius potẽtes virtute: qui facitis verbũ eius: ad audiẽdã vocẽ sermonũ eius. ps. Bñdic aia mea dño: & oia q̃ intra me sũt noi sctõ eius Kyrie rex splẽ. Et dr absq V. or.

Deus qui miro ordie angelorum ministeria hoimq

dispẽsas: cõcede propiti⁹: vt a quibus tibi ministrãtib⁹ i celo semp assistitur: ab his in terra vita nostra muniatur. Per dñm. Lectio libri apocalipsis bti iohãnis apli. xij.

Factũ est preliũ magnũ in celo: michael et angeli eius preliabantur cum drachone. Et dracho pugnabat et angeli eius: et nõ preualuerũt / neqꝫ locus inuentus est eorum amplius in celo Et proiectus est dracho ille magnus serpẽs antiquus qui vocatur diabolus et sathanas / qui seducit vniuersum orbem: et proiectus est in terrã / et angeli eius cũ illo missi sunt. Et audiui vocẽ magnam in celo dicẽtem. Nũc facta est salus et virtus et regnũ dei nostri / et potestas christi eius: quia proiectus est accusator fratrũ nostrorũ qui accusabat illos ante cõspectũ dei nostri die ac nocte Et ipsi vicerũt illũ propter sanguinẽ agni: et propter verbũ testimonij sui / et nõ dilexerũt animas suas vsqꝫ ad mortem. Propterea letamini celi: et qui habitatis in eis. Gr. Benedicite dñm oẽs angeli eius: potẽtes virtute qui facitis verbũ ei⁹. V. Benedic anima mea dño: et omnia interiora mea nomen sanctũ eius. Alla. V. Cõcussum est mare et cõtremuit terra: vbi archãgelus michael descendebat de celo nõ dr sequẽtia. Euang. Accesserũt discipuli. vtś. in alio festo. Credo. Offr. Stetit angelus iuxta arã templi habẽs thuribulũ aureum in manu sua: et data sunt ei incensa multa / et ascẽdit fum⁹ aromatum in cõspectu dei alla. Secreta.

Munus populi tui q̃s dñe dignanter assume: quod tibi nõ nostris meritis / sed scti archãgeli tui michaelis / oĩmqꝫ beatorũ spirituũ deprecatione sit gratum Per dñm. Prefatio quotidiana. Cõ. Bñdicite oẽs angeli dñi dño: hymnũ dicite et superexaltate eũ i scła. Postc.

Beati archãgeli tui michaelis interuẽtiõe suffulti supplices te dñe deprecamur vt quos honore psequimur cõtingam⁹ et mẽte. Per dñm. Scte etheldrede virginis nõ martyris. Officium

Dilexisti iustitiã et odisti iniq̃tatẽ: propterea vnxit te de⁹ deus tuus oleo letitie pre consortibus tuis. Ps. Eructauit cor meum verbũ bonũ: dico ego opa mea regi. Orõ.

Omnĩps sempiterne deus auctor virtutis et amator virginitatis: da nobis q̃s sctẽ etheldrede virgĩs tue placatis tibi meritis cõmendari cui⁹ vita merito castitatis tibi cõplacuit. p. Epła. Qui gloriat. In cõi. fo. xvj. Gr. Dilexisti iustitiã et odisti iniquitatẽ. V. Propterea vnxit te deus de⁹ tuus: oleo letitie. Alla. V. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Sequẽtia. Uirginis venerã. In cõi. fo. xvj. Euang. Simile est regnũ celorũ decem virginibus. in cõmun. fo. xvj. Offr. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Offerimus tibi dñe preces et munera in honore sctẽ etheldrede virginis tue gaudẽtes: presta q̃s: vt et cõueniẽter hec agere et remediũ sempiternũ valeam⁹ acq̃rere. Per dñm. Cõio. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea bene-

dixit te deus ineternum. Postcōio.

PRosint nobis dñe q̄s sumpta misteria pariterq̃ nos intercedēte btā virgine tua ethel dreda: et a pctis exuāt / ⁊ presidijs tue ppitiationis attollāt. Per d.

¶ Scti luce euāgeliste. Officiū.




Os iusti meditabit̃ sapientiā / et lingua eius loquetur iudicium lex dei eius in corde ipsius ps. Noli emulari in malignātibus: neq̃ zelaueris faciētes iniquitatē. Oratio.

INteruenia t pro nobis dñe q̄s sanctus lucas euāgelista qui crucis mortificationē iugiter in suo corpore pro tui nominis honore portauit. Per dominū. Memoria de sancto iusto. Oratio.

DEus qui beato iusto talem fortitudinē tribuisti: vt in puerili corpusculo gloriosum pro tuo amore subiret martyriū: cōcede propitius: vt ipsius intercedētibus meritis: ab omnib⁹ nos absoluas pctis. Per dñz. Epistola. Similitudo vultus. in cōi. fo. iij. Gr. Os iusti meditabit̃ sapiētiā ⁊ lingua ei⁹ loq̃tur iudiciū. V. Lex dei eius in corde ipsi⁹: ⁊ nō supplātabunt̃ gress⁹ ei⁹ Alla. V. Primus ad syō dicet ecce assū et hierusalē euangelistā dabo. Sequētia. Laus deuota. In cōi. fo. iij. Euāg. Designauit dñs. in cōi. fo. iij. Credo. Offr. Posuisti dñe in capite ei⁹ coronā de lapide precioso: vitam petijt a te et tribuisti ei. alla. Secreta.

DOnis celestib⁹ da nobis q̄sumus dñe libera mēte seruire: vt munera que deferim⁹ interueniente btō luca euāgelista: ⁊ medicinā nobis operētur ⁊ gliaz. Per do. Alia secreta de sctō iusto.

SIcut diuine potētie gloriā munera pro bti iusti martyrio oblata testātur: sic nobis effectū dñe q̄s tue saluatōis impendāt. Per. Prefa. Et te dñe. Nō dr in hac prefatiōe. Per beatos euāgelistas. scd Per btōs apostolos. Cōio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eum domine. Postcōio.

PResta quesumus omnipotēs deus: vt id quod de sctō altari tuo percepimus: precibus beati euāgeliste tui luce saluificet animas nostras: per quod semper tuti esse possim⁹. Per dñm. Alia postcommunio de sancto iusto.

REfecti dñe bñdictiōe celesti q̄s: vt p intercessionē beati iusti martyris tui medicina sacramēti ⁊ corporib⁹ nr̃is prosit et mētibus. Per dñz. ¶ Sancte fredeswide virginis nō marty. Offin.



DIlexisti iustitiaz et odisti iniq̃tatē: propterea vnxit te de⁹ / deus tuus oleo letitie / pre consortibus tuis. ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloria patri et filio ⁊ spūi sancto. ⁊c. Oratio.

OMnipotēs sempiterne de⁹: auctor virtutis / et amator virginitatis: da nobis quesum⁹ sctē fredeswide virginis tue placitis tibi meritis cōmēdari / cui⁹ vita merito castitatis tibi cōplacuit. Per dñm. Epla. Qui gloriatur. In cōi. fo. xvj. Gr. Dilexisti

iustitiā ⁊ odisti iniquitatē. ℣. Propterea vnxit te de⁹ de⁹ tuus oleo letitie. Allā ℣sus. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus ineternum. Sequētia. Virginis venerande. in cōi. fo. xvj. Euang. Simile est regnū celorū decē virgi. in cōi. fo. xvj. Offr. Offerentur regi virgines post eā: prime eius offerētur tibi. Sec.

Offerimus tibi dn̄e preces ⁊ munera in honorē sctē fredesuide virginis tue gaudentes: presta q̄s: vt ⁊ cōuenienter hec agere/ ⁊ remediū sempiternū valeamus acquirere. Per dn̄m. Cōio. Diffusa est grā in labijs tuis: propterea benedixit te deus ineternū. Postcōio.

Prosint nobis dn̄e q̄s sumpta misteria pariterq̃ nos intercedēte btā virgine tua fredesuida: ⁊ a peccatis exuāt/ ⁊ p̄sidijs tue ppitiatiōis attollāt. Per do.

¶ Sanctarum vndecim milium virginum ⁊ martyrū. Officium.



Vultū tuū depcabuntur oīnes diuites plebis: adducētur regi virgines post eā proxime ei⁹ adducent̄ tibi in letitia ⁊ exultatiōe. ℣s. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. Gloria patri. ⁊c̄. Oratio.

Deus q̄ sctām nobis huius diei solennitatē pro beatarū virginū martyrūq̃ tuarū gloriosa passiōe fecisti: adesto familie tue p̄cibus ⁊ da: vt quarū hodie festa celebramus: meritis ⁊ intercessiōibus adiuuemur. p d̄. Epl̄a. O q̄ pulchra est casta gene. in cōi fo. xvj. Gr. Exultabūt sctī in glīa: letabūtur in cubilibus suis. ℣. Cātate dn̄o canticū nouū: laus eius in ecclīa sanctorū Allā. ℣. Adducētur regi virgines post eam: proxime eius adducētur tibi in letitia. Euā. Simile est regnū cel. de. In cōi. fo. xvj. Offr. Offerent̄ regi virgies post eā: prime ei⁹ offerēt̄ tibi

Presētia munera (Secre. q̄s dn̄e ita serena pietate intuere: vt sctī spūs pfundātur benedictione/ vt in nr̄is cordibus eam dilectionē auidius capiamus: per quā sctē virgines martyresq̃ tue oia corporis tormēta deuicerunt. Per dn̄m. in vnitate eiusdē. Cō. Quinq̃ prudentes virgines acceperūt oleū in vasis suis cum lapadibus: media aūt nocte clamor factus est: ecce sponsus venit/ exite obuiā christo dn̄o. Postcō.

Sumpsimus dn̄e sanctarū solennitate celestia sacramēta: quarū suffragijs quesum⁹ largiaris: vt quod tēporaliter gerimus: eternis gaudijs consequamur. Per dn̄m.

¶ Sācti romani rothomagensis archiepiscopi et confessoris. Ad missam. Officiū.



Statuit ei domin⁹ testamētū pacis: ⁊ pricipem fecit eum/ vt sit illi sacerdotij dignitas ineternū. ℣s. Mias dn̄i: ineternū cātabo. Orō.

Deus cui beatus romanus pōtifex ita sanctitatis gratia decoratus cōplacuit: vt tuorū cōsortiū in celis promereret̄ sanctorū: da ecclesie tue quesum⁹ ei⁹ interuētu perpetuā consequi letitiam: cuius depositiōis diē gratulādo celebrat solēnem. Per dn̄m.

Epistola. Justū deduxit dñs per vias. In cōi. fo xi. Gr. Ecce sacerdos magnus: qui in diebus suis placuit deo. V. Non est inuētus similis illi: qui cōseruaret legem excelsi. Alla. V. Inueni dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eū. Euāgeliū. Uigilate quia nescitis. in cōi. fo. xij. Offr. Ueritas mea et mia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secre.

Sacrificiū deuotiōis nostre quesumus omnipotēs deus clemēter respice: et intercessione beati romani ꝯfessoris tui atqꝫ pontificis: per hoc nobis salutem mentis et corporis benignus impende. Per dñm nrm. Cōio. Fidelis seruus et prudens quem constituit dominus super familiā suam: vt det illis in tempore tritici mensurā. Postcōio.

Concede quesumus dñe deus noster / vt mysteria sancta que sumpsimus: intercedente beato romano confessore tuo atqꝫ pontifice: et grām nobis deuotionis obtineāt / ⁊ effectū beate perennitatis acquirāt. p. ¶ Sctōꝝ crispini ⁊ crispiniani mar. Offiī.

Salus autē iustorū a dño: et protector eoꝝ est in tempore tribulatiōis. ps. Noli emulari in malignātib⁹: neqꝫ zelaueris faciētes iniquitatē. Oratio.

Deus qui sctis martyribus tuis crispino ⁊ crispiniano coronā martyrij prestitisti: cōcede q̄s: vt eorū intercessiōe veniā consequamur delictorū: ⁊ eterna gaudia beatorū. Per d. Memoria de trāslatione scti iohānis de beuerlaco episcopi ⁊ cōfessoris. Oratio

Deus qui hunc diē sctissimi iohānis cōfessoris tui atqꝫ pōtificis trāslatione decorasti: fac nos quesumus eius meritis ⁊ pcibus in sctōꝝ tuorū societate trāsferri. Per. Epl'a. Spectaculū facti. in cōi. fo. vj. Gr. Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocūdū habitare fratres in vnū. V. Sicut vnguētū in capite: quod descēdit i barbam barbā aaron. Alla. V. Justi epulentur et exultēt in cōspectu dei: ⁊ delectētur in letitia. Seqn. Ecce pulchra. i cōi. fo. viij. Euāge. Ecce ego mitto. in cōi. fo. ij. Offr. Gloriabuntur in te oēs qui diligūt nomē tuū dñe: quoniā tu benedices iusto: dñe vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta

Concede q̄sumus oīpotens deus vt his muneribus que pro sctōꝝ martyrū tuorū crispini et crispiniani honore deferimus: ⁊ te placemus exhibitis / ⁊ nos viuificemur acceptis. Per dominū Alia secreta de sancto Johanne.

Respice q̄s dñe propitius ad humilitatis nr̄e simplicem seruitutē: ⁊ intercedēte btō iohanne cōfessore tuo atqꝫ pōtifice / cui⁹ trāslationē celebramus: hostias quas in honore eius sacris altaribus immolam⁹ benign⁹ assume. Per. Cōio. Et si corā hominibus tormēta passi sunt / deus tentauit eos: tan̄q̄ aurū in fornace probauit eos: ⁊ quasi holocausta accepit illos. Postcōmunio.

Sanctorū martyꝝ tuoꝝ crispini et crispiniani q̄s dñe precib⁹ adiuuemur: ⁊ eoꝝ solēnia sacris mysterijs celebrantes: fac nos tuo nomine semper esse deuotos. Per dominū nostrum iesum. Alia postcōio de sancto iohanne.

Presta nobis dñe q̄s beati iohãnis cõfessoris tui atq̃ pontificis meritis et precibus adiuuari/ vt quod presentibus celebramus officijs: ei⁹ suffragio perpetue saluatiõis gaudijs assequamur. Per dominũ. ¶ In vigilia apłorũ symonis et iude. Officiũ.

Intret ĩ cõspectu tuo dñe gemitus cõpeditorum redde vicinis nr̃is septuplũ in sinu eorũ vindica sanguinem sanctorũ tuorũ qui effusus est ps. Deus venerũt gentes in hereditatẽ tuã: polluerunt templũ sanctũ tuũ: posuerũt hierusalẽ in pomorũ custodiã. Orõ.

Concede q̄s omĩpotẽs deus vt sicut apłorũ tuorũ symonis et iude gloriosa natalitia preuenim⁹: sic ad tua bñficia promerẽda maiestatẽ tuã pro nobis ipsi pueniãt. Per. Epła. Iustorũ aie. icõi. fo. vij. Gr. Uindica dñe sanguinẽ sctõrũ tuorũ: q̄ effusus est. V. Posuerũt mortalia seruorũ tuorũ escas volatilibus celi: carnes sctõrũ tuorũ bestijs terre. Si hec vigi. in dñica euenerit: dicitur Alla. V. Scti tui dñe florebũt sicut lilium: et sicut odor balsami erunt ante te. Euãg. Ego sum vitis vos palmites. In cõi. fo. j. Offr. Exultabũt scti in gloria: letabũtur in cubilib⁹ suis/ exultationes dei in faucibus eorũ. Secre.

Accepta tibi sit q̄s dñe nostre deuotionis oblatio: & ad apostolicã puriores nos faciat peruenire festiuitatẽ. Per. Prefatio quotidiana. Cõ. Iustorũ aie in manu dei sunt: et nõ tanget illos tormẽtum malitie visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Postcõio

Quesumus dñe salutarib⁹ repleti mysterijs: vt quorum ieiunãdo solẽnia puenimus: eorũ orõnib⁹ adiuuemur. Per do. ¶ In die apłorũ symonis & iude.



Mihi autẽ nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum ps. Domine probasti me/ et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Oratio.

Deus q̄ nos per btõs apłos tuos symonẽ et iudã ad agnitionẽ tui nois venire tribuisti da nobis eorũ gł'iam sempiternã et proficiẽdo celebrare: & celebrando pficere. p d̃. Ad romanos. viij

Fratres. Scimus qm̃ diligẽtib⁹ deũ oĩa cooperãtur in bonũ: his qui scdm̃ ppositũ vocati sunt scti. Nã quos presciuit & pdestinauit cõformes fieri imaginis filij sui: vt sit ipse primogenitus in multis fratrib⁹. Quos autem predestinauit hos et vocauit Et quos vocauit: hos & iustificauit. Quos autẽ iustificauit: illos et magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec? Si deus pro nobis/ quis cõtra nos? Qui etiã proprio filio suo nõ pepercit: sed pro nobis oĩbus tradidit illũ Quomodo nõ etiam cũ illo oĩa nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos dei? De⁹ q̄ iustificat. Quis est qui condẽnet? Xp̄s iesus qui mortuus est: immo qui & resurrexit: q̄ est ad dexterã dei: q̄ etiã interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit a charitate xp̄i? Tribulatio/ an angustia/ an psecutio/ an fames:

an nuditas/an periculũ/an gladius? Sicut scriptũ est. Quia propter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oues occisionis Sed in his oibus supam⁹: ppter eũ qui dilexit nos Certus sum enĩ q̃a neq₃ mors/neq₃ vita/neq₃ angeli/neq₃ principatus/neq₃ potestates/neq₃ virtutes/neq₃ instantia/neq₃ futura/neq₃ fortitudo/neq₃ altitudo/neq₃ profundũ: neq₃ creatura alia poterit nos separare a charitate dei. Que est in christo iesu dño nostro. Gr. Nimis honorati sunt amici tui de⁹: nimis cõfortatus est principat⁹ eorũ. ℣. Dinumerabo eos: ⁊ super arenã multiplicabunt. Alleluya. ℣. Nõ vos me elegistis: sed ego vos elegi et posui vos vt eatis et fructuȝ afferatis: et fructus vester maneat. Sequẽtia ⁊ Euãge. Hec mãdo vobis vt diligatis. in cõi. fo. ij. Credo. Offr. In oẽm terrã exiuit son⁹ eoꝝ ⁊ in fines orbis terre verba eoꝝ. Secre.

Gloriã dñe sanctorũ tuorũ aplõrũ symonis ⁊ iude perpetuã venerãtes: q̃s: vt eandẽ sacris mysterijs expiati: dignius celebrem⁹. Per do. Prefa. Et te dñe Cõio. Vos qui secuti estis me: sed ebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel/dicit dominus. Postcõio.

Sanctificato diuino mysterio q̃s oĩps deus: vt pro nobis eoꝝ nõ desit orõ: quorũ nos donasti patrocinio gubernari. Per.

In vigilia oim sctõrũ. Offiñ.

Timete dñm oẽs sancti ei⁹: q̃m nihil deest timẽtibus eũ/diuites eguerũt ⁊ esurierũt/inq̃rẽtes aũt dñm nõ deficiẽt omni bono. ps. Benedicã dominũ in omni tẽpore: semp laus eius in ore meo. Oratio.

Domine deus noster multiplica super nos gratiã tuã et sanctorũ tuorũ quorũ preuenimus gloriosa solennia: tribue subsequi sctã pfessione letitiã. Per. Nulla fiat memoria. Lectio libri apocalipsis beati iohãnis apsl. b.

In diebus illis. Ecce ego iohãnes vidi in medio throni et quatuor animaliũ: et in medio seniorũ agnum stantẽ tanq̃ occisum habentẽ cornua septẽ/⁊ oculos septẽ qui sunt septẽ spirit⁹ dei missi in oẽm terrã. Et venit et accepit: de dextera sedentis in throno librũ. Et cũ aperuisset librum: quatuor animalia ⁊ viginti quatuor seniores ceciderunt corã agno habentes singuli cytharas ⁊ phialas aureas plenas odoramẽtorum/que sunt orões sanctorũ Et cantabãt canticũ nouũ dicentes. Dignus es dñe de⁹ noster accipere librũ: et aperire signacula eius/q̃m occisus es/et redemisti nos deo in sanguie tuo ex omi tribu ⁊ lingua/⁊ populo/⁊ natione. Et fecisti nos deo nr̃o regnũ ⁊ sacerdotes: ⁊ regnabũt super terrã Et vidi/et audiui vocẽ angelorũ multorũ in circuitu throni et aialiũ: et seniorũ: ⁊ erat numerus eorum milia miliũ voce magna dicentiũ. Dignus est agn⁹ q̃ occisus est accipere virtutẽ: et diuinitatẽ et sapientiã/et fortitudinẽ/et honorẽ/et gloriã: et benedictionẽ: in secula seculorũ amẽ. Gr. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. ℣. Cantate domino canticum

nonum: laus eius in ecclesia sanctorum.
Si hec vigilia in dñica euenerit: dr̃ missa de vigi.i capitulo cũ hoc Alla. ỽ Mirabilis dñs noster in sanctis suis. Et tunc ad magnam missam que erit de dñica fiat memoria de sancto quintino cũ hac oratione. Deus qui ecclesiam. cũ Secreta et Postcõione. Quere post istud officiũ. Secũdũ iohãnẽ xvij

IN illo tẽpore: Respiciẽs iesus in discipulos suos: dixit Pater sancte / serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi: vt sint vnũ sicut et nos. Cũ essem cũ eis: ego seruabã eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi ego custodiui: et nemo ex eis perijt nisi filius perditionis / vt scriptura impleatur. Nũc aũt ad te venio / ꝛ hec loquor in mundo: vt habeãt gaudiũ meũ impletũ in semetipsis. Ego dedi eis sermonẽ tuum / ꝛ mundus eos odio habuit: quia non sunt de mũdo sicut et ego non sum de mundo Non rogo vt tollas eos de mũdo sed vt serues eos a malo. De mũdo non sunt: sicut ꝛ ego nõ sum de mundo. Sanctifica eos in veritate: sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundũ: ꝛ ego misi eos in mũdũ. Et pro eis ego sanctifico meipsum: vt sint ꝛ ipsi sanctificati in veritate. Non pro his autẽ rogo tãtum: sed ꝛ pro eis qui credituri sunt per verbum illorũ in me / vt omnes vnum sint sicut tu pater in me et ego in te / vt ꝛ ipsi in nobis vnũ sint / vt credat mũdus quia tu me misisti. Et ego claritatem quã dedisti mihi dedi eis: vt sint vnum sicut ꝛ nos vnum sumus. Ego in eis et tu in me: vt sint consummati in vnum. Et cognoscat mundus: quia tu me misisti: et dilexisti eos sicut ꝛ me dilexisti. Pater quos dedisti mihi / volo vt vbi ego sum / ꝛ illi sint mecum: vt videant claritatem meam quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante mundi constitutionem. Pater iuste / mundus te non cognouit: ego autẽ te cognoui. Et hi cognouerunt quia tu me misisti: et notum feci eis nomen tuum ꝛ notum faciã. Ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit: ꝛ ego ĩ eis. Offr̃

Letamini in domino ꝛ exultate iusti: et gloriamini oẽs recti corde. Secreta.

ALtare tuum dñe muneribus cumulamus oblatis: da quesumus: vt ad salutẽ nostrã omnium sanctorum tuorũ precatione proficiant: quorum solẽnia ventura precurrimus. Per dñm.

Cõio. Iustorum anime in manu dei sunt: ꝛ non tanget illos tormentum malicie: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Postcõmunio.

SAcramẽtis dñe et gaudijs optate celebritatis expletis quesumus: vt eorum precibus adiuuemur: quorum recordationibus exhibẽtur. Per dominum.

¶ De sancto quintino mar. Orõ

DEus qui ecclesiam tuã annua beati quintini martyris tui solennitate letificas: concede propitius: vt qui memoriam illius digna seruitute veneramur intercessorẽ eũ semper apud te habere mereamur. Per d. Secreta.

IN veneratione beati quintini martyris tui omnipo-

tens de⁹: tibi laudis hostiã immolam⁹ orãtes: vt ipse pro nobis intercessor existat: q̄ p tuo noie glo sa morte occubuit. p d. Postcõio.

Percipiat domine quesum⁹ plebs tua/ intercedẽte beato quintino martyre tuo: misericordiam quã deposcit: vt tuis semper digna inueniatur sacramentis. Per dñm. ¶ In die omnium sanctorum. Ad missam. Officiũ.



Gaudeam⁹ oẽs i dño diẽ festũ celebrantes sub honore oim sanctorum/ de quorũ solẽnitate gaudẽt ãgeli: et collaudãt filiũ dei. ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Orõ.

Omnipotẽs sempiterne deus/ qui nos oim sanctorum merita sub vna tribuisti celebritate venerari: qs: vt desideratam nobis tue ppitiationis abundãtiam/ multiplicatis intercessoribus largiaris Per dñm nrm. Lectio libri apocalipsis beati iohannis apli. vij.

Ecce ego iohãnes vidi angelũ ascendentẽ ab ortu solis habentẽ signũ dei viui. Et clamauit voce magna quattuor angelis: quibus datũ est nocere terre et mari dicẽs. Nolite nocere terre et mari/ neq arboribus: quoadusq signemus seruos dei nri in frontibus eorũ. Et audiui numerũ signatorũ: cẽtũ quadraginta quattuor milia signati ex omi tribu filiorũ isrl. Ex tribu iuda: duodecim milia signati. Ex tribu ruben: duodecim milia signati. Ex tribu gad: duodecim milia signati Ex tribu aser duodecim milia signati. Ex tribu neptali: duodeci milia signati. Ex tribu manasse: duodecim milia signati. Ex tribu symeon: duodeci milia signati. Ex tribu leui: duodecim milia signati Ex tribu isachar duodecim milia signati. Ex tribu zabulõ: duodeci milia signati. Ex tribu ioseph duodeci milia signati Ex tribu beniamin: duodecim milia signati. Post hec vidi turbam magnã quam dinumerare nemo poterat: ex oib⁹ gẽtib⁹ et tribub⁹ et ppłis et liguis stãtes ante thronũ/ et in cõspectu agni amicti stolis albis/ et palme in manib⁹ eorũ Et clamabant voce magna: dicẽtes. Salus deo nro: q̄ sedet super thronum et agno. Et omes angeli stabãt in circuitu throni et seniorũ et quattuor aialiũ. Et ceciderunt in conspectu throni in facies suas et adorauerunt deum dicentes amen. Benedictio/ et claritas/ et sapiẽtia et gratiarũ actio: honor

et virtus et fortitudo deo nostro: in secula seculorū amen Gr. Timete dn̄m oēs scti eius quoniā nihil deest timētibus eū. V. Inquirētes autē dn̄m: nō deficiēt omni bono. Alla. V. Iudicabunt scti natiōes ⁊ dn̄abūtur populis et regnabit illorū rex ineternū. Seq̄n.

Christo inclyto candida nostra canāt melodia agmina. Laudes et oibus dantia sctis per hec sacrata festalia Mariam primū: vox sonet nostra/per quā nobis vite sunt data premia. Regina que es mater et casta/ solue nostra per filiū peccamina. Angelorū concio sacra: et archangelorum turma inclyta. Nostra diluant iam peccata/prestando superna celi gaudia. Tu propheta preco lucerna atq̧ plusq̄ ppheta. In lucida nos pone via mūdans nostra corpora. Apostolorꝝ princeps omnium: atq̧ cūcta iuncta caterua. Jam corrobora vera q̄sumus in doctrina plebis pectora. Stephane gloriose rutilās in corona: sanctorūq̧ martyrū turma inclyta. Fortia date corda / corpora eque firma: sacra vt hostē vincāt rite spicula. Martine inclyte presulūq̧ ois caterua. Suscipe nunc pia modo nostra clemēs precata Regina virginum premaxima: tu mater incorrupta virgo ⁊ grauida. Sacrata domino et castas nostras serua animas: mundaq̧ corpora. Monachorū venerāda suffragia. Omniūq̧ sanctorū cōtubernia. Per precata assidua nostra gubernent tēpora. Nosq̧ ducant ad superna polorū vera gaudia. Subiungant pium agmina: amen redēpta. ¶ Sequentia sctī euangelii secūdum matheum. v.

In illo tpe. Uidēs iesus turbas: ascēdit in montē Et cū sedisset: accesserūt ad eū discipuli eius. Et aperiens os suū docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: quoniā ipsorū est regnū celorꝝ. Beati mites qm̄ ipsi possidebunt terrā. Beati q̄ lugent qm̄ ipsi cōsolabūtur. Beati qui esuriūt et sitiūt iustitiā: quoniā ipsi saturabūtur. Beati misericordes: qm̄ ipsi misericordiā cōsequentur. Beati mūdo corde quoniā ipsi deū videbūt. Beati pacifici: qm̄ filij dei vocabūtur. Beati qui persecutionē patiūtur propter iustitiā: qm̄ ipsorꝝ est regnū celorū. Beati estis cū maledixerint vobis hoies: et persecuti vos fuerint et dixerint omne malū aduersum vos mētientes propter me. Gaudete et exultate: quoniā merces vestra: copiosa est in celis. Credo. Offr.

Mirabilis deus in sctis suis: deꝰ israel ipse dabit virtutē et fortitudinem plebi sue/benedictus deus alla. Secreta.

Munera tibi dn̄e nostre deuotiōis offerimus: q̄ ⁊ pro cūctorꝝ tibi grata sint honore sanctorū: ⁊ nobis salutaria te miserāte reddāt. p d. Prefatio quotidiana. Cō. Gaudete iusti in dn̄o alla: rectos decet collaudatio alla. Postcōio.

Da quesumus dn̄e fidelibus populis: per huius sacramēti participationē omniū sanctorū tuorū semper veneratione letari: et eorū perpetua supplicatione muniri. Per dn̄z. ¶ In cōmemoratione aiarū. Officium.



REquiem eternā dona eis domīe: ⁊ lux perpetua luceat eis ps̄. Te decet hymnus deus in syon tibi reddet votum in hierusalē / exaudi orationē meam ad te omnis caro veniet. Oratio.

FIdeliū deus oīm cōditor et redēptor / aīabus oīm fideliū defunctorū remissionē cūctorū tribue pctōrū: vt indulgētiam quā semꝑ optauerūt: pijs supplicatiōibus ꝯsequātur. Qui cū deo pře. ⁊c. Nulla fiat mēoria ad hāc missā: licet corpus presens fuerit.

¶ Lectio epistole btī pauli apostoli: ad thessalonicenses .iiij.

FRatres. Nolimus vos ignorare de dormiētibus: vt nō cōtristemini sicut ⁊ ceteri q̄ spē nō habēt. Si eñ credim⁹ q̄ iesus mortuus est ⁊ resurrexit: ita ⁊ deus eos q̄ dormierunt per iesum adducet cū eo. Hoc eñ vobis dicimus in verbo dn̄i: q̄a nos qui viuimus qui residui sumus in aduētu dn̄i / nō preueniemus eos qui dormierūt. Quoniā ipse dn̄s in iussu et in voce archāgeli ⁊ in tuba dei descendet de celo: ⁊ mortui qui in christo sunt resurgent primi. Deinde nos q̄ viuimus qui relinquimur / simul rapiemur cū illis in nubibus obuiā xp̄o in aera: ⁊ sic semꝑ cū dn̄o erimus. Itaq̄ cōsolamini inuicē: in verbis istis. Et legat in pulpito. Qua lecta tres clerici de scd̄a forma habitu non mutato ibidē dicāt. Gr. Requiem eternā dona eis dn̄e: ⁊ lux ꝑpetua luceat eis. ꝟ. Anime eorū in bonis demorentur: ⁊ semē eorū hereditet terrā. Tr.

DE profundis clamaui ad te dn̄e: dn̄e exaudi vocē meā. ꝟ. Fiāt aures tue intēdētes: in orōnē serui tui. ꝟ. Si iniq̄tates obseruaueris dn̄e: dn̄e q̄s sustinebit. ꝟ. Qr apud te ꝓpitiatio est et ꝓpter legē tuā sustinui te dn̄e. Et dr̄ cū eodē cātu: quo in dn̄ica. lxx. ⁊ dr̄a quattuor cleric⁹ de supiori gradu ad gradū chori habito nō mutato ⁊ iteri ꝑcedat dyacon⁹ cū subdiacono ⁊ cerofer. ⁊ thur. sine cruce ad ꝓnūciādū euāgel. S. iohā. xi.

IN illo tp̄e. Dixit martha ad iesū. Dn̄e / si fuisses hic: frater me⁹ nō fuisset mortu⁹ Sed ⁊ nūc scio / q̄a q̄cūq̄ poposceris a deo dabit tibi de⁹. Dixit illi iesus Resurget frat tu⁹. Dixit ei martha Scio q̄a resurget in resurrectiōe in nouissimo die. Dixit ei iesus ego sum resurrectio et vita.

Qui credit in me: etiā si mortuus fuerit viuet. Et ois q̄ viuit et credit in me: nō morieť ineternum. Credis hoc? Ait illi. Utiqz dn̄e. Ego credidi q̄a tu es xp̄s fili⁹ dei viui: q̄ in hūc mundū venisti. Et legat i pulpito more dn̄icali. Nō dr̄. Credo. Offr. O pie deus q̄ primū hominē ad eternam gloriā reuocasti: pastor bone qui ouē p̄ditā pio humero ad ouile reportasti: iuste iudex dum veneris iudicare libera de morte aias eorū quas redemisti: ne tradas bestijs aias cōfitentes tibi: ne derelinquas eas in finē. Nō dicitur. Hostias ꝛ preces neqz v̄⁹. Requiem eternam. Secreta.

Hostias q̄s dn̄e quas tibi p animabus oim fideliū defunctorū offerimus p̄pitiat⁹ intēde/ vt q̄bus fidei christiane meritū contulisti: dones et premiū. Per dn̄m. Cō. Pro quorū memoria corpus christi sumitur dona eis domine requiem sempiternam. V̄. Et lux perpetua luceat eis. Pro quorū memoria sanguis christi sumitur: dona eis domine requiem sempiternam. Postcōmunio.

Animabus q̄s dn̄e omniū fideliū defunctorū oratio proficiat supplicantiū: vt eas et a peccatis omnibus exuas: ꝛ tue redemptiōis facias esse participes Qui cū deo p̄re. ¶ Si hec cōmemoratio i do. ɔtigerit: differaṫ in crastinū ꝛ fiat totū seruitiū d̄ do. et tūc fiat i ip̄a do. mēoria de martyrib⁹ eustachio socijsqz ei⁹. Oro

Da nobis quesumus dn̄e sanctorum martyrū tuorum eustachij sociorumqz eius intercessione letitiam et pacem: vt quorū gaudemus triumphis pro

tegamur subsidijs. Per d̄. Secr.

Assume quesumus domine omnipotēs deus in honore sanctorum martyrum tuorum eustachij sociorumqz ei⁹ hec tibi oblata libamina: quorū pia supplicatione placatus/ et preteritorum veniā/ ꝛ futurorū nobis cautelā prebeas delictor. Per dominum nostrum iesum. Postcō.

Sumpsim⁹ dn̄e diuina mysteria btōrū martyrū tuorū eustachij sociorūqz eius merita venerātes: p̄sta q̄s: vt eor semp ꝛ fideli muniamur auxilio: et magnifico p̄ficiam⁹ exēplo. Per do. ¶ Qn̄ cōmēoratio aiarū a dn̄ica differť: tūc feria tertia fiat seruitiū de sctā Wenefreda. ¶ Sancte Wenefrede v̄ginis ꝛ mar. Offm̄.

Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regū ꝛ nō cōfundebar et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. P̄s. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate Wenefrede virginis et martyris tue festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dominum nostrum iesum christū filium tuum. Qui tecum viuit. Epistola. Sapientia vincit maliciam. In cōmuni. fo. xvj. Gr. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. V̄⁹. Propter veritatem et mansuetudinem ꝛ iusticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluya. V̄. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te

deus in eternum. Sequentia. Exultemus. in cōi. fo. xv. Euangeliū. Simile est regnū celorū thesauro. in cōi. fo. xv. Offr. Offerētur regi virgines post eā proxime eius offerētur tibi in letitia et exultatiōe adducētur in templum regi domino. Secre.

Hostias dñe quas tibi offerimus propitius respice: et intercedēte btā Wenefreda virgine tua et martyre: vincula peccatorū nostrorū absolue. Per dñm. Cōio. Feci iudiciū et iustitiā dñe: nō calūniētur mihi superbi/ad omnia mādata tua dirigebar/omnemqꝫ viam iniquitatis odio habui. Postcommunio.

Placeāt tibi qs misericors deus nostre seruitutis obsequia vt mysteria sacrosancta que sumpsimus: intercedēte btā Wenefreda virgine tua et martyre: et tuā gratiā nobis cōciliēt/et eterne felicitatis gaudium subministrēt. Per dominum. Sancti leonardi abbatis. Officium.

Os iusti meditabitur sapientiā: et lingua eius loquetur iudiciū/ lex dei eius in corde ipsi⁹. Ps. Noli emulari in malignātibus neqꝫ zelaueris faciētes iniquitatē. Oratio

Preces nrās qs dñe celesti dono psequere: vt q de bti leonardi cōfessoris tui atqꝫ abbatis patrocinijs gloriamur: ei⁹ meritis atqꝫ suffragijs apud te semper adiuuari mereamur. p. epła. Iust⁹ cor suū. in cōi. fo. xiij. Gr. Os iusti meditabitur sapientiā: et lingua ei⁹ loquetur iudiciū. V. Lex dei eius in corde ipsius: et nō supplātabuntur gressus ei⁹. Alla V. Posui adiutorium sup potentem: et exaltaui electū de plebe mea Sequētia Adest nobis. in cōi. fo. xj. Euāg. Nemo accēdit. in cōi. fo. x. xiij. Offr. Veritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Suscipe dōme munera tue pietati humiliter immolāda: et cōcede: vt nobis scti leonardi cōfessoris tui atqꝫ abbatis intercessiōe fiant salutaria: cui⁹ natalicijs ea tibi speram⁹ accepta. p. Cō. Fidelis seruus et prudēs quē cōstituit dñs sup familiā suā: vt det illis in tēpore tritici mensuram. Postcōio.

Purificet nos dñe qs tui pceptio sacramēti: et q p bti leonardi cōfessoris tui atqꝫ abbatis venerāda solēnitate gerimus eius nobis patrocinātibus meritis ad indulgentiā prosint eternā Per. ¶ Sanctorū quatuor coronatorum martyrum. Officium.

Intret in cōspectu tuo dñe gemitus cōpeditorū: redde vicinis nrīs septuplū in sinu eorū vindica sanguinē sanctorū tuorū qui effusus est. Ps. Deus venerūt gētes in hereditatem tuam: polluerunt tēplum sanctum tuum posuerunt hierusalem in pomorum custodiam. Offr.

Presta qs omps de⁹ vt qui gloriosos martyres tuos claudiū/nichostratū/simphorianū/castoriū/atqꝫ simpliciū: fortes in sua confessiōe cognouim⁹ pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per dominum nostrū iesum xp̄m. Episto. Iustorū anime. i cōi. fo. viij. Gr. Vindica dñe sanguinē sanctorū tuorum qui

effusus est. ℣. Posuerũt mortalia seruo-
rũ tuorũ bestijs terre. Alla. ℣. Mira-
bilis dñs noster in sanctis suis. Euan.
Cum audieritis prelia. in cõi. fo.
viij. Offr. Exultabunt sancti in glo
ria letabuntur in cubilibus suis / exulta-
tiones dei in faucibus eorũ. Secreta.
Benedictio tua quesum⁹ do
mine larga descendat: que
et munera nostra deprecantibus
sanctis martyribus tuis claudio
nichostrato / simphoriano / casto
rio atq simplicio tibi reddat acce
pta: & nobis sacramẽtum redem-
ptionis efficiat. Per d. Cõ. Po-
suerũt mortalia seruorũ tuorũ dñe escas
volatilib⁹ celi: carnes sctõꝝ tuoꝝ bestijs
terre / scdm magnitudinẽ brachij tui pos
side filios mortipunitorũ. Postcõio.
Celestibus refecti sacramẽ
tis et gaudijs supplices te
dñe depcamur: vt quoꝝ gaudem⁹
triũphis: ptegamur auxilijs. P d.
Theodori martyris. Officiũ.
In virtute tua domi
ne letabitur iustus:
& sup salutare tuum
exultabit vehemen
ter desiderium ani-
me eius tribuisti ei. ps. Quoniam
preuenisti eum in benedictionibus dul-
cedinis: posuisti in capite eius coronã de
lapide precioso. Oratio.
Deus qui nos beati theodo
ri martyris tui confessio-
ne gloriosa circundas et protegis
presta nobis eius imitatione pro-
ficere / et oratione fulciri. Per d.
Epla. Beatus vir qui in sapiẽtia.
in cõi. fo. iiij. Gr. Beatus vir qui ti
met dñm: in mandatis eius cupit nimis
℣. Potens in terra erit semẽ eius: gene
ratio rectorũ bñdicetur. Alla. ℣. Iu-
stus vt palma florebit: sicut cedrus liba
ni multiplicabitur. Euã. Si qs vult
post me venire. i cõi. fo. v. Offr.
Gloria & honore coronasti eũ: & cõstitui
sti eũ sup opa manuũ tuarũ dñe. Sec.
Muneribus oblatis domi-
ne beati theodori marty-
ris tui festa venerãtes: quesum⁹
vt qui conscientie nostre prepedi-
mur obstaculis: illi⁹ meritis red-
damur accepti. Per dñm nostrũ.
Cõio. Magna est gloria eius in saluta
ri tuo: gloriam et magnum decorem im
pones super eum domine. Postcõio.
Sancta tua nos dñe sum-
pta purificẽt: vt intercedẽ
te beato theodoro martyre tuo ad
perpetue beatitudinis cõsortiũ in
troducant. Per dñm. Sancti
martini epi et cõfessoris. Offiñ.




Statuit ei
dominus
testamen
tũ pacis:
et principem fecit eũ
vt sit illi sacerdotij di
gnitas ineternum. ps. Misericor-
dias domini ineternum cantabo. Oro.
Deus qui conspicis quia ex
nulla nostra virtute subsi
stimus cõcede propitius: vt inter
cessione beati martini cõfessoris
tui atq pontificis: contra omnia
aduersa muniamur. Per dñm.
Mẽoria de sctõ mẽna marty. or.
Presta quesumus omnipo
tens deus / vt qui beati mẽ
ne martyris tui natalicia colim⁹
intercessione eius in tui nominis
amore roboremur. Per dñm no.
Epistola. Ecce sacerdos. in cõi.

fol. x. Gr. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. ꝟ. Vitã petijt et tribuisti ei: longitudinẽ dierũ in sclm scli. Alla. ꝟ. Hic martinus pauper et modicus celũ diues ingreditur: hymnis celestib⁹ honoratur. Sequẽtia. Sacerdotẽ christi martinũ. Requre in trãslatione eiusdẽ. Euãgeliũ. Homo quidã peregre. in cõi. fo. xij. Offr. Veritas mea et misericordia mea cũ ipso: et in nomie meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Deus qui omne bonũ in tui sacri corporis mysterio cõtineri voluisti: concede propitius vt hoc munus quod in beati martini confessoris tui atq; pontificis veneratione tibi offerimus: ipso intercedente nobis proficere sentiam⁹. Qui viuis. Alia secreta.

Sacrificia ista tibi vero eternoq; põtifici oblata domine tu sanctifica: et interueniente beato menna martyre tuo: ita nos fac quesum⁹ hec tractare mysteria: vt ipsi tibi et templũ et hostia placabilis esse mereamur. Quis viuis et regnas. Cõ. Beatus seruus quẽ cum venerit dñs inuenerit vigilantem: amẽ dico vobis / sup omnia bona sua constituet eum. Postcõio

Auxiliare quesumus dñe populo tuo / vt sacramentorũ tuorũ virtute proficiens: intercedẽte btõ martino confessore tuo atq; põtifice: et tuo semp munere gubernetur: et ad redemptionis eterne perueniat te ducẽte cõsortiũ. Per dñm. Alia postcõio.

Hec in nobis quesumus dñe gratia tua semp exerceat vt diuinis instauret corda nostra misterijs: et beati menne martyris tui festiuitate letificet. Per dominũ. ¶ Quotidie per octauas dicitur eadem missa: sed sine sequẽtia: nisi festum intercurrat / et nisi in dñica / vel qñ dicitur de sctã maria: vel missa. Salus populi: restat cantãda. ¶ Sctĩ bricij epi et cõfessoris. Ad missam. Offm.




Sacerdotes dei benedicite dñm: scti et humiles corde laudate deũ. ps. Benedicite oĩa opa dñi dño laudate et superexaltate eũ in scla. Orõ.

Conserua quesumus domine populũ tuũ intercessione beati bricij confessoris tui atq; pontificis in tuo amore confisum vt mereamur ipso intercedente consortes fieri celestiũ gaudiorũ. Per d. Mẽoria de sctõ martino: vt supra. Epistola. Justũ deduxit dominus. In cõi. fol. xj. Gr. Ecce sacerdos magnus: qui in diebus suis placuit deo. ꝟ. Non est inuentus similis illi: qui conseruaret legem excelsi. Alleluya. ꝟ. Amauit eum dominus et ornauit eum: stola glorie induit eum. Si dñica fuerit: dr sequẽtia de cõi. fo. xj. Euã. Hõ qdã nobilis abijt in regio. in cõi. fo. vj. Offr. Inueni dauid seruũ meũ: et in oleo sctõ vnxi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachiũ meũ confortabit eũ. Secreta.

Sancti bricij confessoris tui atq; põtificis dñe quesum⁹ annua solennitas pietati tue nos reddat acceptos: vt per hec pie oblatiõis officia: seculi presentis mi

ferias euadamus: et gratie tue bñficia ꝯsequamur. Per dñm nrm. Cōio. Fidelis seruus et prudēs quem cōstituit dñs sup familiā suā: vt det illis in tēpore tritici mensuram. Postcōio.

Misterijs refecti diuinis domine deus noster: quesumus: vt beati bricij cōfessoris tui atqꝫ pontificis vbiqꝫ intercessione nos protegas/in cuius annua veneratione hec tibi obtulimus sacramenta. Per dominū nostrū.

¶ Infra diocesim London̄. trāslatio sancti erkenwaldi epi et confessoris: oia fiant sicut in cōmuni

¶ Sancti machuti episcopi et cōfessoris. Ad missam. Officium.

Statuit ei dñs testamētū pacis: et principē fecit eū / vt sit illi sacerdotij dignitas ī eternū. ps. Misericordias dñi: ineternum cantabo. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus/populi tui preces exaudi: qui beatū machutū cōfessorē tuū atqꝫ pōtificem virtutis grā decorasti: et eum hodie in celesti gloria suscepisti. Per dñm nrꝫ. Memoria de sctō martino. vt supra. Epistola. Ecce sacerdos magnus. in cōi. fo. x. Grad. Inueni dauid seruū meum: oleo sancto meo vnxi eum: man⁹ enī mea auxiliabitur ei: et brachiū meū cōfortabit eū. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis nō nocebit eum. Alla. ℣. Justus germinabit sicut lilium: et florebit ineternū āte dñm. Seqn̄ Alma cohors. in cōmuni. fo. xj. Euāgeliū. Homo quidam nobilis abijt. In cōi. fo. vj. Offertoriū. Ueritas mea et misericordia mea cū ipso: et in noie meo exaltabit cornu ei⁹. Secreta

Oblatiōes nostras q̄sumus dñe propitiat⁹ intēde: quas tibi in honore beati machuti confessoris tui atqꝫ pōtificis consecrādas deferimus: precantes/ vt ipsius meritis et intercessione peccatorū omniū que negligēter gessimus: te propitiāte veniā cōsequi mereamur. Per dominū nostrū. Cōio. Beatus seruus quē cū venerit dñs inuenerit vigilantē: amē dico vobis sup oia bona sua ꝯstituet eū. Postcōio.

Uos donis celestibus dñe satiasti: scti machuti confessoris tui atqꝫ pōtificis benign⁹ attolle presidijs: vt a noxijs omnibus expediti/post salutaria tua toto corde curramus. Per dominū nrm. ¶ Sancti edmūdi archiepiscopi. Ad missam. Officium.

Gaudeamus oēs in dño diem festū celebrantes sub honore edmūdi presulis/de cuius solennitate gaudent angeli: et collaudāt filium dei. ps. Exultate iusti in domino rectos decet collaudatio. Oratio.

Deus q̄ largiflue bonitatis consilio tuo/ecclesiā tuam beati edmundi cōfessoris tui atqꝫ pōtificis preclare vite meritis decorasti: et gloriosis letificasti miraculis: concede propitius nobis famulis tuis: vt et ipsi⁹ in melius reformemur exēplis et ab omnibus eius patrocinio ꝓtegamur aduersis. Per ℣. Mēoria de sctō martino. Epla. Ecce sacerdos magnus qui in vita. In cōi. fo. xj. Grada. Dñe preuenisti eū in bñdictionib⁹ dulcedinis: posuisti in capite eius coronā de

lapide precioso. ỽ. Uitā petijt ⁊ tribuisti ei longitudinem dierum in seculū seculi. Alleluya. ỽ. Hic edmūdus pauper ⁊ modicus celū diues ingreditur: hymnis celestibus honoratur. Seque. Alma cohors. et Euāge. Homo quidam peregre. in cōi. fo. xij. Offr. Ueritas mea et misericordia mea cū ipso: et in noīe meo exaltabit cornu ei⁹. Secre.

Beati edmundi confessoris tui atq̧ pōtificis / quesum⁹ domine precibus munera tibi offerenda complaceāt: et oblata nobis proficiant ad salutem. Per dominū nostrū. Cōio. Beatus seru⁹ quē cum venerit dn̄s inuenerit vigilantem: amen dico vobis / super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio.

Mentes nostras quesumus domine susceptis robora sacramētis: vt sicut eas beati edmūdi confessoris tui atq̧ pōtificis nouis dignatus es confortare miraculis: sic etiam iuuare suffragijs: et illustrare digneris exemplis. Per dn̄m nostrū. ¶ Sācti hugonis episcopi ⁊ cōfessoris. Officiū.



Statuit ei domin⁹ testamentum pacis et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas ineternum. psalm⁹. Misericordias domini ineternum cantabo. Oratio.

Deus qui beatum hugonē cōfessorem tuum atq̧ pontificem / eminentia meritorum ⁊ claritate signorum excellenter ornasti: concede propitius: vt eius exempla nos prouocent: et virtutes illustrent. Per dn̄m. Memoria de sctō aniano ꝯfessore. Orō.

Deus qui sanctā nobis huius diei celebritatē pro beati aniani confessoris tui atq̧ pontificis solennitate tribuisti: adesto familie tue ⁊ da: vt cuius hodie festa celebramus / eius meritis ⁊ intercessionibus adiuuemur. Per dominū nostrum. Memoria de sancto martino. vt supra. Epl'a. Dilectus deo. In cōmuni. fo. xj. Gradale. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ỽ. Uitam petijt et tribuisti ei: longitudinem dierū in seculum seculi. Alleluya ỽ. Justus germinabit sicut lilium: ⁊ florebit ineternum ante dn̄m. Sequētia Alma cohors. In cōmuni. fo. xj. Euāgelium. Uidete vigilate. In cōi. fo. xij. Offertorium. Ueritas mea et mīa mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Oblata tibi munera quesumus dn̄e beatus hugo confessor tuus et pontifex prosequatur: et meritis eius adiuti / per ea gratiam ⁊ gloriam cōsequamur. Per dominū nostrū iesum xp̄m. Alia secreta de sancto aniano.

Preces nostras quesumus domine propitiat⁹ admitte: ⁊ dicatum tibi sacrificium beati aniani confessoris tui atq̧ pontificis ꝯmendet oratio. Per dn̄m nr̄m iesum. Alia secreta de sancto martino. vt supra. Cōio. Beatus seruus quem cum venerit dn̄s inuenerit vigilantē: amen dico vobis / super omnia bona sua cōstituet eū. Postcōmunio.

Nostre seruitutis obsequia quesum⁹ dn̄e deus beatus

hugo cōfessor tuus & pontifex tibi reddat accepta: ne sacramenti celestis effectū reatus nostra nobis excludat. Per dominū. Alia postcōmunio de sancto aniano.

Omnipotēs & misericors deus qui nos sacramentorū tuorū participes efficis ac ministros: presta q̄s: vt intercedente beato aniano confessore tuo atq̧ pontifice: & fidei proficiamus augmento / & beatitudinis eius iungamur cōsortio. Per dominum nostrū iesum christū filiū tuum: qui tecū viuit & regnat in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorū. Alia postcōio de sancto martino. vt supra. In octa. sancti martini. Officium.

Statuit ei dn̄s testamētū pacis: & principem fecit eum / vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum psalmus. Misericordias domini: in eternum cantabo. Oratio.

Concede quesumus omnipotens deus: vt beati martini confessoris tui atq̧ pōtificis frequentata solennitas: ad perpetuā populo tuo proficiat salutem: et quem sepius veneramur in terris / semper habeamus patronum in celis. Per dominum nostrum iesum christum filiū tuum. qui tecum. Epistola. Ecce sacerdos magn9. In cōi. folio. xi. Gr. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣. Vitam petijt & tribuisti ei: longitudinē dierum in seculā seculi. Alla. ℣. Hic martinus pauper & modicus celum diues ingreditur: hymnis celestibus honoratur Euangelium Homo quidā peregre. In cōi fo. xij. Offr. Veritas mea & misericordia mea cū ipso: & in nomine meo exaltabit cornu eius. Secre.

Hec oblatio domine quesumus quam iterata sancti martini confessoris tui atq̧ pontificis festiuitate offerimus tue maiestati / prosit nobis ad indulgentiam: vt per eam a nostris liberemur peccatis / & sacris altaribus astare digni efficiamur. Per dn̄m. Cōio. Beatus seruus quē cū venerit dominus inuenerit vigilantem amen dico vobis / super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio.

Sacramenta quesumus domine que sumpsimus beato martino cōfessore tuo atq̧ pōtifice intercedente: ab omni nos aduersitate defendant / et perpetua prosperitate tibi soli seruire cōcedāt. Per dn̄m. ¶ Si iste octa. in dominica vel in sabbato contigerint: fiat de eis mēoria ad missam absq̧ mis. in capl'o. ¶ Scti edmūdi regis & martyris. Offiū.

Gloria et honore coronasti eum: & constituisti eū sup opa manuum tuarum. ps. Domine dominus noster q̄ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Oratio.

Deus ineffabilis misericordie qui beatissimum regē edmundum tribuisti pro tuo nomine inimicum moriendo vincere: concede propitius familie tue vt eo interueniente mereatur in

se antiqui hostis incitamenta superando extinguere. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui te. Epl'a. Beat⁹ vir qui inuentus. In cõi. fo. iiij. Gr. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso. ỽ. Desiderium anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius nõ fraudasti eum. Alleluya. ỽ. Letabitur iustus in domino ⁊ sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde. Sequentia. Organicis. In communi. folio. iiij. Euang. Si quis venit ad me. In cõi. fo. v. Offr. Gloria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum domine. Secreta.

Hoc sacrificium redẽptionis nostre q̃s omnipotens deus clementer respice: ⁊ intercedente beato edmundo rege ⁊ martyre tuo/ pro hac familia tua placatus assume. Per dñm nostrũ. iesum christum filium tuũ. Qui. Cõio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam ⁊ magnum decorem impones super eum domine. Postcõio.

Sint tibi omnipotens deus grata nostre seruitutis obsequia: ⁊ hec sancta que sumpsimus intercedente beato edmundo rege et martyre tuo prosint nobis ad capescenda premia vite ꝑpetue. Per dominũ. ¶ Sancte cecilie virginis ⁊ martyris. Offm̃.

Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum et non confundebar / et meditabar in mãdatis tuis que dilexi nimis. psalmus. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

Deus qui nos annua beate cecilie virginis ⁊ martyris tue solennitate letificas: da vt quam veneramur officio: etiam pie conuersationis sequamur exemplo. Per. Epistola. Domine deus meus. in cõi. folio. xiiij. Gr. Audi filia et vide et inclina aurem tuã quia concupiuit rex speciem tuã. ỽ. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. Alleluya. ỽ. Ueni electa mea et ponam te in thronũ meum: quia concupiuit rex speciem tuã. Sequentia. Exultemus. In cõmuni. fo. xv. Euange. Simile est regnũ celorũ thesau. i cõi. fo. xv. Offr. Offerent regi virgines post eã proxime eius offerentur tibi. Secreta

Presta quesumus omnipotens ⁊ misericors deus: vt sicut diuina offerimus in sancte cecilie virginis tue ⁊ martyris solennitate sacramenta: sic indulgentie tue largitatẽ piis eius precibus assequamur. Per dominũ nostrũ iesum christũ filiũ. Cõio. Confundantur superbi quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor in tuis iustificationibus: vt non cõfundar. Postcõ.

Sacramentorum tuorum domine participes effecti imploramus clementiam tuam vt beate cecilie virginis tue/ et martyris interuentu peccatorũ nostrorum veniam consequi mereamur. Per dominuz nostrum iesum christum filium tuũ. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti de⁹. Per omnia secula seculorum. Amẽ. ¶ Sancti clemẽtis pape et mar. Officiũ.

DIcit dominus sermones mei quos dedi in os tuum nō deficiēt de ore tuo / adest enim nomē tuuz et munera tua accepta erunt super altare meum. psalmus. Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat. Oratio.

DEus qui nos annua beati clemētis martyris tui atq pontificis solēnitate letificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus: virtutem quoq passionis imitemur. Per do. Memoria de sancta felicitate virgine. Oro

PResta quesumus omnipotens deus: vt beate felicitatis martyris tue solēnia recensentes: meritis ipsius protegamur & precibus. Per. Lectio epistole beati pauli apostoli ad philippenses.

FRatres. Rogo vos charissimi & desideratissimi gaudium meum & corona mea: sic state in domino charissimi Rogo euchodiam et sinthicem deprecor: id ipsum sapere in domino. Etiam rogo te germane compar adiuua eos qui mecum laborauerūt in euangelio cum clemente et ceteris adiutoribus meis. Quorum nomina sunt in libro vite. Gradale.

Iurauit dominus et non penitebit eū: tu es sacerdos in eternum secundū ordinem melchisedech. ℣. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Alleluya. ℣. Iste sanctus digne in memoriam vertitur hominum: qui ad gaudia transijt angelorum. Sequentia. Organicis. in cōi. fo. iiij. Euāge. Homo quidā nobilis. in cōmuni. fo. vj. Offertoriū. Inueni dauid seruū meum / et in oleo sancto vnxi eum / man9 enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. Secreta.

PRo passione beati clementis martyris tui atq pontificis gratanter tibi dn̄e munus offerim9: quia sicut eū sentimus in te viuere gloriosum: sic pro nobis interuenire cōfidimus. Per d. Alia secreta de sancta felicitate.

MUnera tibi domie pro sancte felicitatis gloriosa solennitate deferimus obsecrantes vt que nobis hui9 celebritatis effectum: & confessione dedicauit et sanguine / miserationis tue continuū imploret auxiliū. Per. Cōio Beatus seruus quē cū venerit dn̄s inuenerit vigilantē: amē dico vobis / super oia bona sua cōstituet eum. Postcōio.

PUrificēt nos domie quesumus et diuini perceptio sacramenti: et gloriosa deprecatio beati clementis martyris tui atq pontificis. Per dominū nostrū. Alia postcōio de sancta felicitate.

HEc domine sacramēta sumētes quesumus: vt intercedente beata felicitate martyre tua: vite eterne in nobis nutriant alimenta. Per dominum nostrū iesum xp̄m. ¶ Sancti grisogoni martyris ad missam. Officium.

GLoria & honore coronasti eum: & cōstituisti eū sup opera manuū tuar. ps. Dn̄e dominus nr̄: q̄ admirabile est nomē tuū in vniuersa terra. Oro.

ADesto dn̄e supplicationibus nostris: vt qui ex im-

quãtate nostra reos nos esse cognoscimus: beati grisogoni martyris tui intercessione liberemur. Per dñm nostrũ. Epistola. Beatus homo qui inuenit. In cõi. fo. j. Gr. Posuisti dñe sup caput eius: coronã de lapide precioso. V. Desideriũ aie ei tribuisti ei: et volũtate labiorũ eius nõ fraudasti eũ. Alla. V. Btũs vir q suffert tẽtationẽ: qm cũ probatus fuerit/accipiet coronã vite. Euange. Qui vos audit: me. in cõi. fo. v. Offr. Gloria et honore coronasti eum domine: et constituisti eum super opera manuũ tuarum. Secreta.

Munera nostra quesumus domine sereno vultu suscipe: vt intercedente beato grisogono martyre tuo/criminũ nostrorum contagia cuncta expurgent. Per dominũ nostrũ iesum xpm. Cõio. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso. Postcõio.

Annue quesumus domine vt mysterijs tuis recreati sancti quoq grisogoni martyris tui semper muniamur auxilijs. Per dominũ nostrum iesum christum filiũ tuum. Qui tecũ viuit.

Sancte katherine virginis et martyris. Ad missam. Officium



Me expectauerũt peccatores vt perderẽt me: testimonia tua dñe intellexi/omnis cõsummationis vidi finẽ latũ mandatũ tuum nimis. ps. Beati imaculati in via qui ambulant in lege domini. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus qui corpus gloriose virginis tue katherine in montẽ synai ab angelis deferri iussisti cõcede quesumus/eius obtentu nos ad arcem virtutum prouehi: vbi visionis tue claritatem mereamur intueri. Per dominũ nostrũ iesum christũ. Lectio libri sapiẽtie. lj.

Confitebor tibi domine rex et collaudabo te deum saluatorem meum. Confitebor nomini tuo quoniam adiutor et protector factus es mihi: et liberasti corpus meum a perditione. A laqueo lingue inique: et a labijs operantium mendacium. Et in conspectu astantium factus es mihi adiutor: et liberasti me secundum multitudinem misericordie nominis tui. A rugiẽtibus preparatis ad escã/de manibus querentiũ animam meã/et de portis tribulationũ que circumdederũt me/et a pressura flãme que circũdedit me: et in medio ignis nõ sum estuata. De altitudine ventris inferi et a lingua coinquinata: a verbo mẽdacij: a rege iniquo et a lingua iniusta. Laudabit vsq ad mortem anima mea dominũ: et vita mea appropinquãs erat in inferno deorsum. Circũdederunt me vndiq et non erat qui adiuuaret. Respiciens erã ad adiutoriũ hominum et non erat. Memorata sum misericordie tue dñe: et cooperatiõis tue q a seculo sunt. Quoniã eruis sustinẽtes te: et liberas eos de manu angustie: domine deus meus. Gradale. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. V. Propter veritatẽ et mansuetudinem et iustitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluya. V. Loquebar de

testimonijs tuis in conspectu regum: et non confundebar domine. Sequētia.

O Das in hac die letas/ christo canit oīs etas: corde voce fidibus. Omnē spectat ad etatem katherine dignitatē: cumulate laudibus. Hec est illa costi nata cui⁹ ortu decorata: gloriatur grecia. Hec est que mnam sibi datam christo reddit decuplatā: oris eloquentia. Scolis vacans artes discens/ altiora cōcupiscens: studet euāgelio. Duo legens testamenta/ vite videt alimenta: christum in presepio. Cibo dulci refouetur quo plus gustat plus augetur: sanctum desiderium. Cibo cōformatur isti/ se configens cruci christi: currit ad martyriū. Rex hinc terret hinc blanditur/ hec non timet nec lenitur: prementis cōstantia. Hinc terrores vt fauille/ hinc res serui vt ancille: spernuntur vt vilia. Sapientes superantur/ credunt christo flammis dantur: sed nec perit fimbria. Carceratur virgo cesa/ visitatur fit illesa: superna presentia. Quam regina dum solatur/ ad certamen inuitatur fauet ouans coronatur/ certat die tertia. A columba dum cibatur: virgo rota fabricatur: orat nexus dissipatur sternitur plebs impia. Tot triumphans in tormentis/ ad superna cū ducentis: promittit porphiriū Impetrato quicquid orat ferit lictor lac irrorat: ferietis gladium. Corpus celitus sublatum/ est in syna tumulatum tumba manat oleum. Syna signis illustratur/ celum sibi gloriatur: addi sydus aureum. Virgo sydus honestatis: dux et decus probitatis: christi reos maiestatis/ christo reconsilia. Uas virtutum via morum flos odoris odor florum nos tuere nos celorum/ transfer ad palatia

Euāgeliū Secūdū matheū. xiij.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celorū thesauro abscondito in agro: quē qui inuenit homo abscōdit: et pre gaudio illius vadit et vendit vniuersa que habet: et emit agrum illum. Iterum simile est regnū celorum homini negociatori querenti bonas margaritas. Inuenta autem vna preciosa margarita: abijt et vendidit omnia que habuit/ et emit eam. Iterum simile est regnum celorum sagene misse in mare: et ex omni genere piscium congreganti. Quam cū impleta esset educētes et secus littus sedentes: elegerunt bonos in vasa sua/ malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli: et separabunt malos de medio iustorū. Et mittēt eos in caminum ignis: ibi erit fletus et stridor dentium. Intellexistis hec omnia? Dicūt ei. Etiam. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum: similis est homini patrifamilias: qui profert de thesauro suo: noua et vetera. Offer. Filie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Secreta.

Suscipe quesum⁹ dn̄e propitius oblationes tuorum fideliū/ quas tibi in honore sancte

katherine virginis tue et martyris hodierna solennitate letanter offerimus: sicq̃ nobis ipsa intercedēte per hoc sacrificium placatus adesto: vt nos ꝛ a periculis huius vite clementer eripias: ꝛ a peccatis omnibus miseratus absoluas Per dominum. Cōio. Simile est regnum celoꝛū homini negociatoꝛi querenti bonas margaritas: inuēta vna pꝛeciosa margarita: dedit omnia sua ꝛ comparauit eam. Postcommunio.

Da quesumus domine ꝑ hec sancta que sumpsimus populo tuo salutem mentis et coꝛporis: ꝛ intercedente beata katherina virgine et martyꝛe tua in cuiꝰ honoꝛe letamur: perpetuis consolationibus tuoꝛum reple coꝛda fidelium: vt diuina pꝛotectione reuelati: ꝛ pia tibi deuotione cōplaceant/ et tua semper beneficia cōsequantur. Per dominū nostrū.

Scti lini pape ꝛ mar. Officiū

Sacerdotes tui domine induant iustitiam: et sancti tui exultent: pꝛopter dauid seruum tuū non auertas faciem chꝛisti tui. ps Memento domine dauid: et omnis mansuetudinis eius. Oratio.

Deus qui sanctā nobis huius diei letitiam pꝛo commemoꝛatiōe beati lini martyꝛis tui atq̃ pōtificis fecisti: adesto familie tue pꝛecibus: et da/ vt cuius hodie festa celebꝛamus: eius meritis et intercessionibꝰ adiuuemur. Per dominū. Epistola. Omnis pontifex. In cōi. fol. Gr. Inueni dauid seruum meum oleo sancto vnxi eum manus enim mea auxiliabitur ei: ꝛ bꝛachium meum confoꝛtabit eum. V. Nihil pꝛoficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non nocebit eū. Alla. V. Elegit te dominus sibi in sacerdotē magnū in populo suo. Euangelium Homo quidā nobilis abijt in regio. In cōi fol. vj. Offr. Inueni dauid seruum meum: et in oleo sancto vnxi eū: manus enim mea auxiliabitur ei: et bꝛachiū meum confoꝛtabit eum. Secreta.

Intēde pꝛopitius quesumus dn̄e oblata tibi hec munera: ꝛ depꝛecatione beati lini martyꝛis tui atq̃ pōtificis: in cuius ea cōmemoꝛatione deferimus: nosipsos eademq̃ sanctifica. Per dominum nostrum iesum chꝛistum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat. Cōio. Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis/ super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio

Sumpsimus domine in sancti lini martyꝛis tui atq̃ pōtificis solennitate celestia sacramenta/ cuius suffragijs q̄sumus largiaris: vt quod tempoꝛaliter gerimꝰ: eternis gaudijs cōsequamur. Per dominum nostrum iesum chꝛistum filium tuū. Qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per om̄ia secula seculoꝛum. Amen.

Explicit sanctoꝛale.



❧ Cõmune sctõꝝ ꝓpꝛiũ nõ habẽ
tiũ. ❧ In vigilia vnius apli siue
euangeliste. Ad missam. Officiũ

Ego autẽ sicut oliua
fructificaui in domo
dñi speraui i mia dei
mei / expectabo no-
mẽ tuũ quoniam bo
num est ante conspectum sancto-
rũ tuoꝛum. ps. Quid gloꝛiaris in ma
litia: qui potẽs es in iniquitate. Oꝛatio

Quesumus oĩps deus: vt no
stra deuotio q̃ natalitia bti
N. apli tui antecedit: patrocinia
nobis intercessione ei⁹ accumulet
Per d. Lectio libꝛi sapiẽtie. xliiij.

Benedictio dñi sup caput iu-
sti ideo dedit illi hereditatẽ
et diuisit illi ptẽ in tribus duodeci
et inuenit grãm in cõspectu oĩs
carnis. Et magnificauit eũ in ti-
moꝛe inimicoꝝ: et in verbis suis
mõstra placuit. Gloꝛificauit eum
in cõspectu regũ: ⁊ ostẽdit illi glo-
riã suã. Inde fide ⁊ lenitate ipsi⁹
sctũ fecit illũ: ⁊ elegit eũ ex oĩ car
ne. Et dedit illi coꝛ ad p̄cepta: ⁊ le-
gẽ vite ⁊ discipline: ⁊ excelsum fe-
cit illũ. Statuit ei testamẽtũ eter
nũ: et circũcinxit eũ zona iustitie.
Et induit eum dominus: coꝛona
gloꝛie. Lectio libꝛi sapientie. iij.

Beat⁹ hõ q̃ inuenit sapiẽtiã:
et q̃ affluit pꝛudẽtia. Meli-
oꝛ est acq̃sitio ei⁹ negociatiõe ar-
gẽti ⁊ auri: pꝛimi ⁊ purissimi fru-
ct⁹ ei⁹ Pꝛeciosioꝛ est cũctis opib⁹
et oĩa q̃ desiderant huic nõ valent
cõparari. Lõgitudo dieꝝ in dexte
ra ei⁹: ⁊ i sinistra illi⁹ diuitie ⁊ glo
ria Vie ei⁹ vie pulchꝛe: ⁊ oẽs semi
te illi⁹ pacifice. Lignũ vite est his
q̃ app̄hẽderint eã: ⁊ q̃ tenuerit eã
btũs. Dñs sapiẽtia fũdauit terrã
stabiliuit celos pꝛudẽtia. Sapien
tia illius erupert abyssi: ⁊ nubes
roꝛe cõcrescũt. Gr. Iustus vt pal-
ma floꝛebit: sicut cedꝛus libani multipli-
cabit in domo dñi. V. Ad annũciãdũ ma
ne miam tuã: ⁊ veritatẽ tuã p noctẽ. Si
dñica fuerit dicat vnũ. Alla. de cõ-
muni apostoloꝝ quere in officio
sequenti. Secũdum Johan. xij.

In illo tẽpoꝛe: Dixit iesus di
scipulis suis Ego sum vitis
vera: et pater meus agricola est.
Omẽ palmitẽ in me nõ ferẽtẽ fru
ctũ: tollet eũ. Et omnẽ q̃ fert fru-
ctũ purgabit eũ: vt fructũ plus af
ferat. Iã vos mũdi estis: pꝛopter
sermonẽ quẽ locutus sum vobis.
Manete i me: et ego in vobis. Si
cut palmes nõ potest ferre fructũ
a semetipso / nisi manserit in vite
sic nec vos nisi in me manseritis.
Ego sũ vitis: vos palmites. Qui

manet in me: et ego in eo: hic fert fructū multū: q̄a sine me nihil potestis facere. Si q̄s in me nō mā-serit: mittetur foras sicut palmes et arescet/ et colligēt eū et in ignē mittēt et ardet. Si manseritis in me et verba mea in vobis manse-rint quodcūq; volueritis petetis: et fiet vobis. Scd̄m iohannē. xv.

In illo tempore Dixit iesus discipulis suis. Ego sum vi-tis: vos palmites. Qui manet in me et ego in eo: hic fert fructū mul tū: quia sine me nihil potestis fa-cere. Si quis in me non manserit mittet foras sicut palmes et are-scet: et colligent eū: et in ignē mit tēt et ardet. Si mā̄seritis in me/ et verba mea in vobis manserint: quodcunq; volueritis petetis: et fi et vobis. Offr. Gloria et honore coro nasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum domine. Secreta.

lis candidata. Operiunturq; binas quas captant post secli discrimina. Et nos quos illustrat grā dei supna dem⁹ nr̄a debita Quaten⁹ caterua celica nobis maneat post funera socia. Ultimoq; ꝑacto discrimine possimus altis ꝑfrui mox palatijs. Quos perspicua lux flagrat accēsa cōstāti flāma q̄ deus est visio nr̄a ⁊ salus eterna Angeloꝝq; illustrat fortiter pectora: vt in xp̄o sola sua defingāt lumina. Hec nāq; est illa sitis flagrās quā tūc sitiēt aīe sctōrum vel corpora. Dū fuerint data perpetua eis pronobis a iudice ꝑinia. Amē. Scdm iohānē. xv.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Cū venerit paraclytus quē ego mittā vobis a patre spiṁ veritatis q̄ a prē procedit ille testimonium ꝑhibebit de me. Et vos testimoniū ꝑhibebitis: q̄a ab initio mecū estis Hec locutus sum vobis: vt nō scādalizemini. Absq; synagogis facient vos. Sed venit hora: vt om̄is q̄ interficit vos: arbitretur obsequiū se p̄stare deo. Et hec faciēt vobis q̄a nō nouerūt p̄rē neq; me. Sed hec locut⁹ sum vobis: vt cū venerit hora eoꝝ reminiscamini q̄a ego dixi vobis. Offr̄. Benedictus sit deus pater vnigenitusq; dei filius: sctūs quoq; spūs: q̄a fecit nobiscū miam suā. In tpe. pas. alla. Sec.

SAnctifica q̄s dn̄e de⁹ trinitas sctā ꝑ tui sctī nōis inuocationē hui⁹ oblatiōis hostiā ⁊ cooperante spū sctō ꝑ eā nosmetipsos tibi ꝑfice mun⁹ eternū. Qui vi. eius. Prefa. Qui cū vni. Cō.

Bn̄dicim⁹ deū celi: ⁊ corā oīb⁹ viuētib⁹ cōfitebimur ei q2 fecit dn̄s nobiscū miaz suā. In tpe pas. alla. alla. Postcō.

PRoficiat nobis ad salutē corꝑis et aīe dn̄e de⁹ huius sacramēti susceptio: et sempiterne sctē trinitatꝭ: eiusdēq; indiuidue vnitatis cōfessio. In qua viuis.

Missa de angelis ad mis. offi.

BEnedicite dn̄m oēs angeli eius: potētes virtute q̄ facitis verbum eius/ad audiendā vocē sermonū eius. In tpe pascha. alla. ps. Benedic anima mea domino et omnia que intra me sunt nomini sancto eius. Kyrieeleyson. Oratio.

PErpetuum nobis dn̄e tue miseratiōis p̄sta subsidiū: q̄b⁹ ⁊ angelica p̄stitisti suffragia nō deesse. Per dn̄m. Lectio libri apoca. beati iohānis aposto. xix.

IN diebus illis. Dixit mihi angelus. Scribe: bti q̄ ad cenā nuptiarū agni vocati sunt. Et dixit mihi. Hec verba dei vera sunt. Et cecidi ad pedes eius: vt adorarem eū. Et dixit mihi. Uide ne feceris: conseruus enim tuus sum/⁊ fratrū tuoꝝ habentiū testimoniū iesu. Deū adora. Gr. Bn̄dicite dn̄m oēs angeli eius potentes virtute qui facitis verbū eius V. Bn̄dic aīa mea domino: ⁊ oīa interiora mea nomē sanctum eius. Alla. V. In conspectu angeloꝝ psallam tibi dn̄e deus meus. Secundū iohannē. v.

IN illo tpe. Erat dies fest⁹ iudeorum: et ascendit iesus hierosolymā. Est autem hierosolymis probatica piscina/que cognominatur hebraice bethsai=

da: quinqꝫ porticꝰ habēs. In his iacebat multitudo magna lāguētiū/cecorū/claudorū/aridorū: expectantiū aque motū. Angelus autē dn̄i secūdū tēpus descēdebat in piscinā: ꝛ mouebat aqua. Et q̄ prior descēdisset in piscinam post motionē aque: sanꝰ fiebat a quacunqꝫ detinebatur infirmitate. Offr. Stetit angelus iuxta arā templi habēs thuribulū aureū in manu sua: et data sunt ei incēsa multa: ꝛ ascēdit fumus aromatū i ꝯspectu dei alla. Secr.

Hostias tibi dn̄e laudis offerimꝰ suppliciter depcantes: vt easdē angelico pro nobis interueniēte suffragio: et placatus accipias et ad salutē nr̄az prouenire cōcedas. Per dn̄m. Cōio. Bn̄dicite oēs angeli dn̄i dn̄o: hymnuz dicite ꝛ superexaltate eū in scl'a. In tempore paschali alleluya. Postcōio.

Repleti dn̄e bn̄dictione celesti suppliciter exoramꝰ: vt quod fragili celebramus officio: sctōꝝ angelorū/atqꝫ archāgelorū: omniūqꝫ celestiū spirituū: nobis prodesse sentiamus auxilio. Per dn̄m. ¶ Sciendum est ꝙ per totū aduentū: et a Dn̄e ne in ira vsqꝫ ad caput ieiunij: et ab octa. pas. vsqꝫ ad ascē. dn̄i. et a fest. sctē trinitatis vsqꝫ ad aduē. do. singulis hebdō. semel solet dici mis. Salus ppl'i. p fratribus ꝛ sororibus: ita videlicet ꝙ si vacauerit a festis sctōꝝ ꝛ extra octa. cū regimine chori. et si missa dn̄icalis i hebdoma cantāda fuerit: completa cōme. quoqꝫ btē marie ꝛ festi loci ꝛ pprie epl'e ꝛ euāge. ppria propter illā missam nō fuerint pter missa: tunc illa si qua dies vacauerit/est cātāda. Si vero pprie epl'e ꝛ ppria euāgel'. que quartis fe. intitulantur: frequēter neque ant ibi dici. i primis sequēti. fer. si vacauerit plegātur: nec propt missam Salus ppl'. vel Nos aūt alicubi p totū annuz aliqualiter omittant. In missis etiā Salꝰ ppl'i. vl' Nos autē sup Kyrieele. Sanctus ꝛ Agnus. semp dr̄ cantus fer. ¶ Et notādū est ꝙ per totū tp̄s predictū qn̄ missa dn̄icalis in dn̄ica vel in scd̄a fe. cātata fuerit: ꝛ in. iij. feria vacauerit: semp dr̄ missa Salus ppl'i. in ipsa. iij. fe. et si nō vacauerit: tunc in aliqua fe. ipsius hebdō. q̄ ad hoc vacauerit cantetur. ¶ Et sciēdū est ꝙ missa Salꝰ ppl'i. est in dispositione cātoris qn̄ cōuenientiꝰ ꝛ quota fe. vōt dici. Qn̄ vero dr̄ missa Salꝰ ppl'i. tūc nulla dr̄ memoria de do. neqꝫ de aliqua missa. iij. sc. nisi in aduentu. Dicat etiā missa Salus populi. in vnaquaqꝫ hebdomada seruetur: nisi in. xl. ꝛ nisi festū impediat. vel octa. cū regi. chori: et nisi infra tp̄s natiui. dn̄i et nisi in hebdomada pasche ꝛ pēthecostes. Ad missam Officium

Salus ppl'i ego sum dicit dn̄s: de quacūqꝫ tribulatione clamauerint ad me exaudiā eos ꝛ ero illorū dn̄s imperpetuū In tempore pasc. alleluya alleluya. p̄s. Attendite popule meus legem meam: inclinate ad me aurem vestram in verba oris mei. Non dicitur Gloria in excelsis deo. in hac missa. Oratio.

Deus q̄ charitatis dona p grām scti sp̄us tuoꝝ cordibus fideliū infundis: da famulis et famulabus tuis/fratrib⁹ et sororib⁹ nr̄is p quib⁹ tuā deprecamur clemētiā/salutē mētis ⁊ corporis: vt te tota virtute diligāt ⁊ q̄ tibi placita sunt/tota dilectiōe pficiāt. Per dn̄m. i vnitate eiusdem Lectio esaye prophete. xix.

Hec dicit dn̄s de⁹. In die illa/deferet mun⁹ dn̄o exercituū: et rex fortis dn̄abitur eorū In die illa erit altare dn̄i inmedio terre: ⁊ cognoscet dn̄s/⁊ colēt eū in hostijs ⁊ munerib⁹/⁊ vota vouebūt dn̄o ⁊ soluēt. Et reuertētur ad dn̄m ⁊ placabit eis: ⁊ sanabit eos. In die illa/erit israel bn̄dictio in medio terre: cui bn̄dixit dn̄s exercituū dicēs. Bn̄dict⁹ populus me⁹: ⁊ opus manuū meaꝝ hereditas mea israel. Dicit dn̄s. oṗs. Gr. Propici⁹ esto dn̄e peccatis nr̄is: nequādo dicāt gētes: vbi est de⁹ eorum. ℣. Adiuua nos deus salutaris nr̄ et ꝑpter honorē nois tui dn̄e libera nos. Alla. ℣. Ostēde nobis dn̄e miam tuā et salutare tuū da nobis. In tp̄e pasc. ij alla. erit de missa dn̄icali ꝑ heb. sicut in festis sine regimine. chori Tn̄m ꝑcessiōe vbi fit statio scōm alla. nō dicet. Idē mod⁹ obseruet in missa pro pace. ⁊ in consimilibus. Secundum Marcum. xij.

In illo tp̄e. Sedēs iesus cōtra gazophilaciū: aspiciebat quomodo turba iactabat es in gazophilaciū. Et multi diuites iactabāt multa. Cū venisset autē vna vidua paupercula: misit duo minuta/qđ est quadrans. Et cōuocās discipulos suos: ait illis. Amē dico vobis: quia vidua hec paupercula/plus oībus misit q̄ miserūt in gazophilaciū. Om̄es enī ex eo quod abūdabat illis: miserūt Hec vero de penuria sua oīa que habuit: misit totū victū suū. Offr. Exaudi deus orationē meam/et ne despexeris depcationē meā: intende in me/⁊ exaudi me. In tp̄e pasc. alla. Sequētes duo ℣. dicuntur alternis vicibus infra aduentū dn̄i et a lxx. vsq̄ ad quinquagesimā tm̄. ℣. Cōturbatus sum a voce inimici et a tribulatione pctōris: ⁊ expectabam eū qui saluū faceret. ℣. Ego autē ad deū clamaui libera aīam meam: et extendes manū tuā in retribuēdo illis. Secreta

Miserere q̄s dn̄e famulis ⁊ famulabus tuis pro q̄bus hoc sacrificium laudis tue offerimus maiestati/⁊ p̄sta: vt per hec sctā supne bn̄dictiōis grām obtineāt: ⁊ gloriā eterne felicitatꝭ acquirāt. p. ℣. Cō. Amen dico vobis q̄cq̄d orātes petitis credite/q̄a accipietꝭ et fiet vobꝭ. i tp̄e pasc. alla alla. Postc.

Diuina libātes mysteria q̄s dn̄e: vt hec salutaria sacramēta/illis proficiāt ad ꝓsperitatē ⁊ pacē: pro quorū quarūq̄ dilectiōe/hec tue obtulimus maiestati. Per. ¶ In commemoratiōe sancti sp̄us ad missā Offm̄.

Spiritus dn̄i repleuit orbē terrarū alleluya: et hoc qđ cōtinet oīa sciētiā habet vocis alla alleluya alleluya. p̄s. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

DEus q̄ corda fideliū sancti spirit⁹ illustratione docui sti: da nobis in eodē spū recta sapere: et de ei⁹ semp̱ ꝯsolatiōe gaudere. Per. Lctō actuū apo. viij.

IN dieb⁹ illis. Cū audissent apl̄i q̄ erāt hierosolimis q̄a recepisset samaria verbū dei: miserunt ad eos petrū et iohannem Qui cū venissent orauerūt ꝓ ipsis vt acciperēt spm̄ sanctū. Nōdū eni in quemq̄ illorū venerat: sed baptizati tantū erant in noie dn̄i iesu. Tūc imponebāt manus sup̱ illos: et accipiebāt spm̄ sctm̄. Gr. Btā gēs cui⁹ est dn̄s de⁹ eoꝝ: popul⁹ quē elegit dn̄s in hereditatē sibi. V. Uerbo dn̄i celi firmati sunt: et spū oris eius virt⁹ eorū. Alla. V. Ueni sancte spūs reple tuorū corda fideliū: ꝛ tui amoris in eis ignē accēde In tpe paschali primū Alla. V. Emitte spm̄ tuum et creabūtur: ꝛ renouabis faciem terre. Scdm Alla. V. Ueni sancte spiritus reple tuorū corda fideliū: et tui amoris in eis ignem accende. Sequentia.

UEni sancte spūs et emitte celit⁹ lucis tue radiū. Ueni pater pauperū/ veni dator munerū veni lumē cordiū. Consolator optime dulcis hospes aie dulce refrigeriū In labore requies in estu tēperies ī fletu solatiū O lux btissima reple cordis itima tuoꝝ fideliū Sine tuo numine nihil est in lumine/ nihil est innoxiū. Laua qd̄ est sordidū/ riga qd̄ est aridū sana qd̄ est sauciū Flecte quod est rigidū foue qd̄ est frigidū rege qd̄ est deuiū. Da tuis fidelibus in te ꝯfidētib⁹ sacrū septēnariū Da ṽtutis meritū/ da salutis exitū/ da ꝑenne gaudiū. S. Johā. xiiij.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Si q̄s diligit me sermonē meū seruabit. Et pater meus diliget eū: ꝛ ad eū veniem⁹ et māsionē apud eum faciemus. Qui nō diligit me: sermones meos nō seruat. Et sermonē quē audistis nō est me⁹: sed ei⁹ qui misit me pr̄is. Hec locut⁹ sum vobis apud vos manēs. Paraclitus aūt spūs sanctus quē mittet pater in noie meo: ille vos docebit oia/ et suggeret vobis oia q̄cunq̄ dixero vobis. Pacē relinquo vobis: pacē meā do vobis. Non quomodo mūdus dat: ego do vobis Nō turbetur cor vr̄m: neq̄ formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado ꝛ venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiq̄/ q̄a vado ad patrē: q̄a pater maior me est Et nūc dixi vobis priusq̄ fiat: vt cū factū fuerit credatis. Jā nō multa loquar vobiscū Uenit eni princeps mūdi hui⁹: ꝛ in me nō habet q̄cq̄. Sed vt cognoscat mūd⁹ q̄ diligo prēm: et sicut mādatū dedit mihi pater: sic facio Offr. Cōfirma hoc deus quod operatus es in nobis: a templo tuo quod est in hierusalem tibi offerent reges munera allelupa. Secr.

MUnera quesum⁹ dn̄e oblata sctifica: et corda nostra sancti spūs illustratione emūda. Per dn̄m. in vnit. eiusdē. Prefa. Qui ascēdēs. nō dr̄ in hac ꝑfatione Hodierna die. nisi in ebdo. penthe. tm̄. Cō. Fact⁹ est repēte de celo son⁹ aduenietis spūs vehemētis vbi erāt sedētes alla: ꝛ repleti sunt oēs spū sctō loquētes magnalia dei alla alla. Post cō.

SAncti spūs dñe corda nr̃a mundet infusio: ⁊ sui roris intima aspsione fecūdet. Per dñz In vnitate eiusdē. ¶ In cōmemoratione corporis xp̄i. Officiū.

CIbauit eos ex adipe frumēti all'a: ⁊ de petra melle saturauit eos all'a all'a all'a. ps Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Oratio.

DEus q̄ nobis sub sacramēto mirabili passionis tue memoriā reliquisti: tribue q̄s: ita nos corporis ⁊ sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redēptiōis tue fructū in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis. j. Corinthio. xj

FRatres. Ego eñ accepi a dño quod ⁊ tradidi vobis: qm̄ dñs iesus in qua nocte tradebatur/accepit panē/ grãs agens fregit et dixit. Accipite ⁊ māducate/ hoc est corp⁹ meū quod pro vobis tradet. Hoc facite in meā commemorationē Similiter ⁊ calicē postq̄ cenauit/dicēs. Hic calix nouum testamentū est in meo sanguine: hoc facite quotienscūq̧ bibitis in meā cōmemorationē. Quotienscūq̧ eñ manducabitis panē hūc ⁊ calicē bibetis: mortē dñi annunciabitis donec veniat. Itaq̧ quicūq̧ māducauerit hunc panē/ vel biberit calicē dñi indigne: re⁹ erit corporis ⁊ sanguinis domini Probet aūt seipm homo: et sic de pane illo edat: et de calice bibat: q̄ enim manducat et bibit indigne: iudiciū sibi māducat et bibit: non diiudicans corpus dñi. Gr. Oculi oim in te sperāt dñe: et tu das illis escā in tpe opportuno. V. Aperis tu manū tuam: ⁊ imples omne aīal bñdictiōe All'a V. Caro mea vere est cib⁹ ⁊ sanguis me⁹ vere est pot⁹: qui māducat meā carnē et bibit meū sanguinē i me manet ⁊ ego i eo ¶ Sequētia q̄ voluerit: quere in festo corporis xp̄i. S. Iohānē. vj

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorū Caro mea vere est cibus: et sanguis meus vere est pot⁹. Qui māducat meā carnē et bibit meū sanguinē: in me manet et ego in illo. Sicut misit me viuens pater: et ego viuo propter patrē. Et q̄ māducat me: ⁊ ipse viuet propter me Hic est panis: qui de celo descendit Nō sicut māducauerunt p̄res vestri māna in deserto: ⁊ mortui sūt Qui manducat hunc panē: viuet in eternū. Offr. Sacerdotes dñi incensum ⁊ panes offerunt deo: ⁊ ideo sci erūt deo suo: et nō pollueāt nomē ei⁹. all'a.

ECclesie tue q̄s dñe (Secr. vnitatis ⁊ pacis propicius dona ccede: q̄ sub oblatis muneribus mystice designant. p. Prefa. Qr p incarnati. Cō. Quotienscūq̧ manducabitis panē hunc ⁊ calicē bibetis mortē dñi annūciabitis donec veniat: ita q̧ quicūq̧ manducauerit panē vel biberit calicē dñi indigne re⁹ erit corporis ⁊ sanguinis domini. alleluya. Post cōio.

FAc nos q̄s dñe diuinitatis tue sempiterna fruitione repleri: quam preciosi corporis et sanguinis tui tpalis pceptio prefigurat. Qui viuis et regnas cum deo pr̃e. ¶ Sciēdū est q̄ missa de cruce dr̄ oi vj. fer. a Oc⁹ oīm. vsq̧ ad aduētū: nisi festū. ix. lec. impediat: velocta. cū regimine chori:

dies octa. vel quod ex necessitate oportea agere missam dñicalem vel aliqd tale festū .iij. lect. qd aliqd ppriū habet seruitiū. Si vo in vj. fer. aliqd fes. iij. lec. eue. vñ nullū ppriū habeat seruitiū: tunc est in dispensatiōe cātoris dicere missam de cruce vel nō. Cū vero. vj. fer. oino a festo vacauerit & nō oportet ex necessitate dicere missā dñicalē: semper infra predictū tēpus dicit missa de cruce / qūuis oēs hore dicantur de fer. et nulla fiat memoria de missa dñicali Tūc si oporteat dicere missā Sal9 ppli. oino ptermittat missa de cruce.

¶ Ad missam de cruce. Officiū.

NOs autē gloriari oportet in cruce dñi nostri iesu christi in quo est sal9 / vita / & resurrectio nostra: per quē saluati & liberati sumus. In tpe pasc. alla alla. ps. De9 misereat nostri & benedicat nobis: illuminet vultum suū super nos & misereatur nostri. Non dicitur. Gloria in excelsis. Orō.

DEus qui vnigeniti filij tui dñi nr̄i iesu xp̄i pcioso sanguine viuifice crucis vexillū sctificare voluisti: cōcede q̄s: eos q̄ eiusdē sctē crucis gaudēt honore: tua quoqꝫ vbiqꝫ protectione gaudere. Per eundē. Ad philippenses. ij.

FRatres Christus fact9 est pro nobis obediēs vsqꝫ ad mortē: mortē aūt crucis Propter q̄ / et deus exaltauit illū / & dedit illi nomē qd est sup oē nomē vt in noie iesu oē genu flectat celestiū terrestriū / & infernorū Et ois lingua cōfiteat: q̄a dñs nr̄ iesus xp̄s in gloria est dei pris. Gr. Christ9 factus est pro nobis obediēs vsqꝫ ad mortē: mortē aūt crucis. ℣. Propter qd & deus exaltauit illū: & dedit illi nomē qd est sup oēe nomē. Alla. ℣. Dulce lignū dulces clauos / dulcia ferēs pōdera que sola fuisti digna sustinere regē celorū: et dñm In tpe pasc. scdm Alla. ℣. Nos autē gloriari oportet in cruce dñi nostri iesu christi. Scdꝫ matheū. xx.

IN illo tpe. Ascendēs iesus hierosolimā: assūpsit duodecim discipulos suos secreto / et ait illis. Ecce ascēdimus hierosolymā: & fili9 hois tradetur principibus sacerdotū & scribis / & cōdēnabūt eū morte. Et tradēt eū gentibus ad illudendū & flagellandū et crucifigendū. & tertia die resurget. Offr. Protege dñe plebē tuā per signū sctē crucis ab oibus insidijs inimicorū oim: vt tibi gratā exhibeam9 seruitutē / & acceptabile tibi fiat sacrificium nostrū. In tpe pasc alla. Secreta.

HEc oblatio q̄s dñe ab oibus nos purget offensis: que in ara crucis immolata: etiā totius mūdi tulit offensas. Per. Prefa. Qui salutē. Cō. Per lignū serui facti sumus: & p sanctā crucē liberati sum9 / fructus arboris seduxit nos fili9 dei redemit nos alla. et fineat cū alla quādocūqꝫ dicit nisi ifra septuagesimā vsqꝫ ad pascha. Postcōio.

ADesto nobis dñe deus noster et quos sctē crucis letari facis honore: ei9 quoqꝫ ppetuis defende subsidijs. Per dominū

¶ Sāctus bonifaci9 papa egrotauit vsqꝫ ad mortē: q̄ instāter petijt a deo vitā in hoc sclo sibi plongari. Ad quē misit dñs sanctū ra=

phaelē archāgelū cū officio misse
de quinqȝ vulnerib9 christi/ dicēs
ad papā. Surge et scribe istud of
ficiū: ⁊ dicas ipsum quinqȝ vicib9
et continuo recipies sanitatē. Et
quicūqȝ sacerdos hoc officiū deuo
te pro se vel aliquo egrotāte cele=
brauerit qnqes hic sanitatē ⁊ gra
tiā recipiet: ⁊ in futuro vitā eter=
nā possidebit si in bono pseueret
Et in quacūqȝ tribulatiōe homo
extiterit in hoc sclo: si pcurauerit
a sacerdote hoc officiū quinquies
pro se legi: sine dubio liberabitur
Et si p aīa defuncti legat̄: statim
postq̄ cōplete dictū fuerit/ scȝ qn
quies/ a penis aīa soluet̄. Sāct9
igitur Bonifacius papa hec audi
ens: stati erexit se i loco quo iacu
it infirmat9/ ⁊ ipsū cōiurauit per
oipotentē deū: vt absqȝ suo peri=
culo recederet ⁊ q̄s esset / et ad q̄d
venisset sibi continuo indicaret.
Qui stati dixit se esse archāgelū
raphaelē a deo sibi missū: ⁊ supi9
pronūciata promittebat sine du
bio fore rata. Sctūs tūc bonifa
cius papa officiū ꝯfirmauit apo
stolica auctoritate: tribuēs oib9
ve ꝯfessis ⁊ ꝯtritis septimā ptē re
missiōis oim pctōꝝ suoꝝ: q̄ illud
deuote legerit qnta vice Et simi=
lit illō pdictū officiū legi pcurāti
bus: quadragita dies criminaliū
⁊ vnū annū venialiū in dño rela=
xauit. ¶ Incipit officiū misse de
quinqȝ vulnerib9 dñi nr̄i iesu xpi.



Umiliauit semetip
sum dñs noster ie=
sus christus vsqȝ ad
mortē: mortem aūt
crucis: propter q̄d et
deus exaltauit illū et donauit illi
nomē q̄d est sup oē nomen. ps.
Misericordias dñi: in eternum cātabo.
Et dr̄ Glia in excelsis. nisi p aduē
tū/ ⁊ a. lxx. vsqȝ ad pascha. Oro.

Domine iesu christe fili dei
viui qui de celo ad terrā de
sinu patris descendisti: ⁊ in ligno
crucis quinqȝ plagas sustinuisti/
et sanguinē tuū pciosum in remis
sionē pctōꝝ nr̄oꝝ effudisti: te hu=
militer depcamur: vt in die iudi=
cij ad dexterā tuā statuti: a te au=
dire mereamur illā vocē dulcissi
mā/ venite benedicti in regnū pa
tris mei. Qui cū eodē pr̄e in vni
tate spūs scti viuis ⁊ reg. ⁊c. Per.
¶ Addatur etiā vna collecta vbi
placuerit secundū numerū ⁊ tem
poris exigētiā p viuo vel pro de=
functo pro quo iste misse celebran
tur. Lctō zacharie prophete. xij.

Hec dicit dñs de9. Effundā
de spū meo super domū da
uid ⁊ sup habitatores hierusalem
spiritū grē ⁊ miseratiōis: ⁊ aspici
ent in eū quē cōfixerūt/ ⁊ plāgēt
eū planctu quasi sup vnigenitū et
dolebūt sup eū/ vt doleri solet in
morte primogeniti. In die illa e
rit planctus magnus in hierusa=
lē: ⁊ dicetur ei. Que sunt iste pla=
ge i medio manuū tuaꝝ: Et dixit
eis. His plagat9 sum: in domo eo
rū qui me diligebāt. Framea su=
scitare sup pastorē meū: et super
virū coherentem mihi/ dicit dñs
exercituum. Percuciam pasto=
rem: et dispergētur oues gregis.
Dicit dominus exercituum. Gr.
Improperium expectauit cor meū et
miseriam ⁊ sustinui qui simul ꝯtristare=

tur ⁊ nō fuit: cōsolantē me q̄siui: ⁊ nō inueni. V. Et dederūt in escā meā fel: et in siti mea potauerūt me aceto. Alła. V. Aue rex nr̄ iesu xp̄e: tu solus nr̄os errores et reatꝰ miseratꝰ ꝑtulisti / pr̄i obediens ductꝰ es ad crucē / vt agnꝰ mā̄suetꝰ ad occisionē tibi glr̄ia / osāna tibi summe laudis ⁊ honestatis chorea. Tractus.

IUdica me deus ⁊ discerne causā meā de gēte nō sctā: ab hoīe iniquo ⁊ doloso erue me. V. Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repulisti et quare tristis icedo dū affligit me inimicus. V. Testes eni iniq̄ insurrexerūt aduersū me: ⁊ mētita est iniquitas sibi. V. Supra dorsū meū fabricauerūt pctōres ⁊ plōgauerūt iniq̄tatē suā. V. Ipsi vero cōsiderauerūt ⁊ inspexerūt me: diuiserunt sibi vestimēta mea / ⁊ sup vestē meā miserūt sortē. V. Foderunt manus meas et pedes meos: ⁊ dinumerauerūt oīa ossa mea / et dolorem super dolorem vulneribus meis addiderunt. Sequentia.

CEnā cū discipulis xp̄e celebrasti: et mortē apl̄is palā nūciasti / et auctorē sceleris iudā demonstrasti / et egressus protinus ortulū intrasti. Tūc ꝓcidēs dn̄s humo se ꝓstrauit: ⁊ trāsferri calicē a se postulauit: sed pr̄is arbitrio illud commendauit / ⁊ ecce mox sanguinis sudor emanauit. Judas post hec osculuz ori dedit xp̄i: ad quid inquit dn̄s amice venisti? Nūquid trades osculo quē iā vēdidisti? assistētes ꝓtinus irruūt ministri. Nox insomnis ita ꝗ̄ illa ducebat᷑: nulla prorsus req̄es iesu p̄stabat᷑ magistrorum impia plebs iniuriatur / alapis ⁊ colaphis innocēs mactat᷑. Dū iesū eripere pylatus conat᷑ / iudeorum furia magis inflāmat᷑ / ⁊ tumultus ppl̄i ingens excitat᷑ / ⁊ plebis vox intonat vt crucifigat᷑. Traditur militibus vinculis artat᷑ / vndiq̄ꝫ verberibꝰ corpꝰ cruētatur / caput regis glr̄ie spinis coronatur / postq̄ꝫ flexis genibꝰ quisquis irritatur. Ecce caro tenera pij saluatoris / ad colūnā nequiter coartatur loris / sic flagellis cedit᷑ impij tortoris / q̄ emanāt riuuli vndiq̄ꝫ cruoris. Post per vrbis mediū iesus ꝓcedebat / et crucis patibulū humeris ferebat: ad fores / ad ostia populus fluebat / eiusq̄ꝫ confusio oībus patebat. Ad pudoris tumulū iesu denudaris: ⁊ ventis ac frigori nudus spoliaris / innocēs cū impijs in cruce dānaris / ⁊ quasi dux sceleris medio locaris. Tēsis ligno brachijs manꝰ cōclauātur / cruci caro cruribꝰ clauis tractabātur / neruī vene simili modo laniātur / pedes plāte etiā ferro cōclauātur. Loquēs iesus postea sitio dicebat / ⁊ acetū protinus felle cōmiscebat / ac infusum spō gie ori porrigebat / qd̄ degustans paululū sumere nolebat. O iesu mirifice quid est quod agebas / tu deliti conquerēs de cruce silebas nunq̄d hāc doloribus magis sentiebas aut salutē potius nostrā sitiebas? Vocē ꝓmiens vltimā patrē inuocasti: spiritūq̄ꝫ manibus eius cōmēdasti: cū clamore valido tandē expirasti: sic salutē oīm opus cōsūmasti. Nūc ego sup̄bio tu humiliaris / ego culpas perpetro tu pena grauaris: ego pomū mordeo tu felle potaris: ego peto mollia tu dire tractaris. Demū

cuius valeat mēs vel lingua fari virgo intus creditur quātū cruci ari: dū cernit iam mortuū latus vulnerari atq; nati viscera lancea rimari Corpus quidē mortuum iā nil sentiebat militis/sed lācea pectus infigebat: quā fixā in filij latere videbat/ vnde aqua sanguine mixta effluebat. Fundunt riuos sanguinis fontes saluatoris/properās huc aīa currat pctōris: ꝛ hauriat quispiā sacrati liquoris / quo frequenter liniat vulnera doloris. Ad hunc ergo propera fontē saluatoris/vt fluētis ipleas viscera dulcoris: aqua vite lauachrum precium cruoris hinc tui curatio profluat languoris. Secundum iohannem. xix.

IN illo tpe. Presciens iesus qa iā oīa cōsummata erāt de ipso vt cōsummaret scriptura dixit. Sitio. Uas ergo positum erat aceto plenū. Illi autē spōgiam plenā aceto ꝛ ysopo circūponētes: obtulerūt ori ei⁹. Et cū accepisset iesus acetū: dixit. Cōsummatū est Et inclinato capite: tradidit spiritū. Judei ergo qm̄ parasceue erat: vt nō remanerēt in cruce corpora sabbato (erat em̄ magn⁹ dies ille sabbati) rogauerūt pylatū vt frāgerent eorū crura ꝛ tollerētur Uenerūt ergo milites/et primi quidē fregerūt crura: et alterius q̄ crucifixus est cū eo. Ad iesum aūt cū venissent vt viderūt eū iā mortuū: non fregerūt ei⁹ crura: sed vn⁹ militū lancea lat⁹ eius aperuit: ꝛ ꝯtinuo exiuit sanguis ꝛ aqua. Et qui vidit testimoniū phibuit: ꝛ verū est testimoniū ei⁹. Offer. Insurrexerūt in me testes iniq̄: absq; mīa q̄sierunt me interficere: ꝛ nō pepercerūt in faciē meā spuere ꝛ lāceis suis vulnerauerūt me/ꝛ cōcussa sunt omnia ossa mea. Secreta

DOmine iesu xpe q̄ pro mūdi redēptiōe crucis lignum ascēdisti: vt vniuersus mundus: q̄ in tenebris erat illuminaret: illā q̄s lucē in aīas nr̄as et corpora infunde: p quā ad eternā lucē peruenire mereamur. Qui cū patre. Prefa. Qui salutē. Cō. Foderūt manus meas ꝛ pedes meos: ꝛ dinumerauerunt omnia ossa mea. Postcōio.

DOmine iesu xpe qui hora diei sexta pro redēptione mundi crucis patibulū ascendisti et sanguinē tuū pciosum i remissionē pctōꝝ nrōꝝ fudisti: te humiliter depcamur: vt p tue passiōis et vulneꝝ tuoꝝ merita: post obitū nr̄m paradisi ianuā gaudent' mereamur itroire. Qui cū deo.

¶ In festo corone dn̄i. Offin.



GAudeam⁹ oēs i dn̄o diē festū celebrātes sub honore corone dn̄i: de cuius solēnitate gaudēt angeli: et collaudant filiū dei. ps. Gaudēt angeli ꝛ exultant archangeli: letantur ꝛ congratulātur omnes sancti. Oratio

PResta q̄s oīps deus: vt q̄ in memoriā passiōis dn̄i nr̄i iesu xpi coronā eius spineā veneramur in terris: ab ipo gr̄a ꝛ honore coronari mereamur in celis Qui tecū. Lectio libri sapiē. iij.

LEctulum salomonis sexaginta fortes ambiūt ex fortissimis israel: omnes tenentes

gladios / et ad bella doctissimi. Uniuscuiusqꝫ ensis super femur suũ: propter timores nocturnos Ferculũ fecit sibi rex salomõ: de lignis libani. Colũnas eius fecit argenteas: reclinatoriũ aureum ascensum purpureũ / media charitate cõstrauit ꝓpter filias hierusalẽ. Egredimini filie syon: et videte regẽ salomonẽ / in diademate quo coronauit eũ mať sua in die despõsatiõis illius: et in die leticie cordis eius. Quã pulchra es amica mea: ꝙ pulchra es Oculi tui colũbarũ: absqꝫ eo ꝙ intrinsecus latet. Veni de libano spõsa mea: veni de libano: veni coronaberis. Alľa. ℣. Tuam coronã adoramus dñe tuũ gľiosum recolim⁹ triũphũ Alľa. ℣. Diadema spineũ veneremur hodie: cui⁹ p aculeũ sertũ dať gľie seqñ.

SI vis vere gloriari et a deo coronari honore ⁊ gloria. Hanc coronam venerari studeas atqꝫ sectari portantis vestigia. Hãc celorũ rex portauit honorauit / ⁊ sacrauit / sacro suo capite. In hac galea pugnauit / cũ antiquũ hostẽ strauit triũphans in stipite. Hec pugnãtis galea triumphantis laurea tyara põtificis. Primũ fuit spinea / post modum fit aurea tactu scti verticis. Spinarũ aculeos virtus fecit aureos / xp̃i passiõis. Que pctis spineos mortis eterne reos: adimpleuit bonis. De malis colligiť / ⁊ de spinis plectitur spinea peruersis Sed in aurũ vertiť qñ culpa tolliť eisdẽ ꝯuersis. Jocũda mysteria sunt hec: sed materia p̃sentis leticie. Nobis est historia qua patenter francia coronať hodie. Huius coronatio corone susceptio cuius festũ agimus. Debito cũ gaudio ⁊ anniuersario honore recolimus. Thesauro tã nobili tã desiderabili diues es effecta. Terra carẽs simili carens cõparabili deo ꝓdilecta. Tria priuilegia regna tibi alia subdunt in honore. Fides et militia vnctioqꝫ regia quarũ flores flore. Tibi o vrbs inclyta om̃i laude ꝓdita mř studiorũ. Est corona tradita ⁊ in te reposita vrbs parisiorũ. In dei preconiũ totũ cõfer studiũ / totũ cor appone. Que xp̃i palladium ⁊ sacre sacrariũ facta es corone Jesu pie iesu bone nr̃o nobis in agone largire victoriã. Mores nr̃os sic cõpone / vt ꝑpetue corone merear gloriã. Secũdũ ioh̃ãnẽ. xix

IN illo tp̄e Apph̄ẽdit pilat⁹ iesum: ⁊ flagellauit. Et milites plectẽtes coronã de spinis / imposuerunt capiti eius: et veste purpurea circũdederũt eũ / et veniebant ad eũ et dicebãt. Aue rex iudeorũ. Et dabãt ei alapas. Exiuit iterũ pilatus foras: ⁊ dixit eis Ecce adduco vobis eũ foras: vt cognoscatis qz i eo nullã inuenio causam. Exiuit ergo ies⁹ portãs spineã coronã: ⁊ purpureũ vestimẽtũ. Credo. Offr̃. Gľia ⁊ honore coronasti eũ ⁊ cõstituisti eũ super opa manuũ tuarum domine. Secreta.

TUorũ militũ rex oĩs virtutẽ corobora: vt quos in huius mortalitatis stadio vnigeniti filij tui corona letificat consummato cursu certaminis / immortalitatis brauium apprehen

dant. Per eundē. Pꝛefa. de cruce
Cō. Posuisti dn̄e in capite eius: coꝛo=
nam de lapide pꝛecioso. Postcōio.
SUpplices te rogam⁹ oīs
de⁹: vt hec sacramēta que
sūpsim⁹ p sacrosctē filij tui coꝛo=
ne (cui⁹ solēnia recēsem⁹) v̄tutē
nobis pficiāt ad medelā. p eundē


Abbato celebꝛatur de
btā virgine. ⁊ quare i
vij. fer̄. de btā virg. in
itiū qd̄ habuit. ⁊ Nā
in quada eccl'ia ciuitatis cōstāti
nopolitane erat imago btē vir=
ginis/ coꝛā qua depēdebat veliū/
q̄ totā velabat imaginē: sed hoc
veliū in. vj. feria post vef. recede
bat ab imagine nullo mouēte so
lo dei miraculo quasi deferreť i ce
lū vt ad plenū posset imago ꝯspi
ci. Celebꝛatis vef. i sab. descēde=
bat ipm veliū ante eādē imaginē
⁊ ibi manebat vsqꝫ i fer̄. vj. sequē
tē. Hoc viso miraculo: sancitū est
vt semper illa fer̄. celebꝛeť de btā
virg. Alia etiā rō est: qꝛ dn̄o cru=
cifixo ⁊ moꝛtuo discipulis fugiēti
bus ⁊ de resurrectiōe desperanti
b⁹: i illa sola tota fides remansit
Sciebat eñ quod poꝛtauerat eū si
ne laboꝛe/ ⁊ pepererat sine dolo=
re: ⁊ ideo certa erat q̄ fili⁹ dei es=
set/ ⁊ a moꝛtuis tertia die resurge=
re deberet. Et hec ē rō quare dies
sabbati magis q̄ alia dies beate
marie appꝛopꝛiatur. Tertia ra=
tio est: qꝛ dies sab. est ianua ⁊ in=
troitus ad dn̄icā diē: dies autē dn̄i
ca est dies reqei: et significat vi=
tā eternā. Unde cū in grā sumus
dn̄e nr̄e: sumus quasi in ianua pa
radisi. Igiť qꝛ ipsa est nobis poꝛ
ta ad regnū celoꝝ: qđ p diē do. fi=
gurať: ideo de illa solēnizam⁹ in
vij. fer̄. Ordinatio mis. quotidia=
ne btē marie q̄ dicē dn̄icā pꝛecedit
Quarta ratio est/ vt solēnitas
matris solēnitati filij cōtinetur.
Quinta ratio est vt festiui⁹ agať
in die qua deus ab oī ope requieuit.


Rdinatio misse quoti
diane btē virgi. q̄ di=
ciť. **Salue.** Pulsato
ad mis. btē ma. quem
ant clerici ad eandē p ebdo. depu=
tati/ q̄ dictis pꝛius hoꝛis btē vir=
ginis in capella eiusdē videlicet
pꝛima/ tertia/ sexta/ ⁊ nona/ missā
solēnit exequāť. Hoc addito q̄ in
iceptiōe cuiuslꝫ hoꝛe dr̄ saluta. an
geli. scꝫ. **Aue maria.** genuflecten
do sub silētio. ¶ Ad mis. quotidi=
anā btē ma. sacer. asistāt diaco.
et subdō. ministrātes ei i dalmati=
cis ⁊ tuni. oī duplici festo p an. et
p octa. nati. dn̄i/ pas. et pētheco.
in sabbatis ⁊ in dn̄icis: et in oīb⁹
dn̄icis ⁊ in oīb⁹ festis q̄ hn̄t inuita=
toꝛiū triplex. Et in oīb⁹ his Alla
a duob⁹ de supioꝛib⁹ in suppelli=
cijs cātať: alſs a clericis inferioꝛi=
bus in habitu semper eodē Cele=
bꝛať etiā missa btē ma. virg. solē
nit oī die p an. in capella eiusdē ni
si duob⁹ dieb⁹ pximis ante pas=
cha. Ad missā btē virgi. quotidie
dicēda i capel. ⁊ i choꝛo īfra aduē
tū qn̄ fit plenū seruitiū de ea: nisi
in festo cōceptionis eiusdē Offm


**Oꝛate celi desuper:
et nubes pluant iu=
stū: aperiatur terra
et germinet saluato
rē. ps. Et iusticia oꝛia=**

tur simul ego dñs creaui eũ. Deinde repetatur offiñ Rorate. Gl'a pri. Tercio repetat' of. Et sic fiat vide' p totũ añũ: etiã infra passionẽ Ad missã quotidianã de sctã maria in capella eiusdẽ oi die p annũ nisi duob⁹ dieb⁹ ãte pasc. dr̃ vnũ Kyrie. ex istis sequẽtib⁹ videlicet oibus simplicibus fes. siue fiat in choro de tpalib⁹ siue de fest. sctõr dr̃ vnũ istor absq3 .v. scil3 Kyrie Rex splẽ. vel Kyrie Fons boni. In oib⁹ vo dñicis dr̃ absq3 .v. vnũ eorũdẽ: vl' istõ sc3 Kyrie Rex genit. ¶ Fer. ij. Kyrie de O rex clemẽs. ¶ Fer. iij. Kyrie Cõditor. ¶ Fer. iiij. Cũcti potẽs. ¶ Fer. v Orbis fac. ¶ Fer. vj. Lux et ori. ¶ Sabbato Kyrie ops. Oratio.

Deus qui de btẽ marie semper virginis vtero verbũ tuũ angelo nũciante carnẽ suscipere voluisti: p̃sta supplicib⁹ tuis vt qui vere eã dei genitricẽ credimus: ei⁹ apd te intercessionib⁹ adiuuemur. Per eũdẽ. ¶ Sequentes meõrie fiãt per totũ annũ ad missaz eiusdẽ in capella. scda orõ de trinitate. orõ Ops sempi. tertia orõ p epis viuis. Ops sempiterne de⁹ q facis mirabi. quarta orõ p bñfactorib⁹ defunctis. orõ. Ops sẽpitne de⁹ vnica sal⁹ mor. qnta orõ gnalis/ sc3 Ops sẽpiterne de⁹ q viuor. reqre p̃dictas orões cũ secretis & postcõionib⁹ ãte offiñ Salue sctã pa. Et sciẽdũ est q scda orõ ad missam quotidianã de sctã maria erit semp de sancto / in cuius honore dedicatũ est altare / vel ecclesia vbi quis celebrat. Lectio Esaye pphete. vij.

In diebus illis. Locutus est dñs ad achaz dicẽs. Pete tibi signũ a dño deo tuo in pfundũ inferni siue in excelsũ supra: & dixit achaz Nõ petã: & nõ tẽtabo dominũ. Et dixit. Audite ergo domus dauid Nũqd parũ vobis est molestos esse hoibus qa molesti estis & deo meo: Propter hec dabit dñs ipse vobis signũ Ecce virgo cõcipiet & pariet filiũ: & vocabitur nomẽ ei⁹ emanuel. Butyrũ et mel comedet vt sciat reprobare malũ & eligere bonũ. In capella btẽ vginis p totũ annũ gr. cũ suo v. cãtetur a toto choro. Gr. Tollite portas principes vr̃as & eleuamini porte eternales & introibit rex glie V. Quis ascẽdet in mõtẽ dñi: aut qs stabit i loco sctõ ei⁹: innocẽs manib⁹ & mundo corde. Nũq̃ enim repetat' gr. post suũ v. i missis quotidianis de sctã maria: neq3 de trinitate: neq3 de ceteris cõmẽoratiõibus nisi in pleno seruitio tñ. Alla. v⁹. Aue maria gr̃a plena dñs tecũ: bñdicta tu in mulierib⁹. Ide alla. p totũ aduẽtũ dr̃ in choro i cõmẽoratiõe btẽ marie: & similiter i capella Sequẽtia Mittit ad virginẽ. vel quis alia ad placitũ Et hoc p totũ annũ obseruetur ad missã quotidianã de sctã maria. ¶ Et sciendum est q quotidie per annũ dr̃ sequentia in capella btẽ virginis: & similter in choro qñ dr̃ missa solẽniter de eadẽ ¶ Qñ fit plenũ seruitiũ de sancta maria per aduẽtũ: dr̃ vna ex istis sequẽtijs p ordinẽ similit' dñr ad missaz quotidianã. Sequẽtia

Missus est gabriel de celis/ verbi baiul⁹ fidelis sacris

differit loquelis cū btā virgine. Uerbū bonū et suaue / pādit int⁹ in cōclaue / et ex eua formās aue eue verso noie. Cōsequenter iuxta pactū / adest verbū caro factū semꝑ tamē est itactū puellare gremiū Patrē pariēs ignorat: ꝛ quā homo nō deflorat / nō torquet nec laborat quādo parit filiū. Signū audis nouitatis / crede solū et est satis / nō est tue facultatis soluere corrigiā Grande signū et insigne est in rubo et in igne / ne appropiet indigne calciat⁹ quispiā. Uirga sicca sine rore / nouo ritu nouo more / fructū protulit cū flore sic ꝛ virgo pepit Bñdict⁹ talis fruct⁹ / fruct⁹ gaudij nō luct⁹ nō erit adā seductus si de hoc gustauerit. Jesus noster iesus bonus / pie mr̄is piū onus / cui⁹ est in celo thron⁹ nascit̄ i stabulo Qui sic est pro nobis nat⁹ nr̄os deleat reat⁹ qz nr̄ icolat⁹ hic est in piculo. Seqn.

Mittit ad virginē nō quemuis angelū sed fortitudinē suā archāgelū amator hois. Fortē expediat pro nobis nūciū nature faciat vt p̄iudiciū in partu virginis Naturā supcrat natus rex glorie / regnat ꝛ imperat ꝛ zymā scorie tollat de medio. Superbientiū terit fastigia colla sublimium calcās vi ꝑpria potēs in prelio Foras eijciat mundanū principē sponsamqꝫ faciat secū ꝑticipē patris imperij Exi q̄ mitteris hec dona edissere reuela veteris velamē littere virtute nuncij. Accede nūcia dic aue cominus dic plena gr̄a dic tecū dn̄s / et dic ne timeas Uirgo suscipias dei depositū / in quo perficias casta ꝓpositū: ꝛ votū teneas. Audit et suscipit puella nūciū / credit ꝛ concipit ꝛ parit filiū sed admirabilē Cōsiliariū: humani generis / ꝛ deū fortiū ꝛ patrem posteris: in fide stabilē. Sequē.

Uerbū bonū ꝛ suaue: ꝑsonemus illud aue: ꝑ qđ xp̄i fit cōclaue / virgo mr̄ filia. Per qđ aue salutata: mox ꝯcepit fecūdata virgo dauid stirpe nata / inter spinas lilia. Aue veri salomōis mater vellus gedeonis / cuius magi tribus donis / laudant puerperiū Aue solē genuisti aue prolē protulisti / mundo lapso cōtulisti / numen et imperiū. Aue mater verbi summi / maris port⁹ signū dumi: aromatū virga fumi / angelorū dn̄a. Supplicam⁹ nos emēda emendatos nos commenda / tuo nato ad habenda sempiterna gaudia. Secundum Lucam. j.

In illo tpe. Missus est angel⁹ gabriel a deo in ciuitatē galilee cui nomē nazareth / ad virginē despōsatā viro: cui nomē erat ioseph de domo dauid: ꝛ nomē virginis maria Et ingressus angelus ad eā: dixit. Aue gr̄a plena dn̄s tecū: bñdicta tu in mulierib⁹ Que cū audisset turbata est in sermone ei⁹: ꝛ cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti eñ gratiā apud deū. Ecce cōcipies in vtero ꝛ paries filiū: ꝛ vocabis nomē ei⁹ iesum Hic erit magnus: ꝛ fili⁹ altissimi vocabitur Et dabit illi dn̄s deus sedē dauid patris eius / ꝛ regnabit in domo iacob in eternū: et regni eius non

erit finis. Dixit aut maria ad angelu Quomodo fiet istud: qm virum no cognosco. Et respodes angelus dixit ei. Spussanctus superueniet in te: et virt⁹ altissimi obumbrabit tibi Ideoqz et qd nascetur ex te sanctu: vocabitur fili⁹ dei. Et ecce elizabet cognata tua: et ipsa cocepit filiu in senectute sua. Et hic mesis est sext⁹ illi q vocatur sterilis: qa no erit impossibile apud deu omne verbu Dixit aut maria Ecce ancilla dni: fiat mihi scdm verbu tuu ¶ Et legatur euageli. ad missa bte marie in eiusde capella omni die p annu / cu eade nota qua et euageli. ad missa de die legedu est. ¶ Nota q ad missa quotidiana bte marie: semp dr. Credo. qn dicendu est ad missa de die. Offer. Aue maria gratia plena dns tecu benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus vetris tui. sine v. vel quoduis aliud ad placitu per totu annu ad missam quotidie de eade. Idem de comunione obseruetur. Secr.

IN metibus nris qs dne vere fidei sacrameta confirma: vt q coceptu de vgine deu veru et hoiem firm... confitemur: p eiusde salutifere incarnatiois potetia ad eterna mereamur puenire leticia. p eude. Prefa. Et te i vene. Et dr hec pfa. quotidie in capella et etia in come. eiusde per totu annu nisi a nati. dni vsqz ad purific. Co. Ecce virgo cocipiet et pariet filiu: et vocabit nome ei⁹ emanuel. Postco.

GRatia tua qs dne metibus nostris infunde: vt qui angelo nuciate christi filij tui incarnatione cognouim⁹: per passione eius et cruce / ad resurrectiois gloria pducamur. per eude. Hec predicta postco. scz Gram tua. dr in tpe pasc. vsqz ad vigil. asce. dni exclusiue. qn post aliqua missam fit memoria de bta maria cu officio Salue scta pa. ¶ Notadu est q in oibus fer. bte ma. p totu annu et quotidie ifra oct. et in octa. eiusde dr ead. missa i capella q diceda est in cho. ita tn q epla no mutet per oct. ¶ Ad missa de scta maria in die nati. dni et quotidie ab hic vsqz ad purifi. in capella et in choro qn fit plenu seruitiu de ea. Officiu.

VUltu tuu depcabuntur oes diuites plebis: adducetur regi vgines post ea: proxime ei⁹ adducetur tibi in letitia et exultatioe. ps. Eructauit cor meu verbu bonu: dico ego opera mea regi. Dnaut dr Glia in excelsis. v. Spus et alme. habet dici oibus sabbat' i capella cu catu q cotinet i magno missale de nra dna In choro aut quater in anno: videlicet i vltima come. bte virginis ate aduetu dni: et ante. lxx. et tuc dr Spus et alme orphanoru. a toto choro cu v. sequeti. dicet etia in choro i oct. assuptiois et natiuit. bte marie a trib⁹ clericis de superiori gradu in superpellicijs ad gradum chori. ¶ Et sciedu est q quadocuqz dicit in choro vel extra. v. Spiritus et alme. dicitur sup Kyrie cat⁹ de Kyrie oipotes. et iste seques cantus super Sanctus. cu hac additione Benedict⁹ marie filius. et dicitur iste catus super Agnus dei. Oratio

DEus q̄ salutis eterne beate
marie virginitate fecūda
humano generi p̄mia prestitisti:
tribue q̄s: vt ipsā p̄ nobis interce
dere sentiam⁹: p̄ quā meruimus
auctorē vite suscipere: dn̄m nr̄m
iesū christū filiū tuū Qui te. Lcō
ep̄le b ti pauli ap̄li. Ad Tytū. iij.
CHarissime. Apparuit beni
gnitas & humanitas salua
toris nostri dei. Nō ex operib⁹ iu
sticie que fecimus nos: sed scd̄m
suā miam saluos nos fecit. Per
lauachrū regenerationis & renoua
tionis spiritus scti / quē effudit in
nos abūde: per iesum xp̄m salua=
torē nr̄m. Ut iustificati gratia ip
sius: heredes simus scd̄m spē vite
eterne. In xp̄o iesu dn̄o nr̄o. Gr.
Speciosus forma pre filijs hoim: diffu
sa est gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit
cor meū verbū bonū: dico ego opera mea
regi: lingua mea calam⁹ scribe velociter
scribētis. Allā. ℣. Post partū virgo in
uiolata p̄mansisti: dei genitrix intercede
pro nobis. Hoc allā dr̄ in cōme. btē
marie in choro in tpe natiuit. dn̄i
et etiā quotidie in capella. Itē in
die purifi. dr̄ Allā. ℣. Adorabo. in
choro & in capella vtr̄s. in codē die
pur̄. Quādo cūq̄ eñ fit plenū ser
uitiū de sancta maria: dr̄ vna ex
istis sequētijs per ordinē. Seq̄n.
POst partū virgo maria.
Dei genitrix fecunda gra=
tia tonātis plena Aue terrarū do
mina alma celorū regina. Tibi
ethera oisq̄ sāctorū turma depro
mat simphonia. Tellus flumina
atq̄ siluarū nemora resultant vo
ce sua. Salue parēs inclita felix
puerpa. Per te lux & veritas mū=
do est edita. Tu iesum papilla la=
ctasti sacra extans virgo feta ma
ter intacta. Unde nostris eya fa=
ue votis dn̄a christū interpellans
pro salute humana Per te mater
aboleri filiorū flagitam⁹ crimina
Nosq̄ oēs introduci sempiterna
paradisi gaudia. Quo perennis
vite perfruanur gr̄a. Alia seq̄n.
AUe maria gr̄a plena dn̄s
tecū virgo serena. Bn̄di=
cta tu in mulieribus. Que peperi
sti pacē hoibus & angelis gloriā.
Et bn̄dict⁹ fruct⁹ vētris tui Qui
coheredes vt essem⁹ sui nos fecit
per gratiā. Per hoc aūt aue mū=
do tā suaue cōtra carnis iura Ge
nuisti prolē nouū stella solē noua
genitura. Tu parui & magni leo
nis & agni saluatoris xp̄i templū
extitisti sed virgo intacta Tu flo
ris & roris panis & pastoris virgi
nuni regina rosa sine spina geni=
trix es facta. Tu ciuitas regis iu
sticie. Tu mr̄ es mie. Theophilū
reformās gr̄e. De lacu fecis & mi
serie Ergo maris stella verbi dei
cella & solis aurora. Paradisi por
ta per quā lux est orta: natū tuū
ora. Nos vt soluat a pctis & in re
gno claritatis quo lux lucet sedu
la collocet per secula. Alia seq̄.
LEtabūdus exultet fidelis
chorus allā. Regē regū in
tacte profudit thorus res mirāda
Angel⁹ cōsilij nat⁹ est de virgine
sol de stella. Sol occasum nesciēs
stella semp rutilās semper clara
Sicut sydus radium profert vir=
go filium pari forma. Neq̄ sy=
dus radio / neq̄ mater filio fit cor
rupta. Cedrus alta libani / cōfor=

matur ysopo / valle nr̃a. Verbū ens altissimi corporari passuz est carne sumpta. Esaias cecinit / synagoga meminit / nūq̃ tñ desinit esse ceca Si non suis vatibus credat vel gẽtilibꝰ sibillinis versibus hec predicta. Infelix ppera / crede vel vetera / cur damnaberis gẽs misera: Quẽ docet lr̃a natū ꝯsidera / ipm̄ genuit puerpera / all'a. Alia seqũ. de btã maria

SAlue sctã parens / rosa spina carẽs / seda nobis bella aue maris stella Dona nobis pacẽ / mater tu veracẽ: tribue iuuamen / mutans eue nomen Mala nr̃a pelle trahẽs sine felle: crimina ignosce: bona cũcta posse Per te dei mater / filiꝰ nobis ⁊ pater: vt q̃ ex te natꝰ / tulit esse tuꝰ. Superbiã vita / salus infinita: suscipe tu fastos / mites fac et castos. Subleua tu clemẽs / salue virgo parẽs: tecũ subleuemur / semper colletemur. Ago tibi pr̃i sũmas grates ratas almo nato sonꝰ trinus honor vnus. Laudetur dei filius / pr̃is marie vnicus: colant / adorẽt viscera / quẽ terra põthus ethera. Surgamus oẽs inuicem flectamus irã vindicẽ: subdãtur illi singula / cui luna sol et omnia Beata mater humilis / excelsa super sydera: fac nos purgatos crimine / beata mater munere. Presta ṽgo piissima / lustrata almo flamine: munitos redde filio btã celi nuncio. Per te sumamꝰ gaudia / ⁊ supernorũ cãtica: psallentes xp̄i noĩe / gl'ia tibi dñe O gloriosa dña hirsutos hostes callidos: sternis collisa tartara / ꝯfusa semper viscera. Quod eua tristis abstulit / tu sola mater tribuis: per te resumit pp̄ls / priores vires pditas Tu regis alti ianua p quã intramꝰ curiã: iocunditatis gaudia / ac sanctorũ ciuiũ. Gloria tibi dñe / q̃ natꝰ es de virgine cũ pr̃e ⁊ sctõ spiritu / in sempiterna secula. Amẽ. Alia sequentia.

HAc clara die turma festiua dat preconia. Mariã concrepando symphonia nectarea. Mũdi dña que est sola castissima virginũ regina. Salutis causa vite porta atq; celi referta gratia Nã ad illã sunt nuncia olim facta angelica. Aue maria gratia dei plena p sc'la. Mulierũ pia agmina itra semp bñdicta. Virgo et grauida mr̃ intacta prole gloriosa. Cui contra maria hec reddit famina In me quomodo tua iam fiet nuncia. Viri noui nullã certe copulã. Ex quo atq; nata sũ incorrupta. Diua missus ita reddit affata. Flatu sacro plena fies maria. Noua efferens gaudia celo terre nati p exordia. Intra tui vteri claustra portãs qui gubernat eterna. Omnia qui dat tempora pacifica. Alia sequentia.

AUe mundi spes maria aue mitis aue pia aue plenã gr̃a. Aue ṽgo singularis q̃ p rubũ designaris nõ passũ icẽdia. Aue rosa speciosa: aue iesse ṽgula Cuiꝰ fructꝰ nr̃i luctꝰ relaxauit vincula. Aue carẽs simili mũdo diu flebili reparasti gaudiũ. Aue cuius viscera ꝯtra mortis federa ediderũt filiũ Aue virginũ lucerna per quã fulsit lux superna his

quos vmbra tenuit. Aue virgo de qua nasci: et de cuius lacte pasci rex celorum voluit. Aue gemma celi luminarium. Aue sctispus sacrarium. O quam mirabilis et quam laudabilis est hec virginitas. In qua per spiritum facta paraclytum fulsit fecunditas. O quam scta quam serena quam benigna quam amena esse virgo creditur Per quam seruitus finitur porta celi aperitur et libertas redditur. O castitatis lilium tuum precare filium qui salus est humilium. Ne nos pro nostro vicio in flebili iudicio subiiciat supplicio Sed nos tua scta prece mundans a pecti fece. Collocet in lucis domo amen dicat omnis homo Alia sequen.

Hodierne lux diei: celebris in matris dei agitur memoria Decantemus in hac die: semper virginis marie / laudes et preconia Omnis homo omni hora: ipsam ora et implora / eius precinia Psalle psalle nisu toto: cordis oris voce voto / aue plena gratia. Aue domina celorum: inexperta viri thorum / parens paris nescia Fecundata sine viro: genuisti modo miro: genitorem filia Flores ortus austro flante: porta clausa post et ante / via viris invia. Fusa celi rore tellus: fusum gedeonis vellus / deitatis pluuia. Salue splendor firmamenti: tu caliginose menti / desuper irradia Placa mare maris stella: ne inuoluat nos procella / et tempestas obuia. ¶ Iste septem sequentie dicuntur quando fit plenum seruitium de scta maria extra aduentum per totum annum / etiam in .lxx. vsque ad caputieiunij. Nunquam enim dicitur tractus ad missam de commemoratione bte marie in ecclesia Sar: sed semper sequentia: etiam per totam .xl. ad missam quotidianam de ea. Et tunc quando plures dicunt in dominicis Aue preclara. Euangelium. Secundum. Lucam. ij.

In illo tempore. Pastores loquebantur adinuicem. Transeamus vsque bethleem: et videamus hoc verbum quod factum est / quod fecit dominus et ostendit nobis. Et venerunt festinantes: et inuenerunt mariam et ioseph / et infantem positum in presepio Videntes autem: cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc Et omnes qui audierant mirati sunt et de his que dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hec conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes et laudantes deum: in omnibus que audierant et viderant: sicut dictum est ad illos. Offer. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi Sec

Oblatis domine muneribus suppliciter deprecamur vt qui veram verbi tui incarnationem fideliter veneramur: veram eiusdem substantiam carnis ac sanguinis quam per spiritum sanctum virgo mater edidit / in hoc presenti mysterio salubriter percipiamus. Per eundem. Prefa. Quia per incarnati. Com.

Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Postco.

